et spū labioꝝ suoꝝ interficiet ipiū ꝛ erit iusticia sin
gulū lūboꝝ eius ꝛ fides cinctoriū renuꝫ eius seqt
habitabit lupus cū agno ꝛ pardus cū hedo accu
babit ꝛc. sicut supra obieci in xi. cap. sui libri tertij
cui simile dicit iste ꝓphā ca. 65. sic lupus ꝛ agnus
simul pascent ꝛ simul leo ꝛ bos cōedent palleas
ꝛ serpēti puluis panis ei⁹ nō nocebūt: neq occi-
dēt in oī mōte sancto meo. Item ysa. 2. ꝛ mal. 4.
pnūciato aduētu messie sic dr Erit in nouissimis
dieb⁹ pparat⁹ dom⁹ mōs dñi in vertice mōtiū ꝛ ele
uabit sup colles ꝛ fluēt ad eū oēs gentes: ꝛ iudi
cabit gentes ꝛ arguit populos multos seqt ime-
diate ꝛ ꝯflabūt gladios in vomeres in lanceas su
as in falces nec leuabit gēs ꝯtra gentē gladiū:
nec exercebūt vltra plia. In quibus dictis pon
deranda sunt multa p̄mo ꝙ hec erūt in nouissimis
diebus. Et ita nō adhuc facta vident q nondum
sunt nouissimi dies vt vr q dies nouissimi vltimi
dibi vident. Item scdō attendēdū ē q dicit ꝙ mōs
dñi tunc eleuabr sup colles q̄ eleuatio mōtis dñi
scꝫ mōtis syon q̄ solet mōs appellari nondū est fa
cta. Itē ꝙ dicit ꝙ fluent ad eū oēs gentes: qd in-
super nōdum extat impletū in christo nostro. Itē
dicit ꝙ nō leuabūt gētes ꝯtra gentē gladium nec
exercebūtur vltra ad preliū: cuius ꝯtrarium cer
nimus in pnti. ergo nōdum est ista ꝓphetia ipleta
sed vt implenda. Item zacharie 9. pnunciato xpī
aduentu hijs verbis sic exulta satis filia syon iu-
bila filia ierusalem. Ecce rex tu⁹ venit tibi iustus

et saluator pauper sedēs super asinā ꝛ super filiū
asine seqtur immediate: ꝛ disperdam quadrigam
ex effraym ꝛ equū de ierusalem ꝛ dissipabitur ar-
cus belli: ꝛ loquet pacem gentibus ꝛc.

Cap. 10.

Item ysaie. xl. Consolami
ni consolamini popule meus dicit dñs
deus vester loquimini ad cor iherusal
lem ꝛ aduocate eam qm̄ cōpleta est malicia eius
dimissa est iniquitas illius suscepit de manu domi
ni duplicia p omnibus peccatis suis sequitur vt
videtur probatio siue declaratio huius missionis
siue pnunciationis sic vox clamatis in deserto pa
rate viam dñi rectas facite in solitudine semittas
dei nostri omnis vallis implebitur et omnis mōs
et collis humiliabitur ꝛ erunt praua in directa ꝛ a
spera in vias planas ꝛ reuelabitur gloria dñi ꝛ vi
debit omnis caro pariter quod os dñi locutū est
si igitur messias est per quē constat hec fieri debe-
re consequens est vt peccatū illius ciuitatis sit oi
no dimissum ꝛ quod sequitur ꝙ ex tunc debuit cō-
ad idē alia obiectum. solari non lugere sicut fecit postmodum ꝓpter de-
structionē per tytum ꝛ vespasianū quod q nō est
factum vt videtur consequitur messiam esse ven-
turum ꝛ ista facturum ꝛc.

Cap. 11.

Item non videtur quod christus
noster erat messias quia messias noster rex esse de
scribitur a prophis ꝛ imperiū habiturus nō soluꝫ
in iherusalem sed vsq ad fines terre dicitur enim
scdō ps. in eius persona sicut tu supra probasti in
principio libri secundi ego aūt cōstitutus sum rex
ab eo super syon montē sanctum eius ꝛ ps. 23. de
eo dicitur dñe in virtute tua letabit rex ꝛ ps. 44.
dico ego opera mea regi Et concupiscet rex deco
rem tuum ꝛ ps. 71. de eo dicitur deus iudiciū tuuꝫ
regi da ꝛ iusticiā tuam filio regis. vbi nō solū eum
affirmat regē sed filium regis annectens ibidē do
minabitur a mari vsq ad mare ꝛ a flumine vsq ad
terminos orbis terraruꝫ sicut dicit ysa. ca. 9. ꝙ erit
princeps pacis ꝙ eius imperiū multiplicabitur ꝛ
ꝙ sedebit super solium dauid ꝛ cap. 33. de eo dicit
dominus enim noster legifer noster dñs rex noster
et daniel dicit eum habere regnū ca. 7. sui libri et
zacharias ca. 9. ꝛ ceteri ꝓphete sicut tu supra po-
suisti libro secūdo ad pbandū eum esse deū debere
cōstat autē xpm̄ nostrū pauperem extitisse ymmo
cum volebant eū rapere vt facerent eum regē fu-
git ab eis solus in montē io. 6. ca. Nō igitur videt
ꝙ xps noster fuisset messias ꝓmissus nisi igitur
probaueris quod pmissa ꝛ etiam alia que ego nō
posui non nobis obstent quin credimus messiam
venisse non videtur michi satis firma que ante po
suisti non nego tū hec ipsa que ego hec posui ad
alium sensum sine periculo posse exponi quem ad
sensum illum ad quem ea supra adduxisti sicut cō-
sequenter omnes sancti doctores latini ꝛ greci ea
exponunt sed sic ea exponere de fide nostra nichil
videtur omnino pbare expositio enim moralis si-
ue allegorica siue quelibet alia preter sensum litte
ralem scripture nichil videtur michi omnino pba
re quia nemo potest ex circunstantia littere pba-
re illum sensum esse scripture si enim hoc probari
posset de aliqua expositione consequi videtur iux
ta tractata primi libri ꝙ illa expositio esset sensus
litteralis ipsius scripture ex quo ex ipsa littera p
baretur significari multa. Item sic iudei ea q̄ tu p
nobis ꝛ cōtra ipsos superius adduxisti exponere
possent sine periculo aliter ꝗ fecisti nichil tamen
quo ad sensum litteralem quē tu posuisti penitus
infirmarent nisi sensum illum quem ponerent ex
ipsamet scriptura probarent tu ergo proba illum
sensum litteralem esse in hijs que ego adduxi ꝛ in
dictis similibus quē ego posuerim quod michi vi
detur difficile aut si illa omnia non potest efficere
saltem ostende ꝙ hunc sensum quē posui esse litte-
ralem credere non tenemur quod contra iudeos
pro nobis puto sufficere aut ostendas ꝙ rationa
bilit sensus litteralis alius dici possit.

Cap. 12.

Ricardus rem postulas multuꝫ
difficilem ipse de quo loquimur nunc assistat ꝛ pri-
mittus ad istud faciendū michi videntur stabilien
da aliqua fundamenta Primū fundamentū est ꝙ
regnum messie siue imperiū quod ꝓphete nuncia-
uerunt siue eius regia potestas aut thronus q̄tū
ad exercitium seu q̄tum ad modū sui regiminis
spirituale intelligendū est siue in regimine anima-
rum quo ad salutem eternā acquirendā non tem-
porale siue corporale sicut iudei intelligunt q̄uis
ipse messias promissus ex alio titulo rex scriptus
fuit ꝓphetatus istud patet per zacha. cap. 9. sicut
supra posui de ipso dicentē exulta satis filia syon
iubila filia iherusalem ecce rex tuus venit tibi iu-
stus ꝛ saluator ꝛ ipse pauper sedens super asinaꝫ
et super pullum filiū azine ꝛ sequitur post Et po-
testas eius a mari vsq ad mare ꝛ a fluminib⁹ vsq
ad fines orbis terre si enim futurus esset rex in
temporali potestate quō tunc pauper foret aut cō
tra honorem regni azinam equitaret certe nichil
horum foret eiusq aduentus ad iherusalem in ta
li apparatu abiecto si sic rex foret eoꝝ in tēporali
bus causa doloris ꝛ luctus fuisset in plio non cau pncipatus xpi dz itelli
sa exultationis ꝛ iubilatiōis sicut dicit zacharias gi i spūali-
potestas igitur eius regia a mari vsq ad mare ꝛ a b⁹ ꝛ nō tē-
fluminibus vsq ad terminos terre in spiritualib⁹ poralibus.
intelligenda fuit quo ad exercitium ex quo in tē-
porali ꝛ corporali dignitate non potest intelligi ꝙ
propheta elegāter ps. 2. ꝛ expressit sic dicit eni in
eius psona Ego autem cōstitutus sum rex ab eo
super syon montē sanctū eius predicans pceptuꝫ
eius. Item iudaice hoc obiecisti pnūciata de mes
sia puulus natus est nobis ꝛc. adiunxit vocabit
nomen eius admirabilis deus fortis pater futu-
ri seculi princeps pacis multiplicabitur eius im-
perium ꝛ pacis eius nō erit finis que superius po
suisti in quo dicto clare ostendit ꝙ eius imperium
erit in spiritualibus non in transitorijs tempora
libus. vt te intelligere videbaris loquitur enim de
pace que finem non habet qua homo ex charita-
te deo cōfederatur ꝛ amicus eius efficitur ꝛ oēꝫ
hominem diligit ꝛ nullum odit hec pax ptinet ad
benedictionē dandā gentibus per messiam sicut
dicitur ca. 9. vbi supra loquetur pacē gētibus de
qua pace dicitur ps. 71. Orietur in dieb⁹ eius iu-
sticia ꝛ habundantia pacis donec afferatur luna
qd de pace corporali itelligit ita ꝓpter ꝯformitatē
sententie consequitur ꝙ loquitur de imperio spiri
tuali nō corporali Ita de simili regno dauid ꝛ sa

lio quia premittit q vocabitur pater futuri, secu-
li princeps pacis vñ de constat q qualis est pax
illa talis est principatus quē principatum conse-
gentiles nō quenter vocat imperiū solum dauid z regnū eius
sunt ponen scz populum iustum de iudeis. Nunq̄ aūt includ-
dicū iudeis. dantur iusti ex gentibus Ita vt illi ad illud regnū
pertineant et cur infra patebit Ad istū sensum fa-
cit quod addit vsq̄ in sempiternum Cum nullum
regnum tēporale maneat vsq̄ in sempiternuz .scz
sine fine sic enim sempiternū proprie accipitur Si
autem iuxta sensum iudeoꝝ accipiunt sempiternū
minus ꝓprie scz vsq̄ in finem seculi sicut frequen-
ter sumitur in scriptura adhuc sic non potest intel
cōfirmatio ligi de corporali regno messie cum ysa.55.ca.sui li
doctoꝝ ex bri prouideret plano sermone ipsum esse occiden-
ysaia dum z q obhoc deus dispergiet eis plurimos scz
multiplicabit eius imperiū vt hic dicit z tibi cōse-
quēter immediate in ca. 54. ꝓnuncians dilatatio
nem regni eius lauda sterilis que nō paris ꝛc. vt
supra adduxisti Et daniel insup eum ꝓnunciat oc
cidendum regnū non corporale vsq̄ in finem secu
li corporaliter vt ipsi intelligunt ipse messias con-
tinuare nō poterit ante finē seculi moriturus quo
enim modo moriuus regnaret ostēdere ipsi oino
non possunt spirituale ergo non corporale intelli-
gendum est regnū messie quo ad regnū a ꝓphetis
descriptum Istud ꝓpheta daniel ca.7. sui libri in
visione expressa describit sicut adduxi superius in
libro 3.ca.4.dicens Aspiciebā ergo in visione no
ctis z ecce in nubibus celi quasi veniebat z vsq̄
ad antiquū dierum peruenit z in ꝓspectu eius ob
tulerunt eum z dedit ei potestatem honorem z re
gnum z oēs populi z tribus z lingue ipsi seruient
et potestas eius potestas eterna Que non auferetur z regnum eius quod non destruetur siue corrumpetur Constat autem omne regnū corporale et temporale corrumpendū z auferendū z similit
omnem potestatē corporalē q̄ tēporalez vocamꝰ
super populos tribus z linguas consequitur ergo
alia ꝓfirma q ꝓpheta de tali re nō loquitur de eodem eius re
tio ex danie gno dicit ca.2. In diebus autē regnoꝝ illoꝝ suscitabit deus regnū quod ineternū non dissipabitur
lis capi.2. et regnum eius populo alteri non tradetur nō autem dubium quin omne regnū corporale z temporale dissipabitur saltem ante finale iudiciū quod
idem ꝓpheta immediate post hec clare ostendit dicens cōminuet aūt z cōsumet vniuersa regna hec
et ipsum statuet ineternū Simile in cap.7. In fine
sic ad iudicium sedebit vt auferatur potētia z cō-
teratur z dispareat vsq̄ in finem Regnū autem et
potestas z magnitudo regni que est sub oē regnū
detur populo sanctoꝝ altissimi cuius regnū sempi
ternū est ecce q̄ plane dicit q vniuersa regna hec
consumentur per regnū lapidis precisi de mōte si
ne manibus scz xp̄i ꝓmissi z q potentia talium re
gnoꝝ conteretur per regnū sanctoꝝ altissimi quod
potius vocauit regnuz filij hominis quod viderat
accedere ad antiquū dierū Item illud fundamen
tum clare patet si ad memoriā reuocētur dicta de
ipso ad dicta superius de dauid de ysa. de zacha.
de danele nō enī terreno regi cōuenuunt ego sum
vermis z non homo opprobriū hominū z abiectō
plebis oēs videntes me deriserunt me locuti sunt
labijs z mouerunt caput z diuiserunt sibi vestimē
ta mea z super meā vestem miserunt sortem Nunquid iudei dicent se audere facere hec suo regi ter
peno Item q occisus est ꝓpter peccata populi z
q non erat ei spēs neq̄ decor sed tanq̄ leprosus
percussus a deo z traditus cum sceleratis sicut di
cit ysa. z q occidetur a suo populo sicut dicit da-
niel q vendetur triginta argenteis per iudeos si-
cut dicit zacharias z a fratribus expresse de eo q̄
nec iudei neq̄ alij nūq̄ suo regi fecerunt scz terre
no aut facere ausi fuerunt satis affirmāt q regnū
suum quo ad regnē terrenū non fozet Item si im-
perium suum vsq̄ ad fines terre terrenū z in coꝛ-
poralibus esse deberet quomodo fozet desideratꝰ
cunctis gētibus sicut dicit abacuth ꝓpheta z nō
cunctis odiosus potius qui eas fuerat subiugatu-
rus imperio suo attēto q modus sui regiminis
fozet iuxta ꝓphetam ps.2. rigoꝛosus z violentus
iuxta illud Et reges eos in virga ferrea z tanq̄
vas figuli confringes eos z balaam eum virgam
procuciat Orietur stella ex iacob exurgetq̄ vir-
ga de israel non enim solet talis rex in tempora-
libus desiderari a populis. Item si messias rex
debebat esse in temporalibus gubernandis quo-
modo esset illud verum dictum salomonis.3.regum
tertio ca. Ecce feci tibi iuxta sermones tuos z de
di tibi coꝛ sapiens z intelligens in tantū vt nullus
ante te similis tibi fuerit nec post te surrecturꝰ sit
et secūdo paralepomenō primo ca. dicitur Ita et
nullus in regibus hic enī nullus rex futurus post
salomonem excipitur z tamen non dubium quin
messias debuit esse saltem scientioꝛ Non igitur est
regnum in tēporalibus q ꝓphete messie, ascribūt
sed ipse messias ratione originis eius populi ius
regnum habere debet vt inferius ostendetur.

messias ha
buit ius i re
gno

Cap.13.

fim fūdame
tum.

Secundū fundamētū est q hec nomina iherusalē syon z israel rationabiliter in sacra scriptura accipi possunt pro congregatione iustoꝝ scz hominū existētium in via salutis eterne quā congregationem nos ecclesiam vocamus dum tamen circunstantia scripture ad sensum alium non cōpellat hoc patet sic nomen quodcū q̄ rationabiliter illi competit cui conuenit sensus eius precipuus horum nominū conuenit ecclesie siue congregationi iustoꝝ ergo ꝛc. minoꝛ dubium non habet z ꝓbatur maioꝛ sensus huius nominis syon est speculum seu specula seu semē huius sensus huius nominis israel est mons videns deum siue princeps deo suo siue fortis directio dei sui q̄ sensus non solum cōueniunt congregationi iustorum sed principalius illi conueniunt q̄ alicui alij q enim hij omnes terre aut ciuitati insensibili conuenire non possunt nemo ambigit nec populo nec viro impio aut iniquo omnino conueniunt in quo non est timoꝛ perfectus nec pax nec directio nec est semen dei aut speculum nichil enim dici debet speculum nisi res munda z pura qualis nō est q̄s q̄ iniquus habens peccato omnia enim peccata in scriptura immundicie appellātur laua me inq̄t dauid ab iniquitatibus meis z a peccatis meis inunda me vnde indubitanter sequitur q hec nomina non solum rationabiliter congregationi iustoꝝ conueniunt sed principalius et magis ꝓprie ei conueniunt q̄ terre ciuitati loco homini aut populo impio z non iusto cuius modi est vbiq̄ populus iudeoꝝ quod ipsi iudei negare nō possunt

israel dicit
mōs vidēs
deum.

ex quo precepta z iudicia legis q moysem eis da
nota de vsu tanon seruant quo ad precepta z alia sacrificia i
ra z malicia lege tum qz vbiq̄ dant pecuniam ad vsurā z reci
iudeoꝝ. piunt super habundantiam z nullus talis ascen-
det nec est in via ascendendi in montē dñi scz in ce
lum quo iusti ascendent sicut describit ps.14.dñe
quis habitabit in tabernaculo tuo. Item ezechie
lis.18.vir si fuerit iustus z fecerit iusticiam z iudi-
cium in monte nō cōmederit z oculos suos nō le-
uauerit ad ydola.ꝛc.z nudū operuerit vestimēto
ad vsuram nō accomodauit z amplius non acce-
pit ꝛc. hic iustus est z vita viuet ait dñs q si genue
rit filium latronē effundentem sanguinē z fecerit
vnum de istis z hec omnia quidē non facientē sed
in montibus comedentē z proꝛem ꝓximi polluen
tem z egenum z pauperē contristantem capientē
rapinas pignus non reddentem z ad ydola leuā-
tem oculos suos abhominationē facientem ad
vsuram dantem z amplius accipientē nunquid vi
uet non viuet ecce q omnis dans ad vsuram aut
superhabundantiā recipiens moꝛietur z nō viuet
et 22.ca.numerat vsuram inter peccata propter q̄
fuerunt captiuandi iudei Constat igit q si iudeis
ista conueniāt q hoc est secundū sola nomina nō
secundum sensum eoꝝ q nos xp̄iani non impedi-
mus congregationi vero iustoꝝ hec nomina se
cundum ipsa nomina z secundum sensum ipsoꝝ
nominū vere conuenūt vnde patet q in sacra scri
ptura si ipsa circunstantia scripture nō obuiat ra-
tionabiliter accipi poterunt pro eadem congrega
tione iustoꝝ siue pro ecclesia.

Cap.14.

Tertiū fun
damentum

Ercium fundamētum est q prenunciationes cōmodoꝝ tēporalium siue eternoꝝ facte populo iudeoꝝ per ꝓphetas antiquitus com moda siue bona deus erat eis daturus propter ipsoꝝ merita tunc futura habēt cōditionem implicitam hanc si in iusticia perseuerarent aut aliam similem seu equiualentem hoc patet etiam deutero.28.ca.est etiam similis sententia capitulis.4.z.8.11.vbi ponūtur benedictiones et maledictiones prenunciate huic populo et dicit sic si aūt audieris vocem domini dei tui vt facias atq̄ custodias omnia mandata que ego precipio tibi hodie faciet te dominus deus tuus excelsiorē cunctis gentibus in terra venient que tibi benedictiones iste z post ipsis benedictionibus in habūdantia plurium animalium z frugū terre z glorie temporalis numeratis Sequitur de benedictiōe spirituali etiam sic suscitabit que dominus te sibi in populum sanctum sicut iurauit tibi z infra q si nolueris audire, vocem domini dei tui ꝛc. venient super te omnes maledictiones iste z apprehendēt te maledictus eris in ciuitate maledictus eris in agro maledictum horreum tuum et maledicte reliquie tue maledictus fructus ventris tui ꝛc. eadē etiam sententia dicitur deutero.26.ca. sicut dicitur ysaie ca.1.si volueritis z audieritis me bona terre comedetis q si nolueritis z me ad iracundiam p
nota de ma uocaueritis gladius deuoꝛabit vos quia os dñi
ledictiōibꝰ locutum est Item secundo regum 7.ca. dicit do-
iudeoꝝum. minus per ꝓphetam nathā ad dauid suscitabo se
nota de be men tuum post te z egredietur de vtero tuo z fir-
nedictione mabo regnum eius ipse edificabit domuz nomini
data semini meo z stabiliam nomen meum vsq̄ in sempiternū
dauid sub Ego ero ei in patrem et ipse erit michi in filium q̄
conditione si inique gesserit arguā eum in virga virorum z in
plagis filioꝝ hominū miam aut meā non auferam ab eo sicut abstuli a saule que amoui a facie
mea z fidelis erit domus tua z regnum tuum vsq̄
ineternū ante faciem meā z thꝛonus tuus erit firmus iugiter Quod dictum cōtinet ꝓnuntiationez
successionis proprie in regia dignitate scz vsq̄ in
finem seculi filioꝝ dauid nec exprimitur aliqua cō
ditio z tamen tertio ca. dauid in monte hanc promissionem repetens salomoni dicit eam filii factā
sub conditione sic si custodierint vias tuas filij tui
et ambulauerint coram me in veritate in omni coꝛ
de suo z in omni anima sua non auferetur tibi vir
de thꝛono israel Ite primo paralipomenō. 28. ca.
vbi fit sermo de eadem materia sic scribitur sed et
de filijs meis filios enim multos dedit michi dñs
elegit salomonē filium meum vt sederet in thꝛono
regni domini dixitq̄ michi salomō filius tuus edificabit domū meam z altaria mea ipsum enim elegi in filium z ego ero ei in patrez z firmabo regnū
eius vsq̄ in eternum si perseuerauerit facere pre-
cepta mea z iudicia sicut et hodie Ecce expressa
dicta conditio z secundo paralipomenō 2.ca. salomō sic oꝛasse legitur nūc ergo domine deus israel
imple seruo tuo patri meo dauid que locutus es
ei dicens Non deficiet vir ex te coram me qui se-
deat ex te super thꝛonum israel. Ita tamē si custodierint filij tui vias meas z ambulauerint in lege
mea sicut z tu ambulasti coram me vbi etiam exp
mitur dicta conditio idem ibi. 7. ca. expresse dicit
Item ps.131. vbi legitur de eadez materia dicit sic
referendo dictum ad secundā ꝓmissionē hec iurauit dominus dauid z non frustrabitur eum de fructu ventris tui ponam sicut sedem meā Si custodierint legem meā z tenebunt mandata hec q̄ docebo eos Et filij eoꝝ vsq̄ in seculum sedebunt
super sedem tuam vbi istius promissionis exp̄mit
conditionem quā tamen secundo reguꝝ in ista pcōfirmatio
missione non expressit Item ieremie.17.si audieri- dictoꝝ ex
tis me dicit dominus vt non inferatis onera in ieremia.
gredientur per portas ciuitatis huius reges et
principes sedentes super solium dauid z ascendē
tes in curribus z equis ipsi z principes eoꝝ viri iu
da z habitatores iherusalem z habitabitur ciuitas hec in sempiternum ꝛc. si non audieritis me vt
sanctificetis diem sabbati succendam ignem i poꝛ
tis eius z deuoꝛabit domos iherusalem z non extinguetur ecce hic tam de regibus q̄ de habitatoribus ciuitatis perpetuis est expressa ista cōditio
predicta illud idem dicit plenius ca.7.sic si bene-
dixeritis vias vestras z studia vestra si feceritis iudicium inter virum z ꝓximū eius z aduene z pupillo z vidue z non feceritis calumniā nec sanguinem innocentē effunderitis in loco z post deos alienos non ambulaueritis in malū vobismetipsis
habitabovobiscū in loco isto in terra quā dedi patribus vestris a seculo z vsq̄ in seculum z infra z
nunc quia fecistis omnia opera hec dicit dominꝰ
et locutus ad vos mane consurgens z loquens z
non audistis z vocaui z non respondistis faciam
domui huic in qua invocatum est nomen meum z
in qua vos habetis fiduciam z locū quē dedi vobis z patribus vestris sicut z feci syloꝛ proiciaꝝ vos
a facie mea sicut proieci omnes fratres vestros

vniuersum semen effraym ecce premissa conditio Item dominus per Jeremiã cap.38.sui libri illud affirmat vbi sic dicitur repente loquitur aduersus gētē ⁊ regnum vt eradicē ⁊ destruã et disꝑdã illud si penitentiam egerit gens illa a malo scꝫ ꝙ locutus sum aduersus eam: Agam ⁊ ego penitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei ⁊ subito loquar de gente ⁊ de regno vt edificē et plantem illud si fecerit malum in oculis meis vt nõ audiat vocem meã penitentiã agam super bono quod locutus sum vt facerem ei Ecce ꝙ hic plane in talibus ꝓmissionibus siue ꝑnunciationibus cõmodorum intelligitur predicta conditio scꝫ si ꝑmãserit in iusticia licet nullatenus exprimatur. Item cap.

Ad idē ex ieremie capitulo.22.

22.dicit sic facite iudicium ⁊ iusticiã.s.enim faciētes feceritis verbũ illud ingredientur per portas domus huius sedentes de genere dauid suꝑ thronum eius ⁊ ascendētes currus ⁊ equos ipsi ⁊ serui ⁊ populus ipsoꝝ ꝙ si non audieritis verba hec in memetipso iuraui dicit dominus quia in solitudine erit domus hec ecce conditio ⁊ tamen ad litteram fiebat hec ꝑnũciatio sedechie qui fuit vltimus rex in iherusalem ante captiuitatē babilonicam ita ꝙ si stetisset ipse ⁊ populus in via iusticie illa captiuitas non fuisset que sibi ⁊ populo imminebat in proximo. Item ysa.58. dicitur sic si abstuleris de medio tui cathenam ⁊ desieris extendere digitum ⁊ loqui ꝙ non prodest cũ effuderis esurienti animã tuam ⁊ animã afflictam repleueris orietur in tenebris lux tua ⁊ tenebre tue erunt vt meridies et requiem dabit tibi dominus deus tuus ⁊ implebit splendoribus animã tuam ⁊ ossa tua liberabit ⁊c. Ecce hic expressa conditio de stabilitate habitationis ⁊ requiei eis promisse.

ꝓbatio ꝑdictoꝝ ex primi regũ secũdo capite

Item primo regū 2.ca.legitur ꝙ vir samuel vir dei venit ad heliam sacerdotem ⁊ dixit sic ꝓpterea ait dominus israel loquens locutus sum vt domus tua ⁊ domus patris ministret in conspectu meo vsqꝫ in sempiternum nunc autē hec dicit dominus absit hoc a me sed quicunqꝫ honorificauerit me glorificabo eum qui aut contempserint me erunt ignobiles. Ecce hic patet non solum quod dixi sed expresse additur causa quare conditio est intellecta. In omni tali promissione scꝫ ꝙ deus glorificat honorantes eũ et contēpnētes eum reddit ignobiles ⁊ hoc extat iustissimũ vides concordem sententiam prophetarum ad stabiliendum illud tertiũ supra positũ fundamentum quod insuper plenius declaratum habes a me prima conclusione super ionam prophetam ⁊ aduerte bene conformitatem ⁊ colligantiã

epilogatio ꝑdictorum.

trium fundamentoꝝ illoꝝ primũ dicit regnũ messie siue xpi ꝓmissi esse spirituale tantũ non corporale quo ad regimē eius actuale Cui colligatur secundum quod dicit populum suum scꝫ esse spiritualem ⁊ suam ciuitatē iherusalem aut syon eodē sensu rationabiliter posse intelligi hoc enim manifeste consequitur ex primo. Tertiũ affirmat ꝓmissiones bonoꝝ factas populo suo sub modificatione intelligi scꝫ si steterint in via iusticie quod idem est iuxta duo fundamenta priora ꝙ permaneat populus dei spiritualis ⁊ sub rege spirituali quod videtur sequi ex illis duobus aut saltem illis multũ rationabiliter conuenire quia ex quo alij desinunt esse de regno dei spirituali a ꝓmissionibus factis populo dei spirituali per continuationē meritoꝝ scilꝫ omnino se faciunt alienos vnde promissa eis reddi nõ debēt sicut dicit illa auctoritas prima ꝑ isto fundamento vltimo hic inducta.

Cap.15.

obiectio ꝫ ꝑmũ fundamentum

Iohannes ne queso te tedeat si pauca obiecero contra fundamenta prescripta vt firmius ea figas Contra primũ fundamētum videtur totum quod in primo ⁊ in secundo fecisti si enim messias deus esse debet omnia regna mundi sua erunt ⁊ quicquid etiam est in hoc mundo igitur regnum terrenum habebit. Item ad officium sacerdotis siue prophete ꝑtinet potius regere in spiritualibus qꝫ ad regem nisi igitur ostendas aliam causam cur messias sit rex prenũciatus propter regnum spirituale non apparebit michi ꝙ aperte a prophetis rex fuerat appellandus sic etiam moyses aut samuel rex eēt in scriptura vocatus. Ricardus nõ dixi nec ꝓbaui quin messias regnũ terrenum haberet sed ꝙ regnum sibi a prophetis ascriptum spirituale intelligendum est ⁊ ꝙ in spiritualibus consistere debet ostendi nõ in terrenis transitorijs ita vt ipse esset homines gubernaturus in hijs que animarum salutem concernunt ⁊ secundum humanitatem suam conuersando inter homines mortales ⁊ non esset eos gubernaturus sicut isti reges terreni regunt sibi subiectos scꝫ in gloria corporali diuitijs ⁊ honore ⁊ per leges temporales quas sibi constituunt. Si vero aliquãdo ab aliquo propheta innuatur esse rex terre aut dominus terre ⁊ omniũ terrenoꝝ hoc intelligendum est quia deus est. nõ quia exercere debet i humanitate prescriptum regnum temporale quomodo ego in suprascripto fundamento regnum temporale ab eo exclusi prudēter tamen dixisti ipsum nõ ex solo regimine spirituali regē debere vocari aut ꝑnunciari a prophetis rex futurus aut dux aut princeps aut regnum siue imperium habiturus quoniam sic regere vt recte affirmas amplius conuenit sacerdoti qꝫ regi ⁊ ob hoc nisi ex alia causa rex dici posset potius ꝑnunciatus fuisset in illis prophetijs de ipõ sacerdos aut propheta aut doctor qꝫ rex Johannes Ex quo materia exigit dic queso iuxta scripturam qualiter rex congrue dici debebat. Ricardus. Quattuor esse michi occurrũt alia predicta.s.a regimine spirituali propter quoꝝ singula potuit messias rex congrue appellari vbi herodes ⁊ pylatus vocati reges videntur sicut patet actuum.4.vbi sic scribitur domine tu qui fecisti celum ⁊ terram ⁊c. qui spiritu sancto per os patris nostri dauid pueri tu dixisti Quare fremuerunt gentes ⁊ populi meditati sunt inania. Astiterunt reges ⁊ principes conuenerunt in vnum aduersus dominũ ⁊ aduersus xpm eius. Conuenerunt vere in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum iesum quē vnxisti herodes ⁊ pontius pilatus cum gentibus ⁊ populis israel facere que manus tua ⁊ consilium tuum decreuerunt fieri aut qꝛ rex erat celestis scꝫ regnans per gloriã in beatis quomodo videtur dicere Jo.18. regnũ meum non est de hoc mundo aut quia dominus erat oīm scꝫ celi ⁊ terre quomodo scriptura frequētissime deũ regem appellat sicut hester.14. dicitur da michi fiduciam rex deorum ⁊ vniuerse domine potestatis aut quia ex lege nature aut lege data rex iudeorũ secundum carnis originē esse debebat iuxta quē

qualiter xps debeat dici rex ꝓpter 4

Quattuor modis xps potuit appellari rex.

sensum possumus accipere illud quod ipse dicit Jo.18. pylato concludente ergo rex es tu tu dicis. qꝛ rex sum ego ego in hoc mũdo natus sum ⁊c. Non michi occurrunt cause plures preter primã iã ꝓbatam cur messias rex potuit congrue in prenũciationibus ꝓpheticis appellari ꝙ autē sic fuerit prophetatũ ꝓpter regnũ temporale Non permittunt illa que supra adduxi de veteri testamento ꝓ stabiliendo primo fundamento Insuper veritas euangelica hec impugnat qm̃ non solũ gloriã huius temporalē aut corporales diuicias aut regnũ temporaliuꝫ contempsit sed suos discipulos hec contemnere ⁊ fecit ⁊ docuit iuxta euangelicã veritatem ⁊ cũ voluerat eum populus capere in regem fugit in montē solus sicut legitur Jo.6. ⁊ iuueni dicēti sibi magister dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem respondit o homo quis me constituit iudicē manifeste ostendit se non esse vel fuisse constitutum iudicē aut diuisorem rerum temporalium sicut conuenit terrenis regibus diuidere possessiones ⁊ terras ⁊ alia ⁊ alteri iuueni respondit de se loquens non dubium filius hominis non habet vbi caput suum reclinet mat.8. ꝙ regi in temporalibus non conueniebat omnino non ergo est rex prenũciatus propter regnũ temporale ꝙ aut sic fuerat ꝓphetatum quia rex erat celestis aut qa rex erat celi ⁊ terre qꝫuis in aliquibus ꝑnunciationibus possit fortassis ostendi tamen vt videtur in plurimis prenũciationibus de suo regno ⁊ suo regimine non potest aliqua harum causarum locuꝫ habere videlꝫ in hijs prenunciatioĩbus que eum affirmant regem israel sicut michee.5. dicitur Tu bethleem ⁊c. ex te enim exiet dux qui regat populum meũ israel ⁊ ibi Jo.12. benedictus qui venit in nomine domini rex israel aut qui eum asserunt regem iudeoꝝ iuxta istud zacha.9. Exulta satis filia syon iubila filia iherusalem ecce rex tuus venit tibi aut regem super mõtem syon sicut dicitur ps.2. Ego autem constitutus sum rex ab eo suꝑ syon montem sanctum eius aut super soliuꝫ dauid ⁊ super regnum eius vt angelus dixit matri eius dabit illi dominus deus sedē dauid patris eius nec in aliquibus huiusmodi vt videtur potest aliqua duarum causaruꝫ locũ habere in hijs enim ⁊ huius non potest apte intelligi messias vocatus rex aut dux aut princeps israel super montem syon super solium dauid ⁊ regnum eius eo ꝙ erat rex omnium bonorum spiritualium qm̃ ex illis causis eq̃ diceretur rex egyptiorũ rex arabie aut indie ⁊ rex super solium tyberij cesaris siue alterius imperatoris romani et rex super capitolium iouis igitur ex aliqua alia causa approbata sicut ista dicta et prenũciata de deo Et si quisqꝫ dicat hec esse ꝑnũciata de deo ex vna causa predictarum cũ alia causa predicta particulari scꝫ ꝙ ipse cum hoc ꝙ rex ē celi ⁊ terre populo israhelitico debuit singulariter preesse in regimine spirituali sicut ipse legitur respõdisse suis discipulis nõ suꝫ missus nisi ad oues que perierant domus israel mat.15. ita ꝙ hec predicta ⁊ similia accipiant de ipso dicta ex hijs causis simul nõ ex sola causa generali quia scꝫ rex celestis erat obuiare sibi videntur verba ipsa ps.2. Ego aũt constitutus sum rex ab eo suꝑ syon montem sanctum eius quoniã non erat constitutus a deo rex celestis super syon montē qui ante constitutionē huius rex erat celestis qꝫuis enim ipse existens rex celestis constitutus fuerit super syon mõtem sanctum eius non tamen eraꝫ a deo constitutus rex celestis super montē syon ⁊c. Item illud regimē tanqꝫ effectus sue constitutionis in regem subiungitur hic cum dicit ꝑdicans ꝑceptum eius non igitur ꝓpter illum effectũ est rex dictus tanqꝫ ꝓpter causam sed potius ex alia priori causa est rex dictus ad predicandum preceptum domini igitur videbitur ex alia causa hic dictus rex qꝫ ex causis istis coniunctim Et similiter ibi in ps.71. videtur deus iudicium tuum regi da ⁊ iusticiam tuam filio regis iudicare populũ tuum in iusticia ⁊c. vbi nõ dubium propheta loquitur de populo israelitico et de regimine spũali futuro illius populi p xpm nec prudenter imprecaretur propheta nec bono modo absolute a nobis videtur posse intelligi talis potestas imprecata fuisse regi celesti siue regi mundi qm̃ rex celestis tale iudicium habebat aut nisi expressisset naturã in qua posset huius potestatem de nouo recipere sicut xps ipse michi dixit ꝙ pater dedit filio potestatem iudiciũ facere quia filius hominis est Jo.5. verum qꝛ consequenter annectit in ipso psalmo descendit sicut pluuiam vellus describens naturam humanã in qua posset recipere huius potestatem igitur imprecatur regi israel ⁊ filio regis israel secundũ carnalem originē Item ꝙ angelus dixerat matri sue dabit illi dñs deus sedem patris eius ostendit ipsum regem esse futurum vbi dicit dauid pater eius rex erat ⁊ eum debere patri suo succedere vnde alia causa innuitur vt sit rex quia regnum habuerit celeste aut mundi totius autē etiam regnum spirituale quoniã illud immediate post describitur ab ãgelo cũ adiũgit et regnabit in domo iacob in eternum. Item populus iudeoꝝ clamans coram pilato si hũc dimittis non es amicus cesaris ⁊ pro causa addiciens omnis qui se regem facit contradicit cesari Jo.19. nõ dubium non de rege mundi aut celi intellexit sed de rege terre illius. Igitur pylatus querēs a xpo tu es rex iudeoꝝ simili modo ⁊ ex simili causa nomen regis accepit vnde sequitur ꝙ aut xps nõ sibi ad mentē questionis respondit quod de superna sapia non videtur dicendum aut respondendo tu dicis sensum pilati asseruit scꝫ ꝙ erat rex iudeorum ⁊ terre illius scꝫ habitu ac iure originis qꝫuis aliud regnum habuit sicut ipse pylato expressit dicendo regnum meũ non est de hoc modo Item ꝙ ysa. dicit de xpo siue messia ca.33. sui libri dominus enim iudex noster dominus legifer noster dominus ipse rex noster veniet ⁊ saluabit nos non sit videtur posse accipi vt ꝓpheta dicat xpm aut deum pro co tunc venturum ad saluandũ eos fore regem.s.qꝛ rex esse debuit celi aut mundi totius qm̃ sic eũ dicit regem sicut eum dicit iudicem ⁊ legiferum que duo dicit de eo qꝛ in humanitate fuit venturus ad saluandum eos dando eis legem ⁊ eos iudicãdo igitur intendit eum regem sic esse debere scꝫ in natura in qua venturus erat ad saluandũ eos qm̃ aliarum gentiũ non erat futurus nec hoc potest dici propter regimē spirituale quia hoc intelligitur nomine iudicis siue legiferi scꝫ in spiritualib9 gubernare igitur relinquetur quartus modus scꝫ ꝙ eum regem eorum appellat quia in humanitate ⁊ secundum eam iure originis rex eorum esse debebat. Item ꝙ magi querebant vbi est qui natus est rex iudeorum vidimus enim stellam eius in oriēte

xps nõ venit vocād9 rex iudeoꝝ ꝓpt regimē spũale

hic iterum ꝓbat ꝙ xps rõne originis erat rex iudeorum.

et venimus adorare eum cum muneribus mat.2.
satis affirmat ꝙ xp̄s erat rex iudeorū aliter q̄ aliaꝝ
gentium sed non erat tunc rex iudeorum ꝓpter re
gimen actuāle aliquod aūt corporale aut spiritua
le ⁊ hoc secundum humanitatem secundū quā na
tus ab eis dicitur vnde consequitur ꝙ erat appro
prietate rex iudeoꝝ tunc ex iure originis vnde ob
hoc potest intelligi pylato querenti Tu es rex iu=
deorum respōdisse xp̄s tu dicis quia rex sum ego
in hoc natus sum vt ostēderet se esse et ab origine
sua regem iudeoruꝫ fuisse ob hoc insuper videtur
Ozee dicere ca.11.sui libri sic mane transit pertrā=
sit rex israel quia puer israel ⁊ ego dilexi eum ⁊ ex
egypto vocaui filium meū quod totum videtur di
ctum de xp̄o sicut de ipso dicit vltima particula te
stante euangelio mat.2.vbi dicitur ꝙ erit ibi vsq;
ad obitum herodis vt adimpleretur quod dictuꝫ
est a domino per prophetam dicentem Ex egyp=
to vocaui filium meū nō aūt dictus est in ortu suo
cum transijt in egyptum rex israel ꝓpter regnū ali
quod corporale aut spirituale vt dicitur igitur di
ctus est sic ꝓpterius eius originis ad regnū israel
si quis autē omnino contendat p̄missa ⁊ eis simi=
lia posse intelligi ꝓpter regnuꝫ eius spirituale aut
regnum mundi aut regnum eius celeste aut ꝓpter
duas harum causarum simul ostendat hoc ex cir=
cunstantijs littere si poterit michi aūt videtur ꝓ=
babilius dici ꝙ hec dicta sunt ꝓpter ius xp̄i origi
nale ad regnum iudeoꝝ ⁊ minus violente ad hūc
sensum q̄ ad aliuꝫ trahi pot est nec aliud michi vi
detur xp̄m intellexisse mat.17. quādo accesserūt q̄
didragma acceperant ad petrum ⁊ dixerūt ei ma=
gister vester non soluit didragma ⁊ xp̄s cum itras
set domū preuenit eum dicens quid tibi videtur sy
mon reges terre a quibus accipiunt censum a fi=
lijs suis aut ab alienis ille autē dicit ab alienis di
xit illi tūc ergo liberi sunt filij vt autem non scāda
lisemus eos vade ad mare mitte hamū ⁊ eū piscē
qui primus ascenderit tolle ⁊ aperto ore eius in=
uenies staterem illum sumens da eis pro me et ꝓ
te. Non enim illi ministri petebant censum a petro
sed petendum atq; soluendū censum innuebant a
petri magistro magister inquiunt vester non sol=
uit didragma Item xp̄s se liberū ab hoc volens
ostendere accepit a confessione vulgari principū
ꝙ tributum non est accipiendum a filijs regis et
ex hoc se volebat imunē ostendere innuens se filiū
regis esse si vero filium adoptiuum siue filium re=
gis eterni intellexisset se esse non ob hoc immunis
fuisset scꝫ ille qui factus est filius hominis vt totā
legem impleret et ore proprio diffiniuit q̄ cesaris
sunt cesari esse redenda mat.22.nec ab huiusmodi
censu excusatus fuisset sed soluꝫ si filius regis ter
rem fuisset tale tributum soluere non debebat er
go loco xp̄s meo iudicio hoc intellexit nec video
aliud apte isto loco posse intelligi.

quomō xp̄s soluit didragma.

Cap. 16.

Sic igitur michi videtur
saluo iudicio meliori xp̄s rex iudeo=
rum fuisse quia scꝫ ad matrem eius
que de domo dauid erat non dubiuꝫ
quia alias xp̄s ipse non habens pa=
trem carnalem filius dauid non fuisset nec germē
eius contra scripturam Jere.23.⁊.33. regalis di=
gnitas successione hereditatiua fuerat deuoluta

quō xp̄o debebat tenū iudeorum ⁊ quo iure succedebat et quare non visus est illo regno.

iuxta legem datam numeri.27.⁊ vltimo capitulis
de filiabus saphath sub hac forma homo cū mor
tuus fuerit absq; filio ad filiam eius transibit he=
reditas scꝫ ꝙ si ei fratres non fuerint dabit here=
ditatem fratribus patris eius si aūt nec patruos
habuerit.dabitur hijs qui ei proximi sunt Ita ꝙ
xp̄s heres carnalis marie matris ac progenitoꝝ
eius rex iudeorum vere dici potuit quāuis ipse iu
re illo quo ad temporalia vti noluerit sicut supe=
riora que adduxi ostendunt sic enim dicit aposto=
lus se ⁊ barnabam habuisse potestatē sumēdi cor
poralia ab eis quibus spiritualia seminabant sed
non vsi sumus inquit hac potestate p̄ie ad coꝝ.
9.Johannes videt ꝙ filia hominis ei nō in omni
hereditate posset succedere q̄m non potest mulier
officiuꝫ regis implere mulier enim naturaliter est
inepta ad prelium nec ei congruit preliari ⁊ etiam
naturaliter caret discretione iudicij nec debet in=
ungi sicut reges cum tamen ad hos effectus pri⁹
rex a deo fuerat non tantū postulatus sed datus
sic enim legitur primo re.8.ca. Rex enim erit sup
nos ⁊ egredietur ante nos ⁊ pugnabit bella no=
stra pro nobis ⁊ ca.9.dominus autē reuelauit au
riculam samuelis ante vnam diem q̄ veniret saul
dicens hac ipsa que nunc est ora. Cras mittā ad
te virum de beniamin ⁊ vnges eum ducem super
populum meū israel ⁊ saluabit populum meū ve=
nit enim clamor eoꝝ ad me de manu philistinoruꝫ
et respexi populū meum venit enim clamor eoruꝫ
ad me. Ecce officium regis quod debebat iudica
re populum ⁊ pugnare bella ipsius ⁊ in sua assum
ptione in vngi vnde non videtur ꝙ mulier que nō
potest excercere hec in regio iure posset succede=
re Et deutero.17.dicitur non poteris alterius gē
tis hominēꝫ regem facere qui non sit frater tuus
posset tamen hoc fieri hebrea desponsata homini
alterius gentis hominē regem facere cui hebree
deberetur hereditas regni illius si possit mulier in
hereditate regis succedere. Ricardus lex data ꝓ
filiabus saphath non illis solum data fuit sed om
nibus tribubus israel sicut patet vbi allegas igit
ita debuit obseruari in tribu iuda scꝫ tribu regia ⁊
in domo dauid sicut etiam in alia igitur q̄tum est
ex lege illa ad matrē xp̄i potuit ius regni iudeorū
transire nec tamen ex hoc cōsequitur statim ꝙ mu
lier actu regnaret q̄m lex illa sic erat ipleta ꝙ mu=
lieres ad quas transiret hereditas nuberent ho=
minibus sue tribus ⁊ quia caput mulieris est vir
prime ad coꝝ.11. consequenter regnaret cum pos=
si iudicare populum ⁊ agere bella pro eis nō mu=
lier vice tamen mulieris non rex sed tanq̄ vicē re
gis supplens pro sua vxore donec eius proles eta
tem haberet vnde ex hoc capite non infirmas q̄n
xp̄s rex modo predicto veraciter dici potuit quod
autem obicis deutero.17.dupliciter soluitur quia
preceptum fuit ꝙ mulieres nō nisi hominibus sue
tribus nuberent. Et quia littera dicit non poteris
facere non negat per hoc quin posset fieri. Itē ex
alia particula legis per te supius allegate potuit
euenisse ꝙ xp̄s rex iudeoꝝ esse debebat scꝫ ex illa
particula si aūt nec patruos habuerit dabitur he
reditas hijs qui proximi sunt quia ⁊ si ad filiā vel
vxorem ius regni non transiret etiā non transisset
ad matrem xp̄i tamen si pater virginis marie ma=
tris xp̄i aut frater ipsius ius habuisset ad regnuꝫ
aut actualiter rex fuisset ⁊ ille non habēs fratres

quare mulier nō pōt succedere in regno

nota de lege data filiabus saphath de regni successione.

aut patruos mortu⁹ extitisset ad filiū v̄ginis ma=
rie tanq̄ ad ꝓximū in sanguine illi⁹ defuncti de=
bebat ius regni trāsire ex quo lex dicit ꝙ dabitur
hereditas hijs qui ei ꝓximi sunt q̄uis pater vir=
ginis aut eius frater cognatos ex suis patruos ⁊
alios in sanguine xp̄i habuisset quia filius filie āt
etiam filius sororis ꝓximior est homi q̄ filius pa
trui sui ex eadē insup particula potuit euenire ꝙ
anus virginis sicut pater patris eius aut pater
matris aut patrus virginis marie aut alius pri=
mogenitoꝝ ipsi⁹ cui regia successio deb ebat mor
tuus esset nullū itaq; ꝓpinquū in sanguine mascu
lum sicut xp̄m relinquēs vnde consequitur ꝙ xp̄o
debebatur hereditas vnde michi videt iuxta scri
pturam sacrā ꝓbabiliter dici posse ꝙ in regno iu=
daico xp̄o nostro ius regni per matrē eius ꝓpter
carnalem originē cōpetebat.pro quo facit forma
narrationis mathei xp̄i originē describentis q̄m
ex quo matheus euāgelista premittit se narratuꝝ
generationē xp̄i ⁊ dauid vsq; ad zorobabel duceꝫ
nullum nominat nisi reges tēpore regum ⁊ princi
pes siue duces tēpore principū qui illi populo ꝑ
regibus successerūt quod claret satis ex libro pa
ralipomenō.1.ca.3.ex libro esdre ca.3.⁊ ex ꝓphe=
tia aggei ⁊ zacharie ⁊ verisimile ē ꝙ ita erat de ce
teris sequētib⁹ quos noiat ꝙ oēs erāt reges mo
do p̄dicto scꝫ i regno iudeoꝝ iure hereditario suc
cedentes vt consequenter dicamus ꝙ ioseph ob
hoc nominetur ibideꝫ quia sibi debebatur ꝑ eius
vxorem saltē ad tēpus gubernaculū siue regni il=
lius vt in questiōe de hoc i illo ca.euāgeliste mat.
alias si deus donauerit plenius ostēdetur hoc tū
nō impugnat supra positū fundamētū quod intel
lexi vt dixi de regno siue de regia dignitate excer=
cita scꝫ de actuali regimīe non de iure solo ad re=
gnum secundū legē diuinā que nō dubiū continet
legem nature scꝫ ꝙ ꝓximior homini tn carnali ꝓ=
pagatiōe sibi in tēporali ac carnali hereditate suc
cedet iuxta quē modū dixi xp̄ꝫ vocatū regē ibi vbi
est qui natus est rex iudeoꝝ ⁊ ibi cū pylato queren
ti Tu es rex iudeoꝝ xp̄s respondit tu dicis mat.
27. Et ob hoc dictū potest intelligi ab angelo ma
tri xp̄i de ipso ⁊ dabit illi dn̄s deus sedē dauid pa
tris eius ⁊ regnabit in domo ⁊c.luce primo ⁊ illō
ysaie nono sup solium dauid ⁊ sup regnū eius se=
debit et illud 23. Jeremie suscitabo dauid germen
iustum ⁊ regnabit rex ⁊ sapiēs erit ⁊ illud luce 9.
benedictus rex q̄ venit in noīe dn̄i ⁊ illud io.12.be
nedictus q̄ venit in noīe dn̄i rex israel Et michee.
5.ex te em̄ exiet dux q̄ regat populū meuꝫ israel et
multa similia ꝓpterea dicta accipere possumus ꝙ
xp̄s iure successionis carnalis rex iudaici populi
esse debebat ⁊ actu regimen in tēporalibus nūq̄
in eos sed in spiritualibus solū excercuit. Ca. 17.

nota ibi quomō xp̄s potuit succedere i regno iudeorū ex lege data deuteron.17.

Johānes quoad secundū
fundamētū videt michi ꝙ sit satis so
lutū de iherusalē ⁊ de syon quia ihe=
rusalē tpe abrahe salē vocabatur cu
ius melchisedech rex erat sicut dicit
gen̄s.14.cōsequēter tpe diuisionis terre cananeo
rū populo hebreoꝝ rebus vocabat sicut apparet
Jeremie.18.⁊ tunc etiā vocabat iherusalem sicut
ibidem dicitur ex quo igit inter ista noia iherusalē
syon ⁊ noia gētis illius scꝫ iudeos hebreos israel
Jacob iuda ⁊ similia nulla est cōueniētia quo ad

vn̄ sūpserūt originē hec noia iherusalē syon israel ⁊c.

sensum carnalem ita vt ista noia iherusalē syō sen
sum vnū ab aliquo illoꝝ acceperēt videt cōsequi
ꝙ hec noia sensum ⁊ originē sumpserūt a cōditio=
nibus populi iudeoꝝ scꝫ ab ipsoꝝ virtutibus ⁊ sic
ita rationabiliter possunt cōuenire alteri populo
sicut illi dum tn̄ sensus ⁊ ratio istoꝝ nominū obser
uetur in isto de israel vero nō michi ita videt quia
q̄uis quo ad sensum siue sensus a te supra exposi
tos sic posset alteri populo cōuenire nec iste tn̄ vi=
detur p̄cipuus sensus esse carnalis scꝫ rōne parē
tis carnalis q̄ israel fuerat appellat⁹ vnde hic po
pulus frequēter filij israel appellatur ab israel pa
tre scꝫ carnali ⁊ videt ꝙ hec sit principalis nomi=
nis huius ⁊ sui sensus origo iuxta quē sensum nō
videt ꝙ posset ecclesie cōuenire siue cōgregatiōi
iustoꝝ. Ricardus Attēde ꝙ xp̄s noster mater xp̄i
et apostoli xp̄i ⁊ oēs eius discipuli q̄ erant cū ipso
et plurimi ꝑ xp̄m ⁊ apostolos eius ad xp̄m cōuer
si tēpore p̄dicatiōis ipsius ⁊ suoꝝ apostoloꝝ i ter
ra illa quā terrā ꝓmissionis vocamus fuerant s̄m
carnis originē de iudeis vnde actuū.22. paulo ve
niente iherosolimā fratres dixerunt vides frater
quot milia sunt in iudeis q̄ crediderūt i deo ⁊ oēs
emulatores sunt legis ⁊ sic constat ꝙ ecclesia xp̄i
congregata ex oībus gentibus p̄cipalit fuit de
iudeis ymmo de iherusalē quoꝝ plurimi scꝫ petr⁹
Jacobus ⁊ alij nō solū sp̄uali iustificatione sed ēt
carnali ꝓpagatione multū auxerūt istā p̄mitiuam
xp̄i ecclesiam vt ex hac rōne ēt si alia nō esset tota
ecclesia xp̄i aut vt loquar iudeis cōformiter tota
cōgregatio iustoꝝ noia carnalia sicut ēt hec noia
syon iherusalē rōne partis sue principalioꝝ a p̄n
cipatio ⁊ rōe ꝯtinuatiōis illius partis ꝑ successio
nē carnalē rōnabiliter sibi poterit vēdicare vt ec
clesia ꝓprie ⁊ cōgrue dicatur israel Jacob iuda ⁊
syon ⁊ iherusalē cū hec noia accipiūtur ꝓ populo
verūtamē ne p̄missum fundamentū ex alia pte mu
tet huius nois israel primā originem inquiramus
ecce em̄ gen̄.32.qō q̄rimus inueniemus vbi sic di=
citur de iacob trāsductis q: oībus q̄ ad eū ptine=
bant remāsit solus ⁊ ecce vir luctabat cū eo vsq;
mane q̄ cū videret ꝙ eū superare nō posset tetigit
neruū femoris eius ⁊ statim emarcuit ⁊ dixitq; ad
eū dimitte me iā ascēdit aurora Respōdit non di=
mittā te nisi benedixeris michi ait ergo qō nomen
est tibi rn̄dit aūt ille iacob nequaq̄ inqt iacob vo=
cabit nomē tuū sed israel q̄m si ꝯ deū fortis fuisti q̄
tomagis ꝯ hoies p̄ualebis.⁊ p⁹ vocauit nomē lo
ci hui⁹ phanuel dicēs vidi dn̄ꝫ facie ad faciē ⁊ sal
ua fctā est aīa mea ꝯ̄ir.35.ca.legit sic apparuit āt
iterū dn̄s iacob p⁹ q̄ reuers⁹ est de mesopotamia
syrie bn̄dixitq; ei dicēs nō vocaberis vltra iacob sꝫ
israel vocabit nomē tuū ⁊ appellauit eū israel dixit
q̄ ei ego dn̄s oīpotēs cresce ⁊ multiplicare gētes
et ppl'i nationū exiēt ex te reges de lūbis tuis egre
dient vides nois hui⁹ originē.s.ꝙ ex sensu nois no
mē sibi ipōit nō tn̄ ꝯ accepit sensū ex ipōe sicut est
in noīb⁹ nr̄is vbi noia q: nobis ad significādū ipo
nūt sensū ⁊ significatū accipiūt itē vides ꝙ noiatō
illa ꝑ bn̄dictiōe ꝯfert bn̄dixitq; ei dicēs nō voca
beris vltra iacob sꝫ israel vocabit nom̄ tuū qō nō es
set rōne nudi nois sꝫ rōe sens⁹ ipsi⁹ vn̄.ca.28.c⁹ si
bi fiebat ꝓmissio dr̄ bn̄dicet i te nec i ꝓmissiōe abra
he nec ysaac ē mō hoc fetm̄ ob aliō nō ē nisi q: bn̄
dicēdi i seie.s.i xp̄o erāt ei⁹ nom̄ hituri ⁊ sēsū ipi⁹
itē vides ꝙ nom̄ ipꝫ ē cōe n̄ ꝓp̄ū ex quo sēsus rōe

nota quōto tū pōt denominari a pte p̄ncipaliori

origo hui⁹ nois israel.

cuius imponitur est cōis. Quis enim hoc nomē ra
tione impositionis eius ipsi iacob per angelum
facte quasi singulariter ꝛ appropriate designauit
illā personā. tamen illa significatio singularis siue
propria posterior erat ipsius noīs ꝙ erat alia cō-
munis prehabita ideo precedens q̄ cōmunis est
eius sensus principalis esse conuincietur. Ex qui-
bus clare cōuincitur ꝙ rōne traductionis carna-
lis nullatenus potest hoc nomē cōpetere succes-
soribus nisi traductio carnalis faceret sensum no
minis cōpetere successori quod natura ꝓpagatio
nis nō habet a tēpore peccati primi parētis Nō-
men enim cōem habens sensum nulli cōpetit nisi
ratione senses ipsius sicut vides in omnibus nul
us enim de nouo dicitur iustus nisi habeat virtu
em iusticie nec diues nisi habeat diuitias nec hō
nisi habeat rationalē animā et corpus sic nullus
debet dici israel nisi fuerit apud deū dilectus vn-
de ysaie.48.dicitur. Audite hec domus iacob q̄
Iudei false vsurpauerūt nomē israel
vocamini nomie israel ꝛ de aquis iuda existis vbi
aperte affirmat eos filios iude nō aūt filios israel
eos appellat quia mali erant sicut cōsequēter ibi
describitur ꝛ ideo illud nomē false vsurpauerunt
sibi vnde dicit eis q̄ vocamini nomie israel Si au
tem iudei aut quis alij nobis dixerint ꝙ israel fa
cta impositione angeli fiebat ipsi iacob tanꝙ no-
men ꝓprium magis ex hoc illud quod intendim⁹
roboratur q: nomē ꝓprium parentis vigore ꝓpa-
gationis carnalis nunꝙ descendit in filiuz nunꝙ
enim filius hominis iohannes vocatur nec filius
guilhelmi guilhelmus vocatur paterna origine
nisi nomē illud ita ꝓli imponatur vt patri igitur
ꝓpter parentez illū nullatenus poterunt iudei aut
aut alij ꝓprie israel appellari Quis filij israel ob
hoc rōnabiliter dici possent vides igit fundamētū
ꝑscriptū planius ꝟitatē hēre de hoc noīe israel ꝙ
de hijs noībus iherusalē syon quoꝝ nobis nō ita
clare pꝫ origo ideo vides ꝙ iudei nisi eēnt iusti ab
hoc noīe israel penitus alieni ꝛ similiter ꝑ supius
dictā rōnē ab hijs noibus iherusalē ꝛ syon q̄ non
cōpetūt ꝓprie nisi ecclesie militāti aut triūphāti.s.
celesti aut mēbris earū iuxta supra dictā satis soli
obiectū cōtra tertiū fūdamētū supra positū
dam rationē q: ipsoꝝ sensus ꝓprie alteri omnino
non conuenit.

Cap.18.

Iohānes tertiū etiā fūdamētū
michi satis solidū videretur nisi ꝙ videt sequi ex
ipso ꝙ ꝓmissiones ꝛ ꝑnūciationes facte de messia
hanc habeant implicitū cōditionē ꝛ ita nō videt
ꝙ ea q̄ tu ad ꝓbandū eum venisse supius posuisti
Absolutā cōtineāt veritatē sed cōditionatā si po-
pulus in iusticia ꝑmaneret quā cōditionē constat
in populo nō fuisse sicut tu videris immunere ꝛ ve
rum est ꝛ ob hoc nō euenerūt alia ipsis ꝓmissa.
Ricardus nō satis sollicite intellexisti supra posi-
tum fundamentū Nō enī illud posui nisi de cōmo
do siue de bonis ꝓmissis populo aut regibus q̄
deus erat daturus eis ꝓpter cōtinuationē merito
rum sꝫ de hijs vere q̄ deus erat facturus nō ꝓpt
eoꝝ merita sed potius cōtra merita eoꝝ ꝛ de sua
mera gratia scꝫ de ꝓmissione xp̄i ꝓmissi et hijs q̄
contingebant eius aduentū nō dixi cōditionē de-
bere intelligi supradictā q: ꝛ cōtra iudeoꝝ merita
Ricardus: Audi apostolum p̄me ad cor.15. Arguentē si resurrectio mortuorū non est ergo nec christus resurrexit: inanis ē p̄dicatio nostra inanis est fides nostra inuenimur autem aut falsi testes dei: qm̄ testimoniū diximus aduersus deum ꝙ sancticamur christum quem non suscitauit nā si mortui non resurgunt: nec christꝰ vana est fides nostra: adhuc em̄ estis in peccatis vestris ergo ⁊ qui dormierunt in xp̄o perierunt. Ecce cōclusio que sequitur si christus corpus verum non habuit nō vere est mortuꝰ nec vere resurrexit. Unde hic ꝯn̄r dicit apostolus insipiens tu quod seminas nō viuificatur nisi p̄us moriatur. Et si christus nō vere resurrexit remanemus in peccatis ⁊ mortui in christo perierunt et inanis est fides nostra. He sunt conclusiones apostoli non mee. Item quō christus cum diues esset pro nobis egenus factus est sicut dicit apostolus ad cor. octauo. Si verum corpus non habuit ꝓpter assumptionem veri corporis fantastici non est factus egenus aut quomodo crucifixus est ex infirmitate nostra sicut dicit vltimo capitulo Aut quomodo exinaniuit seipsum formam serui accipiens sicut dicitur ad philipenses secundo. Si em̄ formam nostram non sumpsit: quomodo reconciliauit nos in corpore carnis scilicet per mortem ipsius sicut dicitur ad collocenses p̄mo. si corpus non habebat verum nec carnem nec vere per consequens mortem sustinuit. Aut quomodo factus fuit ex muliere: factus sub lege natura ad gal. quarto capitulo. Si verum corpus nō habuit. Uides quomodo totum nouū testamentum destruit qui christum negat verum corpus habuisse: ⁊ totum vetus testamentū etiam qd̄ precise ꝑ eius aduentum datum est. Unde petrus Actuū tertio affirmat: ꝙ christus vere mortuus est et resurrexit. Et omnes prophete a samuele. Et deinceps qui locuti sunt annunciauerunt dies istos. ⁊ apostolus Actuum septimo dicit Quē ꝓphetarū non sunt presenti patres vestri ⁊ occiderunt eos qui pre nunciauerunt eis de aduentu iusti: etiam ipse dicit luce vltimo quoniā necesse est adimpleri omnia que scripta sunt in lege moysi in ꝓphetis ⁊

ps deme. Et eodem ca. ante ipse dixit. O stulti et tardi corde ad credendum in oibus q̄ locuti sunt prophete. nōne oportuit pati xp̄m ⁊ ita intrare in gloriam suam ⁊ incipiens a moyse ⁊ oibus ꝓphetis interpretabatur eis in oibus que de ipso erāt. Et io.5. dicit ad iudeos. Scrutamini scripturas q̄ vos putatis in ipsis vita eternā habere et ille sunt que testimoniū perhibent de me. Et inde subiungit si eñ crederitis moysi credetis forsitam et michi de me ei ille scripsit. vñ cōstat vetus testamentum editum ꝓpter ipsum.

Cap.14.

Hic soluūt argumenta q̄ videnť ꝓbare xp̄m nō hūisse verū corpus posita superi⁹

Johannes nunc ista dissolue que contra premissa in principio istius articuli adduxi richardus hoc primū quod adhibes ad ro. de⁹ filium suum mittens in similitudinem carnis pctī non innuit quod dixisti: q̄ similitudo infertur ad carnem peccati non ad carnem solam vnde caro xp̄i fuit vera caro pctī vera tamē caro fuit sicut sequitur ex hijs q̄ ibi consequenter annectit cito post: q̄ si spūs eius q̄ suscitauit iesum xp̄z a mortuis ⁊c. si eni suscitatus fuit a mortuis verā carnem habuit non solum similitudinē carnis vere et ca. sequenti ⁊ ex quibus est xp̄s secundū carnem q̄ si insuper similitudo refertur ad carnē non bene concluderes ex similitudine q̄ carnem verā non habuit cum caro vera similior sit vere carni q̄ caro fantastica. Nunquid paulus ⁊ barnabas veri homines nō erant qui dixerunt. Et nos mortales sumus similes vobis hoies. Act.14. quin potius ex hoc q̄ similes erant se hoies esse ostēdere voluerunt. Sicut apostolo. ad phil. illō quod tu superius adduxisti in similitudinem hoim factus premisit semetipsum exinaniuit formā serui acciaccipiēs in qua acceptione exinaniius nō fuisset si solam carnis similitudinez fantasticā assumpsisset et nō veram carnem ⁊ eidem dicte subiūgit humiliauit se ipsum factus obediens vsq̄ ad mortē mortem autem crucis ꝓpter quod ⁊ deus exaltauit illum ⁊c. Ex hijs manifeste ondit q̄ verū corpus habuit nō fantasticū nec te mouere debet q̄ super mare ambulauit. cum corpore vero ambulauit super aquā math.14. Nec q̄ intrauit ad discipulos ianuis clausis te debet mouere: vt asseras corpus ei⁹ non verum. Si credis q̄ verū corpus dedit discipulis suis sub spē panis/ ⁊ q̄ illud ante in suis ꝓprijs tenuit manib⁹: hoc eñ de vero corpore multo mirabilius extat.2. sic insuper credimus q̄ matris sue vterum exiuit: matris integritate seruata/ qō.n. corpore glorificato non obuiat. nō debes de vero corpore xp̄i per oipotentiam ipsius fieri posse negare.

Cap.15.

Ad solutiones alias.

Illud vero qō ꝓfers de euāgelio iohannis Quod michi ⁊ tibi mulier non facit ad tuum propositum quia volebat ipse dominus ostendere q̄ non ex illo quod sumpsit de matre scz posset remediū quod mater volebat adhibere. sed ex sola diuinitate cuius hora quando mater postulabat vel postulauerat nōdum venit ad hoc faciendum. Et ideo dicit. Quid mihi ⁊ tibi mulier nondum venit hora mea / at si apte dixisset mater mea/ me tanq̄ filium tuum exoras cōciuijs de vino succurrā/ non autē sum fili⁹ tu⁹ nisi scōm naturā finitam scōm quam adhibere nō possum. Hoc eñ ad diuinitatē meā ptinet q̄ est potētie infinite/ sed nōdum venit hora mea / scz in qua scōz diuinitatez meā faciā qō exposcis insup secūdū diuinitatē suā dicit. Ego nō sum de hoc mundo scz non sum terrenus q̄uis geram corpus de terra sed celestis vel illud accipias dictum scōm conuersationem sicut dicit de discipulis iohan.15. de mundo non estis vestra conuersatio nō est more eoꝝ qui diligunt mundū si vestra cōuersatio est celestis. Illud autem quod adducis q̄ ecclesia ē corpus eius: quod intelligendum est nō proprie. sed secundum similitudinem vt michi videtur/ nō probat q̄ corpus qō ipse gessit in eius persona non sit eius corpus. ⁊ dicatur solummodo ecclesia corpus ei⁹ cum scriptura dicat eū veꝝ corp⁹ habere illud, etiā qō adducis q̄ ipse redarguit iudeos vt tibi videtur q̄ dicebāt q̄ filius dauid fuit non recte intelligis cū euuangeliste dicāt eū filiū dauid ⁊ ipse dn̄s dixit. Jurauit dn̄s veritatem dauid ⁊ nō frustrabitur eum de fructu vētris tui ponam super sedem tuam. Quem fructum plurimi sanctorum xp̄m accipiunt de quo immediate promisit. Non auertas faciem christi tui: sed eos reprehendit ob hoc q̄ intellexerunt eū in suo respōso esse hoiem ⁊ nō deum Et ideo ad ꝓbandū eum deuz esse adduxit testimonia ipsius dauid ꝓphete Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis: nō ad ꝓbandū q̄ homo non fuit aut q̄ corpus de semine dauid non habuit. Unde paulus in persona dei actuum.13. dicit de dauid loquens Inueni dauid filium iesse virum secundū cor meū qui faciet voluntates meas cuius de⁹ ex semie scōz ꝓmissionē israel eduxit saluatorē iesum. Quod aūt adducis de euuangelio Johis. Uerbum caro factum est: potius est pro nobis q̄ contra illud eñ quod fit aliud vt secundū te loquamur desinit: si fieri si cōuerti erit sequitur q̄ verbū desinit esse si est factū caro per cōuersionem q̄ q̄ stare nō potest consequitur hoc debere intelligi aliter q̄ per cōuersionem. Ita vt per carnem homo accipiatur sicut ibi geñ.6. Ois caro corruperat viam suam super terrā. ⁊ ibi. Uidebit ois caro salutare dei nostri. ⁊ in similibus: vt sit sensus Uerbum est homo. qō puto sine calūpnia posse dici.

Fructus ꝓmissus dauid erat xp̄s

Cap.16.

obiectio ad ꝓbāō q̄ natura hūana in xp̄o fuit tanq̄ indumentum

Johānes si placet iam videamus quomodo fingi valeat per scripturaz q̄ natura humana fuit in christo sicut indumentū diuinitatis solūmodo aut vestis eius seu habitus sicut apostol⁹ scōm aliquos videtur accipere ad philipenses scōo. q̄ habitu inuentus est vt homo per quem modū dicim⁹ angelos bonos ⁊ malos naturam humanam assumere in qua cum hominibus plura gessisse leguntur. Item ysaie sexagesimotertio capitulo sui libri de eo loquens dicit. Quis est iste qui venit de edon tinctis vestibus de bosra. Iste formosus in stola sua ⁊ post quare ergo est rubrum indumentum tuum ⁊ vestimentū tuū sicut calcantiū in torculari appellans naturā humanam indumentum ⁊ vestimentum eius. Itē zacharie quarto. Illud idē sentire videtur qui sic loquitur de eo secundum aliquos ⁊ iesus erat indutus sordidis vestib⁹. Et post auerte ab ea sor-

dida vestimēta zach.3. vbi videť corp⁹. s. mortale appellare vestes sordidas. Item propheta dauid corp⁹ ei⁹ vocat tabernaculū dicēs. In sole posuit tabernaculū suum sicut tu ei supra affirmasti tabernaculū vero videtur remoci⁹ ab vniōe personali q̄ vestis aut indumentū hoc añte declarato liquebit q̄ natura humana fuit diuinitati ypostatice siue personaliter vnita: ita q̄ xp̄s proprie ⁊ vere homo dici potest ⁊ ad hoc testimonia propria adhibebis.

Ca.17.

Hic ꝓbat ex istis causis sequentib⁹ q̄ natura hūana nō fuit sicut indumētū sed ꝓbis vnita

Richardus michi videtur si ea que ad ostendendum xp̄m verū corp⁹ habere adduxi cōsideres ⁊ specialiter ea qua eum affirmant passuz et mortuum fuisse ⁊ resurrexisse et sua morte nos redemisse que per vestem ac indumentum fieri nō poterant nullatenus probationibus alijs indigebis. Nonne euuangelica dicta et apostolica plena sunt ymmo precipue sunt de hoc q̄ xp̄s est pro nobis mortuus et resurrexit et nos sua morte a peccato liberauit nec puta q̄ ita desipias vt non videas hoc per vestem fieri non posse q̄ ⁊ si vestis sola aut indumentum cuiusq̄ patiatur aut ab eo deponatur et iteruz rem sumatur ab eo q̄ nōob hoc dicitur aut vere dici pōt q̄ ipse patiatur/ aut moritur/ aut resurgit quod manifeste intelligere potes in angelis bonis ⁊ malis Cum corpora humana vera ⁊ grossa ⁊ corpulēta tanq̄ indumēta assumūt sicut fit in demoniacis in quib⁹ dyabolus totū hoiez inhabitat. ⁊ supra se vnit ac eum mouet per ei⁹ membra loquitur: ⁊ plura maleficia per eum operatur. ⁊ sic habuit angelus q̄ luctabať cuz iacob. de quo geñ.32. ⁊ angeli quos pauit abrahā: ⁊ quos loth recepit hospicio ⁊ lauit pedes eoꝝ de quib⁹ geñ.18. ⁊.19. Et angelus raphael qui thobiam duxit ad patrem suū thobiam de quo thobie.6. ⁊ infra. ⁊ in similibus misterijs angeli corpora humana corpulentia ⁊ grossa habebant: aut cum assumet corpora subtilia aut humana forma effigiata sicut in multis alijs inumerabilibus apparitionib⁹ angeloꝝ in oibus enim assumptionib⁹ nō potest dici q̄ angelus bon⁹ aut malus patitur nec per illi⁹ depositionem moritur angelus: aut per eius resumptionē resurgit quia sic angeli boni et demones frequenter aliqñ vna die patereť/ moreret/ ⁊ resurgerent qm̄ vno die sic corpora assumūt sepi⁹ ⁊ deponunt quod nimis est stultum credere cu⁹ rei manifesta est ratio: q̄ mori ⁊ resurgere passiones sunt suppositorū personarū siue ypostasium qm̄ mori nihil aliud est q̄ vitam siue aiam alicuius vnius indiuidui aut suppositi siue ypostasis separi aut dissolui/ aut interire. Etiā resurgere nichil aliud est q̄ vitā siue animam alicuius suppositi siue ypostasis p⁹ mortez totius suppositi corpori ei⁹ ypostatice reuniri in quo etiam oēs philosophi cōcordant ⁊ etiaz hoc sensus ondit verbi gratia si inter spiritum ⁊ corp⁹ cui vnitur nō est vnio ypostitica sed sola vnio vestimentalis: ⁊ dico q̄ tunc sicut per separationem vnius ab altero nichil ibi moriť. Ita nichil aliud per resumptionem reurgit sic nec qñ alius vestem suam deponit aut induit sicut intelligis esse in angelo sic in corpore ⁊ in quocūq̄ spū vnito corpori per modum indumenti ei⁹ aut vestis. vñ liquide constat q̄ si verbum diuinū naturā humanā assūpsit veluti indumentum aut vestem solūmodo ita vt nō vnita fuerit sibi ypostatice ꝓpter nature humane passionem nō patietur verbū diuinū: nec ꝑ eius depositionem ⁊ resumptione moriebať deus aut etiam resurrexit igitur ex quo onsum est supra cum de eius vero corpore ⁊ vera aia agebatur q̄ deus vere est passus ⁊ mortuus ⁊ postea surrexit cōsequitur q̄ nō solū erat sibi hūana natura velut indumentum aut vestis: sed ⁊ vere ꝑsonaliter aut ypostatice sibi vnita aut ꝓpter illā vnionem deus deus homo ⁊ personal ypostasis suppositum aut indiuiduum aut vnum numero in humana spē veracissime dici posset ⁊ more hoim pati posset ⁊ mori ⁊ vere resurgere sicut sepissime sacra scriptura testatur.

Nota de āgelis assumentib⁹ corpora.

Cap.18.

Obiectio ꝯ predicta.

Johannes ne queso acceleres sed tardiori processu ꝓgamus Ecce fateor ex predictis clarecere: q̄ angelus nō moritur nec resurgit cum corpus sibi assumptum in indumentū deponit depositum resumit: hoc insuper verum esset etiam si angelus ypostatice corpori illi fuisset vnitus ita q̄ ex angelo ⁊ corpore assumpto fieret vna persona sic ex humana aia ⁊ corpore: qm̄ tunc nō moreret angelus ex depōne illi⁹ corporis sicut nec aia rōnalis nūc moritur: cum humanum corpus deponit per mortem ipsius hois nec angelus resurgeret corpore illo resūpto ypostatice sicut nec anima lazari resurrexit sed lazarus qñ eius aia fuit eius corpori ꝑsonaliter siue ypostatice reunita igitur ex isto capite sequitur q̄ si verbū diuinū fuit natare humane vnitum personaliter q̄ deposita illa natura nō moriebatur verbum etiam nec deus nec ea in resurrectione resumpta resurrexit deus sicut nec angelus nec anima rationalis in tali casu moritur aut resurgit: sz si aliquid debet sic mori aut resurgere videtur hoc esse cōposita persona ex verbo diuino aut humana natura sicut in casu simili totus homo moreretur ⁊ resurrexit composita ypostasis ex angelo ⁊ corpore assumpto personali vnione si fieret moreretur ⁊ resurgeret nō angelus. ⁊c.

Cap.19.

Aliomō deus angeli ⁊ demōes assumunt corpora.

Richardus bene concluderes si assumptiones humane nature a verbo: ⁊ corporis ab angelo ⁊ ab aia rationali similes essent ex toto modo multū existunt dissimiles q̄ in tali casu vbi fieret vnio personalis tam angelus q̄ aia fieret vere pars vnius persone cōposite ex angelo ⁊ aia cum corpore assumpto de⁹ autem siue verbum diuinum ꝑsone composite pars nullomodo est aūt pars esse nō potest. Cuius probatione attende: si eñ sic esset persona illa cuius deus vna pars esset equalis cum deo esset potentie qm̄ totam potentiā oim suarum partium ipsa haberet quarum vna pars esset deus etiā consequitur aliquam personā que deus nō esset. esset equalis potentie cum deo quod nullatenus aliqua secta admittit nichil eñ preter deum equale deo est vt oēs proclamant. Secūda ratio omnis res vere q̄ de⁹ non est in esse suo pendet a deo tanq̄ a potentia

sustentatiua fūdatiua ⁊ suppositiua siue essētie sicut in.17.ostendetur huius plantus. vñ paulus actuū 17.dicit in ipso viuim⁹ mouemur ⁊ sumus. de⁹ autem siue persona dei a se pendere nō potest tanq̄ a persona suppositante siue subsistente interi⁹ ergo nec persōa illa cuius de⁹ pars est potest a deo sic in suo esse pendere cū sit eque potens in existēdo vt deus nō ergo deus est nec esse pōt pars alius talis persone. Item si persona verbi diuini sc3 deus filius esset pars vnius persone cum verbuz dei semper ⁊ necessario sit psona esset prima pars persone quod natura nō sustinet sicut nec permittit natura q vnus homo sit pars alterius angeli: qm̄ persona illa siue ypostasis vel indiuiduum sic nō esset vna persona sed plures. igitur vnius persone esse pars deus nō potuit. Item si de⁹ assumpsisset sic humanā naturā tunc nō vere homo fuisset: siue hūana ypostasis sed pars eius sicut in casu quem ponis aīa rationalis nō est homo nec angelus est aīal rationale cōpositum ex spiritu angelico ⁊ corpore/ ⁊ nos vere dicimus q de⁹ est homo. Item oīs ypostasis siue psona que deus non est: est creatura: si ergo deus est pars vnius persone cum non posit esse cuiusq̄ materia esset forma eius nec aūt sit vera persona siue ypostasis ex forma et materia nisi cum forma sit iuncta naturali vnione materie nec naturalis vnio esse potest infiniti cum natura finita. qm̄ inter illa nula esset habitudo siue portio naturalis: igitur deus nullius suppositi siue psone forma esse potest. Item si de⁹ esset pars vnius persone: illa psona sicut cetera naturalia haberet aliquā operationem naturalez illa operatio esset finita aut infinita: nō infinita qr esset potentie infinite. Constat aūt q actio naturalis psone infinite debet esse infinita: nec esset operatio infinita qr penderet a psona finita: sc3 corpore: nichil aūt infinitū potest a finito pendere. vnde cōsequitur ex quo talis psona nō haberet nec habere posset naturalem actonē qr talis psona esse oīno nō posset vides igitur q verbum dei in hūana specie non potest esse sicut anima humana: ⁊ sic angelus posset esse pars vnius ypostasis si deus angelum alicui corpori ypostatica vnione cōiungeret: sed ipsum verbū sic humanā naturā assumpsit vt homo diceretur ⁊ humana ypostasis: qui modus vnionis naturalis in angelo: aut in aīa: aut in alia creatura penitus esse nō potest sed necessario q̄cunq̄ creatura ex vnione ypostatica cū aliquo fieret pars vnius cōpositi ex vtroq̄ ipsoꝝ ideo est q deus dicitur vere mortuus fuisse ⁊ resurrexisse in humana natura ab eo assumpta: q̄uis angelus: aut anima in tali natura assumpta nec mori posset nec resurgere: nec putes tamē q ideo deus mortuus esse dicitur qr humanā naturā sibi vnitā deposuit nec ideo resurrexisse: qr illā resumpsit sed ideo dicit̄ mortu⁹ vere: qr ei⁹ aīa corpus deposuit: ⁊ ideo vere resurrexit qr eius aīa ypostatice corpus eius reinduit: puto igitur q solide satis supra cōclusi qd ⁊ tu potes concludere ex quo xp̄s in humana natura vere fuit mortuus: ⁊ vere resurrexit q natura non erat sibi velut nudum indumentū/aut vestis sed quod erat sibi vere vnita ita vt ipse homo esset ⁊ humana ypostasis.

> Quare de⁹ mortu⁹ est ⁊ resurrexit ñ ē qr natura hūana erat sic idumētū ⁊ illā deposuit ⁊ deiñ reassūpsit.

Cap.20.

IOhānes nescio quo me ducis: iam em̄ dicis dei filium humanam ypostasim siue naturā sc3 vnum singularem hoīem in specie humana quem nos appellamus iesum edocti ab angelo luce p̄mo ⁊ preter hoc afirmas q de⁹ siue diuinitas non est pars ypostasis sed est tota ypostasis ⁊ verus homo ex quib⁹ michi plane cōsequitur q deus alias partes siue aliam partē nō habeat q̄ alter homo Cum nullā partem habeat nisi anima ⁊ corpus ex quo deitas pars eius non extat ⁊ ita nō habet deus duas naturas sc3 diuinam ⁊ humanā in sua ypostasi s3 tm̄ humanā quē errorem potius euacuare deberes cū michi inde tota disputatio ista sit exorta. Richardus Hic nō bene ɔcludis. Nonne supra ꝓbaui iesum esse deū ⁊ ex ista deductione fateri cōpellis q sit homo igitur necessario cōsequitur q in sua ypostasi contineat duas naturas sc3 diuinā ⁊ humanā non dico vt partes: qr nec diuina natura est pars eius vt ꝓbaui: sed est ipse iesus: nec hūana natura est pars eius totam intelligo qr nec h3 partem aliquam vt dixi nisi partes ipius humane nature ⁊ ideo tota illa humana natura in ipso non est pars eius: sed quodāmodo ineffabili inestimabili perfecto incogitabili ab humano ingenio: sic natura diuina ⁊ humana in ipso iesu cōtinentur ⁊ sunt ⁊ ipse est natura diuina ⁊ deus nō est hūana natura ⁊ tm̄ ꝓpter modū quo eam sibi vniuit vere sicut alius homo est humana ypostasis ⁊ vnus homo singularis sicut ceteri. Johannes. Iam videor intelligere q corpus humanū a diuinitate assumptū ⁊ sibi vnitum personaliter et cōgrue posset dici indumentū habitus vestis aut tabernaculum diuinitatis aut dei sicut supra ego adduxi nō tm̄ dici potest indumentū tm̄ ita sc3 q nō sit diuinitati ypostatice vnitum nec me penitet q me in hoc dubitare finxi vnde ea q̄ supra posui nō sunt cōtraria isti sententie: ⁊ ideo solutione nō indigent.

> l3 i xp̄o fuerūt due nature tm̄ quodāmō ieffabili ⁊ icogitabili diuia natura ⁊ humāa faciūt vnum.

Cep.21.

SEd adhuc aliud a te dissoluendum michi occurrit hic em̄ ꝓ firmo ponebas q nec de⁹ ante assumptionem corporis de virgine gloriosa nec boni angeli nec mali ante illaz assumptionem aut post habebāt humana corpora ypostatice siue personaliter sibi vnita Quomō sunt vera que legimus de deo ⁊ de angelis bonis ⁊ malis qui apparuerunt hominibus ambulabāt cum eis: loquebātur cū eis: ⁊ comedebāt cū eis. ⁊ alia similia opera humana fecerunt in humana natura sicut hoīes faciunt. Ecce legim⁹ geñ.3.q adam ⁊ eua cōmisso peccato audierūt vocem dñi dei deambulantis de paradiso ad aurā post meridiem qui eos alloquebatur ⁊ redarguit de cōmisso scelere ⁊ puniuit. Legitur etiam geñ.18.⁊.19.q angeli apparuerūt abrahe ⁊ comederūt cum eo ⁊ cum loth. etiā sic legitur ibi. Unde apostolus ad hebre. vltimo. placuerūt quidem deo angelis hospicio receptis q angelus luctabatur cum iacob quod certum est gestum esse in forma humana de quo facto geñ.32. q āgelus raphael velut homo iuit cum thobia cum eo bibens ⁊ comedēs ⁊ duxit ⁊ reduxit de quo thobie.6.q angelus obuiauit balaam cū gladio euaginato de quo libro numerorum.22. q apparuit gedeoni angelus ⁊ sedit sub quercu ⁊ loquebatur et tetigit eius sacrificiū summitate virge quā tenebat in manu. Que satis ostendūt eum formā humanā hūisse. De quo iudicū.6. q apparuit mane ⁊ eius vxori ⁊ loquebatur cum eis: nec sciebāt q angelus esset: sed eum virū vocabāt ⁊ ad cibum inuitabāt que satis ostendūt eum in forma hoīs apparuisse. Jud.13. q angel⁹ apparuit petro aperiens carcerem ⁊ eū adducēs per vicos ciuitatis q in forma humana cōstat factum fuisse ex hoc quod dicitur Actuum.12. q nesciebat q verū esset quod per angelum fiebat estimabat visum se videre q duo viri steterunt iuxta apostolos dño ascendente investib⁹ albis qui eis dixerūt. Uiri galilei ⁊c. Sicut legirur actuū p̄mo quos constat angelos extitisse in humana effigie q demones in hoībus existentes per homines loquebātur quos dñs ⁊ eius discipuli expullisse leguntur. Math.8. Mar.1.⁊.3.⁊.5.⁊ Luce.4. Et actuū.16. ac multis similib⁹ ⁊ p̄cipue abrahe/loth/⁊ thobie in quib⁹ exprimitur eos comedisse ambulasse/⁊ alia similia opera humana fecisse non bene intelligo quomodo sine vnione personali ea fieri poterant que facta leguntur/aut si poterant nō bene video qualiter ex aliquib⁹ operib⁹ siue actibus dñi nostri iesu xp̄i in hūana natura ꝓbari posset suppositatio siue psonalitas in humana natura ex quo ex similibus actib⁹ in apparitionib⁹ angelorum in quibus similes actus excercuerūt de angelis talis suppositatio siue personatio in humana natura probari nō potest: nec etiam in deo ante incarnationē vt dicis ex virgine: vñ videtur ita posse intelligi de ipso dño iesu xp̄o q sine suppositione in humana natura quoscūq̄ tales act⁹ exercuerit nisi igitur primitus istā dubitationem excludas ⁊ clare michi ostendas quos actus possunt spūs in humano corpore exercere sine personali vnione ⁊ quos nō michi uidetur q nō erit illud quod ponis satis solidū fundamentum.⁊c.

> Nota iste dubia.

> Nota istam obiectionē.

Cap.22.

> Solutiōes p̄dictoꝝ obiectioum.

RIcardus attende supi⁹ posita in ca.8.⁊ aliȷ́s: in quib⁹ nusq̄ ex loquella aut ambulatione/ aut cōmestione verā suppositionem humane nature aut verum corpus aut veram animā in xp̄o ꝓbaui iuxta sensum tn̄ iudeoꝝ cōmestionem posui signū infalibile hoīs resuscitati a mortuis quod signū tanq̄ infalibile nullaten⁹ approbaui. Et ideo nō vides quare ex hijs que de deo añ xp̄i cōceptionē vel post eā legimus ꝓbari posset q hoīes erant simul suppositati siue personati in hūana natura nec impossibilitas huius ꝓbationis ex isto capite aliqd de ꝓbationib⁹ suprapositis per me infirmat cū ex hijs causis cūcta ꝓbauerim quo ad ei⁹ suppositationem in humana natura/⁊ quo ad ei⁹ corp⁹ etiā quo ad aīaz eius q ea veraciter ⁊ nō similitudiarie habuit: videlicet ex dolore ⁊ tristicia/ex fatigatione: ex dormitione: ex esurie ⁊ siti ⁊ corporis incremēto secūdum etatem tp̄is ex cōfortatione per angelum: ex passionis fletu: ⁊ ex desiderio rōnis ad comedendum pascha cū discipulis suis: ⁊ ex vera ei⁹ morte: et resurrectione: quoꝝ nullum q̄tum michi videtur ⁊ occurrit vsq̄quaq̄ in scriptura sequit̄ de angelo aliquo q̄ in humana forma hoībus apparebat: nisi forsitā de sompno suspiceris: qr geñ.19. legitur de angelis ingressis ad loth priusq̄ irent cubitum viri ciuitatis vallauerūt domū: quod dictum non ꝓbat angelos dormiuisse poterāt. Etiā in humano corpore ⁊ fantastico more cubitum intrare sine hoc q ibi dormirent nec de demonijs q̄ in hoībus ⁊ per membra hoīm loquebantur ⁊ in hoībus habitabant vsq̄ legitur q̄tum michi occurrit: q p̄missorū per me adductorū quicq̄ egerunt aut fuit passi ⁊ vt illud q in isto articulo michi videtur plane describam. Attende q angelus bonus aut malus: aut etiā deus ipse assumendo corpus humanū sicut solet fieri in apparitionib⁹ angeloꝝ siue vnione personatiua aut suppositiua illud corpus mouere potest localliter ⁊ eius corporis membra ad diuersas operationes apta excercere potest qd quid ad motum pertinet: ⁊ q̄q̄ per solum motum localem perfici pōt vñ potest iuxta vsum loquendi cōem: ambulare: volare: comedere hoc est cibuz in os recipere ⁊ interius deglutire l3 hoc nō sit ꝓprie comedere. Uñ thobie.12. Dicit angelus raphael. videbar quin vobiscū comedere ⁊ bibere: sed ego cibo inuisibili ⁊ potu q̄ ab hoībus videri nō potest vtor. In hoc quod dicit videbar innuens veraciter se non comedisse et loqui pōtsi: nec sonos formare per instrumēta ad hoc apta q̄ soni ab hoībus voces dicuntur qr per eos sensum accipiūt ⁊ eos significāt licet forte tales min⁹ proprie voces dicuntur: sicut soni auiuz sonos similes hoīm vocibus facientiū ex vsu voces licet minus ꝓprie etiā appelletur. Aut si tales soni per instrumēta apta in humana natura. Aut in alio modo facti per angelos voces ꝓprie appellari debeant qr fiant per angelum cum intentione significandi. Siue etiā voces ꝓprie dicātur siue nō saltem voces tales sine psonali vnione per membra humana naturalia: aut etiā in corpore spūali: ⁊ per corpus spūale potuit āgelus formare et talia opera pficiūtur solo motu locali humanorum membroꝝ igitur ex nullo actu quē excercere pōt angelus per motum localem in aliqua natura cui vnitur argui pōt in alia natura ei⁹ suppositatio. s3 ex actibus qui fieri non possuut sine actione aut passione anime: pōt bene argui suppositatio ī natura humana: cum in ea act⁹ per eā tales excercētur. Si igitur in scriptura sancta poteris reperire q deus ipse aut āgelus aliquem actum fecit qui non sine aīa humana in humano corpore fieri potuit: fidenter cōclude q actus ille ex supposito humano processit quod puto te nunq̄ posse ī sacris scripturis reperire de deo aut āgelo ex ista persona dñi iesu xp̄i. Omnia enim q̄ supra adduxisti ex scriptura de operibus dei et angelorum constat fieri potuisse per solum motum localem membrorum humanorum: et ex hijs que naturaliter sequuntur in membris ex motu locali. Johannes Fateor q non mediocrem dubitationem a meo animo amouisti. perge vlterius quo tēdebas.

> Pōt eē cauilatio ō sōpno.

> Nō reqrit̄ vnio psonalis ad mouēdū corp⁹

Cap.23

Alia rō ad ꝓbandū intentum.

Richardus si assūpta humanitas a filio dei vero fuit sibi vestis aut indumentū nō personatiue sibi vnum ita vt ex vnione illa veraciter sicut ceteri hoīes hō esset nō inuetur ꝙ aliter fuit vnita illa humanitas filio dei: q̄ deo patri aut spūi sancto: qm̄ in illa hūanitate habitabat ⁊ erat deus pater ⁊ similiter spūssanctus habitatione sanctificatiua ⁊ in habitatione sustentatiua: vegetatiua ⁊ agitatiua. Ita em̄ pater sanctificauit illā aīam ⁊ corpus ⁊ similiter spūssanctꝰ sicut filius iuxta illud Jo.14. ad eum veniemus ⁊ apud eum mansionem faciemus ⁊ iuxta illud qđ apostolus dicit actū.17. In ipso viuimus: mouemur ⁊ sumus. sic in patre ⁊ spiritussancto viuebat illa humana natura xp̄i ⁊ mouebatur ⁊ erat sicut in filio qꝛ nichil horū patri: aut filio: aut spūi sctō competit nisi rōne potentie siue bonitatis diuine: que vna est eque in istis tribus personis. Igitur secundū hoc pater diceretur homo si filius hominis: ⁊ etiā xp̄s ꝓmissus ⁊ exinanitus ⁊ minor angelis ⁊ minor spiritu sancto: ⁊ similiter spūssanctꝰ sicut xp̄s diceret̄ filius dei qđ abhorres fides nostra nusq̄ enī in toto nouo testamento aut veteri fit sermo de incarnatione patris aut spūs sancti. In quoꝝ vtroq̄ ꝑncipaliter ⁊ simplicit̄ agit̄ de incarnatione filij: sicut superiora ostendunt. Unde affirmare patrem aut spiritū sanctum incarnatuꝫ destruit fidem ⁊ totā nostrā fidem ⁊ totam nostrā scripturā. Constat aūt hoc cōsequi si humanitas in xp̄o fuit solum indumentū diuinitatis xp̄i aut vestis: qꝛ sic equaliter fuisset indumentum ⁊ vestis patris ac spūssancti sicut ⁊ filij. Unitas enī essentie diuine indiuisibilis in tribus personis exigit ꝙ omne quod cōuenit vni persone etiā tribus cōueniat: nisi illud cōfusionem personarum includeret sic in libello proximo de processione spūs sancti tractabitur: non autem includit aut importat confusionem personaruꝫ. siue indistictionem earū ꝙ habeant indumentum aut vestem eādem qꝛ sicut quando sanctificauit aliquā aīam in eam mansionem faciendo sicut Joh.14. dicitur ipsam aīaꝫ inhabitant ⁊ eam habent pro pro indumento oēs tres persone ymmo propinquius ⁊ intimius eam tunc habent pro indumento ⁊ habitaculo q̄ xp̄s habebat naturā hmanā si sit in ipso indumentum deitatis solū modo cum apostolus dicat qui adheret deo vnus spiritus est cū eo. et infra ad cor.6 o saluator ipse rogat patrem vt sui sint vnū cū ipsis sicut ⁊ ipsi vnū sunt. Jo.17. Constat aūt ꝙ voluit ꝙ habitarent vel haberent maiorem vnitatem cū eis q̄ habeat vestis cum eo cuius est. ꝙ autē vtitur alia natura pro solo indnmento sic est vnū cuꝫ illa ꝓpter eius vnionē sicut habens vestem est cuꝫ veste ipius dumtaxat sicut angelus est sic vnū cuꝫ corpore ab eo assunpto vñ stante distinctiōe inter duos angelos potest bene iducere idem corpus ꝙ demones sepe efficiunt. apparuit inquit scriptura primo marie magdalene de qua eiecerat septē demonia. Mathei vltimo: ⁊ de vno hoīe xp̄s ipse legionē demonū eicit. sic legitur Ma. vltimo ⁊ Luce.8. sic igitur sequitur si natura hūana sit in xp̄o veluti nudum indumentū: qꝛ ita pater ⁊ spūs sanctus habeant dici, incarnati exinanti minorati ab āgelis ⁊c. huiꝰ mūdi sicut deꝰ filiꝰ ꝙ qꝛ ē nimis ab

Q̄ñ tres ꝑsōe sctificāt aliquā aīaꝫ hn̄t eā ꝑ indumento.

surdum consequitur ꝙ natura humana sic sit vnita deo filio: vt ipse eam supponitet ⁊ ꝓprie homo dicatur vt ceteri ⁊c.

Cap.24.

Johannes videtur prīa facie ꝙ etiā ex rōne tua quā ponis ꝓbare potes iuxta fidem nostrā ꝙ pater fuit incarnatus ⁊ similiter spiritꝰ sanctus ⁊ ꝙ vterq̄ sit homo ⁊ filius hoīs ⁊c. q̄ dicunt̄ de filio scꝫ xp̄o qꝛ in his itibꝰ ꝑsonis est essentia vna simplex ⁊ indiuisibilis ⁊ inseparabilis. Uñ videtur ꝙ ista oīa ita cōueniūt vni ꝑsone vt alteri: ex quo oīa vni simplici deo conueniunt iō p̄missam rationem tuā opꝫ explicare. Richardus. Non est argumentatio ꝑ oīa similis sed multū dissimilis cuiꝰ rōnem dixi quā tñ nō aduertisti: dicā igit̄ magis aperte si em̄ pater ⁊ filius ⁊ spūsctūs sit vnus deꝰ simpliciter ⁊ sint tres ꝑsone sicut apertissime dicit Johēs p̄ma sua canonica cap.5. Et hij tres vnū sunt: etiā tota series euuāglij eius ostēdit ꝙ pr̄ nō est filius/nec spūsctūs/ nec spūsctūs est filius: nec filius spūsctūs: q̄ tertius horū triū dicitur qꝛ sic tres nō essent sed duo aut vnus dūtaxat. Nichil igitur in fide nostra admittendū siue ꝯcedendū est. vñ cōsequitur ista confusio horū trium aut duoꝝ ipsoꝝ ꝯfusionē intelligo indistinctionē ita vt vnus sit qui alter pariter aut vnus sit hij tres quos nos latini tres ꝑsonas vocamus ⁊ greci tres ypostases trinitatem in eis intelligentes: ⁊ nullā distinctioem essentie sed oīmodam simplicitatem vnitatē ⁊ indiuisibilitatē in eis ponentes ⁊ firma fide tenentes dicūtur vnus deꝰ cōsequitur ꝙ hij tres sūt vna essentia: vna substātia: vna ꝑsona vna bonitas: ⁊c. de oībus q̄ absolute de deo dicuntur. ⁊ ꝓpter hoc nichil est admittēdum in fide nostra qđ aliquā disinctionē i aliquo tali ꝑtendit. Uñ ꝯsequitur ꝙ hij tres nō sūt tres dij: nec tres bonitates: nec tres sapiētie: nec tres potentie: nec aliud simsle dictū absolute. Uñ posset cōsequi in istis tribꝰ diuersitas siue diuisibilitas aut distinctio essentie in eisdem. Ex hijs necessario cōsequitur ꝙ filio incarnato siue assumente naturam humanā in virgine vt ꝑ illā assumptionem esset homo nō ꝓpter hoc est pater icarnatus In illa natura eadem assumpta in virgine vt ita ꝑ illam assumptionem pater sit homo qm̄ si hoc ꝯsequēs est ꝯsequitur ꝙ deus pater esset vnus ⁊ idē homo q̄ filius ex quo esset deus ex eisdē partibus humanis precise cōpositis. Et ita deus pater eēt deus filius vt ita nō essent duo sed vnꝰ si em̄ ambo essent vnus homo nō dubiū quin vnus eoruꝫ alter esset aut si dixeris ꝙ pater qꝛ alia ꝑsona a filio si eandem naturā hnmanā induerit suppositatione alius homo esset a filio ⁊ tñ precise ex eisdeꝫ ꝑtibus quod videtur intellectū nimis difficile ꝯsequit̄ saltem quod volumus: scꝫ ꝙ nō ꝑꝑ vnitatem essentie ipsoꝝ duoꝝ vno suppositato in aliqua natura cōsequitur alterius suppositatio in eadē: qꝛ ex quo essentie vnitas nō infert suppositationem vnā vtriusq̄ multū est remotius. vt inferat suppositationē distinctā qđ tñ faceret si ꝑꝑ incarnationem patris in eadem natura numero sic tñ esset alius hō ⁊ filio ⁊ nō idem homo qui est filius. Sic

In isto ca. declarat̄ bene quare pr̄ nō dꝛ icarnatus nec spūsctūs sicut filiꝰ viso ꝙ eēntia ē vna qꝛ simplex.

Nichil ē cōcedendū in fide vñ sequatur cōfusio.

Nota d̄ vnitate eēntie in tribꝰ ꝑsōis diuinis.

gitur sequitur in hijs scꝫ in patre ⁊ filio cōfusio siue indistictio si premissa cōsecutio bona ponatur parimodo cōstat: q̄ sequeretur de spiritu sancto si poneretur bona esse cōsecutio filius deus est homo igitur spiritussanctus est homo nullatenus vero cōsequitur ista cōfusio siue indistinctio horum trium si ponatur consecutio bona ad sumptionem nudi vestimenti quoniā non sequitur ꝙ pater sit filius aut vnus ⁊ idem homo qui est filius propter hoc ꝙ vterq̄ candem naturaꝫ habet pro indumēto aut veste qm̄ nō propter assumptionem vestis talis aut indumēti dicitur pater aut filius suppositum ꝑsonales siue ypostasie in specie illa de qua specie sumitur vestimentum qm̄ sic spūssanctꝰ fuisset suppositū in specie columbe qꝛ in natura colūbe veluti in veste apparuit supra xp̄ꝫ sicut legitur Joh. primo. ⁊ Mathei tertio ⁊ alias fuisset ignis qñ apparuit apostolis in specie ignis Actuum.2. sic deus homo quādo ambulauit in paradiso ad auram post meridiem sicut legitur geñ.3. Et pater vox fuisset quando invoce apparuit super xp̄ꝫ baptisatuꝫ sicut legitur Marci.3. ⁊ Math. primo ⁊ Luce.3. sic insuper angeli tam boni q̄ mali homines veriessent quando naturam hominis assumunt vt vestem quod constat non esse verum.

Cap.25.

Johānes placet michi ꝙ occasiōe obiectiōis mee hanc michi tam breuem ac tam firmam sententiā tradidisti fidei quo ad ea que patri ⁊ filio et spirtiui sancto rōne simplicis vnitatis diuine essentie cōueniunt ⁊ q̄tum ad ista etiam que a ꝑprietate de eis ⁊ sine confusione dicuntur dic plura si placet. RICARDUS. Si natura assumpta a filio dei fuit sibi solū indumentum aut vestis cū illa natura solū fuerit supposita ta siue personata in specie hominis ita vt ex partibus illiꝰ nature scꝫ anima ⁊ corpore fieret singularis homo quem nos vocamꝰ iesum ac xp̄m a quo dicimus xp̄iani consequitur ꝙ ille homo scilicet iesus xp̄s deus non fuit sed vera creatura vt ceteri hoīes assumpta tñ vt indumentū a filio dei ⁊ totum messiam deum esse debere etiā ꝙ xp̄s noster erat messias in lege. sicut dicit Philipꝰ ad nathanael iohēs primo quē scripsit moyses in lege Inuenimꝰ iesum filiū ioseph a nazareth nisi forte quisq̄ dixerit ꝙ ex aīa ⁊ corpore xp̄s non fiebat aliquis vnus homo: ⁊ cōsequenter quedam maria virgo non cōcepit hoīem aut peperit: sed solā naturam suppositatam. Constat autem ꝙ suo genito aut conceptui hoc nomen iesus imposuit. sicut patet Luce 2. Jesus igitur secūdū hoc nō est deus nec homo: sed natura humana nō personata oīno: et cum idem sit iesus ⁊ xp̄s cōsequitur ꝙ xp̄s noster nō fuit deus nec homo. Hoc autem est ita absurdum ꝙ xp̄ianꝰ dici nō debeat qui hoc de xp̄o suo affirmat cum totum euuangelium aliud non contineat nisi opera xp̄i que fecit que nō sunt nisi suppositorum. Non em̄ potest esse actio sic qñ sit actꝰ suppositi siue rei supposite simpliciter exñtis aut indiuidui sicut oēs philosophi confitentur. Item aīa xp̄i fuit vnita naturaliter corpori eius ⁊ cōsequitur cōpasitum ex eis fuit verus homo vt et ceteri hoīes: aut non fuit naturali vnita corpori: et cōsequitur ꝙ nichil vere vnū aliud ex eis fiebat si

Rō ad ꝓbāduꝫ superiꝰ dicta

cut nec ex angelo ⁊ corpore ab eo assumpto: fit vere vnū in aliqua specie naturali. Uñ assertor huiꝰ sententie non solū habet negare xp̄m suū esse deū aut hoīem sed oīno habet eū negare esse aliud vere vnum ⁊ ꝙ monstrū siue imperfectū redēptoreꝫ ꝯpellitur affirmare. Quid aūt hoc insaniꝰ dici potest constat aūt ꝙ ex aīa xp̄i ⁊ eius corpore fiebat veraciter vnus quē xp̄m iesum nos vocamus. vñ manifestū est ꝙ natura hūana in ip̄o nō fuit solū indumentū diuinitatis ex quo ip̄e deꝰ fuit ⁊ hō ⁊c.

Ex āgelo ⁊ corpe assūpto ñ fit aliquid vnum.

Cap.26.

Item moyses de ipso dicit deutero.18. sicut testat̄ petrus apostolus Actuū.3. Prophetā de gente tua ⁊ de fratribus tuis: sicut me suscitabit tibi deꝰ tuus. Et infra. Suscitabo ꝓphetā eis simile tui de medio fratrū tuorum. Ecce dicit eum ꝓphetā suscitatū de gente iudeoꝝ ⁊ de fratribꝰ eoꝝ similem sibi. Unde cōstat eundē hoīeꝫ esse debere ⁊ qui sibi hoc negat incurrit qđ sequitur q̄ aūt verba eius q̄ loquit̄ in noīe meo audire voluerit ego vltor existam Petrus aūt dicit oīs aīa que nō audiet ꝓphetam illū exterminabitur de plebe sua Item Jheremias de eo dicit qm̄ de alio eiꝰ dictum nequit intelligi creauit dñs nouū super terrā femina circundabit virum. Jheremie 31. Nullus em̄ vnq̄ fuit vir perfectus in vtero matris sue nisi ipse si enim per virū hoīem infantem ⁊ alios quisq̄ intelliget indistincte hoc nō est nouū qđ dicit ꝓpheta sed est antiquū a mundi principio Aut si vir a ꝓpheta vocatus est ꝓpter virile corpꝰ sibi velut indumentū vnitū nec hoc tunc etiā nouum erat cum deꝰ ⁊ angeli a pricipio huiꝰ mundi corpora velut indumenta habuerunt sicut patuit hoc cap.21. ⁊c. cum multi demones in mulieribꝰ habitabant añ tp̄a iheremie sicut in phitonissa q̄ samuelē legitur suscitasse seu dyabolū gerētē effigiē samuelis em̄ ñ dubiū quin in ea dyabolus habitabat pariter de ceteris de q̄bus dicitur primo regum.28. ne phitones cōsultant. Et leuit.20. vir vel mulier in quibus phitonicus vel diuinationis spiritus fuerit. morte morietur vir ergo dictus est ille promissus qꝛ ꝑfectus homo dici debuit in vtero matris sue. ⁊c.

In istis capitulis iterꝫ ꝓbat̄ ꝙ deꝰ veracit̄ fuit homo.

Nō fuit samuel suscitatus a phitonissa.

Ca.27.

Item p̄s primus ad litteraꝫ de alio nequit intelligi qm̄ de nullo alio est verū Oīa quecūq̄ faciet ꝓsperabūtur: sequit̄ aūt qđ in p̄dicto p̄s dicit̄ ad cōmendationē eius in lege dñi fuit voluntas eius ⁊ in lege eius meditabitur die ac ac nocte. Indigna cōmendatio valde esset de xp̄o si deus esset ⁊ nō homo scꝫ ꝙ in sua ꝓpria lege meditaretur die ac nocte. vt ergo digna cōmādatio sit ⁊ apta consequitur hoc esse dictum secundū humanitatē ipsius meditari vero in lege dictū secūdū vestē solū sibi nō posset ꝯuenire sicut nec angelo aut etiā deo patri aut spūi sctō iō sequitur ꝙ veraciter hō fuit Item p̄s.3. Dñe qđ multiplicati sūt q̄ tribulāt me ⁊c. de xp̄o accipit̄ nō de dauid: qꝛ nunq̄ surrexit a morte hic autē dꝛ Ego dormiui ⁊ soporatus sū ⁊ exurrexi qꝛ dñs suscepit me loquēs d̄ dormitiōe ⁊ soporatiōe mortꝭ qm̄ idignū eēt i hymno diuo fferre qꝛ ip̄e dormiuit ⁊ soporatꝰ fuit vt cōiter fieri solet ab hoīe insuꝑ etiā eiꝰ

Alie ꝓbatiōnes ex psalmo primo.

resurrectio ab huius sompno hāc causam nō habuit.s.q2 dñs suscepit eū : q2 sic quotidie exurgūt singuli pctōres quos deus nō suscepit:cuz igitur ipse psalm9 sit dictus de xp̄o qui in diuinitate tribulari nō poterat nec dormire nec soporare nec a sōpno exurgere:ꝯsequitur ipsum veruz hoīem extitisse qui hoc passus est.ꝙ etiam confirmat illud quod dicit se aīam habuisse. Multi inquit dicunt aīe mee nō est salus xp̄i in deo eius. Que sententia dicta fuit a iudeis xp̄o moriente in cruce. Cōfidit in deo liberet eū nunc si vult. Math.27. Itez p̄s.8.de eo sic loquitur. Quid est hō ꝙ memor es eius aut filius hoīs qm̄ visitas eum. Minuisti eū paulominus ab angelis gloria ꝛ honore coronasti eum ꝛ cōstituisti eū super opera manuū tuarū. Oīa subiecisti sub pedib9 eius oues ꝛ boues vniversas īsuper ꝛ pecora campi. Quod testimoniū apostolus ad hebre.scribēs cap.1.ꝛ.1.ad cor.15. adducit ad probandum eum esse verum deū ꝛ nichilominus eum verum hoīem affirmat:eū hoīez appellans ꝛ filiū ꝛ ob hoc minutum esse ab angelis eum dicit.si aūt naturā humanā tanꝗ̄ habitū aut vestimentuz sumpsisset nō ob hoc minoratus fuisset ab angelis cum illi angeli qui hoīb9 apparentes fuerant cum hoībus cōuersati non fuerūt diminuti a ceteris ꝓpter talem assumptionem corporis per modum indumenti vel habitus. Item p̄s.16.dicit Prouidebam dñm in conspectu meo semper:qm̄ a dextris est michi ne cōmouear propter hoc letatum est cor meum:ꝛ exultabit lingua mea insuper ꝛ caro mea cōquiescet in spe qm̄ non derelinqs aīam meā i inferno:nec dabis scm̄ tuū uidere corruptionem Notas michi fecisti vias vite adimplebis me leticia eū vultu tuo. ꝙ dictū petrus actuū.2.probat dictū de xp̄o nō de dauid et est probatio clara q2 caro dauid corrupta ꝛ incinerata fuit ꝛ in sepulcro apud iudeos. Item de dauid non est verum ꝙ ipse semper prouidit dñm in conspectu suo cum constet eum grauiter ꝛ pluries deliquisse ꝛ ꝯmotū fuisse: ergo necessario illa oportet accipere de xp̄o si aūt humanā naturam habuit solum vt indumentum in illa notas nō fecisset sibi dñs vias vite nec in illa xp̄m implesset leticia vt hic dicit:qm̄ per solam vestem nec amplius sciret nec gauderet vberius ꝗ̄ꝗ̄ in illa fieret:nec secundū indumentū ista sibi cōueniunt ergo veraciter homo fuit.ꝛc.

Cap.28.

Iudez ad p̄bādū ꝙ de9 nō hūit naturā hūanā tanꝗ̄ indumētū nudū

Item ꝓpheta in p̄s.xix xp̄m per hunc modū alloquitur exaudiat te deus in die tribulationis protegat te nomen dei iacob.mittat tibi auxiliū de sācto:ꝛ de syon tueatur te. Memor sit oīs sacrificij tui ꝛ holocaustū tuū pingue fiat. Tribuat tibi secunduz cor tuum ꝛ omne consiliū tuū confirmet. Letabimur in salutari: et in noīe dei nostri magnificabimur. Impleat dñs oēs petitiones tuas nunc cognoui qm̄ saluum fecit xp̄m suum hoc cōstat dauid non de se dixisse.sz letabimur in salutari tuo cū ipse se saluare nō posset ꝛ [illegible]liū a se manifeste aloquitur dicendo in salutari tuo.vñ cōstat hec dicta esse de xp̄ō saluatore ꝛ rege de quo ꝯsequenter dicit ꝙ dñs saluū fecit xp̄m dei quo ante dicit:ꝛ in noīe dei nostri magnificabimu[illegible] est ei in quo dicit se cum alijs letar ꝛ magnificari de quo vero dicit ꝙ tribulationes hēbit ꝛ offeret sacrificiū ꝛ holocaustū: vnde orat deū vt ip̄m regē xp̄z exaudiat ꝛ eū ꝓtegat ꝛ tueat̄ ꝛ sibi auxiliū mittat ꝛ vt tribuat sibi secūdum cor suū ꝛ ei9 ꝯsiliū cōfirmet ꝗ oīa improuide facta fuissent si xp̄s homo nō fuisset sed de9 tm̄ hn̄s naturā humanā veluti idumentū q2 sic nō tribulari poterat:nec auxilio indigere nec tuitione ac protectione nec sibi cōgrueret cuiꝗ̄ sacrificiū aut holocaustum offerre nec cōfirmari posset eius cōsilium cū ei9 ꝯsiliū ꝯsiliū diuinū esset nec posset aliquo carere quo vellet sicut nec de9 aliquo a se desiderato carere nec ꝓphā posset ꝯgrue ꝛ apte orare vt de9 secundū cor illud sibi tribuat. Constat igit̄ ex hoc psalmo xp̄z verū hoīez esse debere ꝛ ꝙ talia sibi cōuenire possint de eo sequit̄ in psalmo Dñe in virtute tua letabit̄ rex ꝛ sup salutare tuū exultabit vehemēter:desideriū aīe eius tribuisti ꝛ volūtate labiorū ei9 nō fraudasti eū. Qm̄ p̄uenisti eū in benedictionib9 dulcedinis posuisti in capite ei9 coronā de lapide p̄cioso Uitā petijt a te ꝛ tribuisti ei:longitudinē dier̄ i sclm̄ ꝛ i sclm̄ scli. Magna est gloria eius ī salutari tuo gloriam ꝛ magnū decorē impones sup eū. Qm̄ dabit eū in bn̄dictionē ꝛ in seculū seculi letificabis eū cū vultu tuo. Qm̄ rex speret in dn̄o ꝛ in mīa altissimi nō ꝯmouebitur. Hoc dauid nō dixit de se sz de ꝑsona messye i quē cadit bn̄dictio ꝓmissa abrahe ꝛ ysaac. Qm̄ dabis eum inquit in benedictionem in seculū de dauid etiam nō est verum. Tribuisti ei longitudinē dierū in seculū ꝛ in seculū seculi cū vsꝗ̄ huc nō fuit suscitat9 Item lquit̄ de xp̄o manifeste cū dicit. Preuenisti eū in bn̄dictiōib9 dulcedinis. Quid est hoc aliud ꝗ̄ ꝙ psalmo.43.dicit de xp̄o. Unxit te de9 de9 tu9 oleo leticie pre cōsortib9 tuis. Itē hoc ꝙ dicit magna est gloria eius i salutari tuo gloriā ꝛ magnū decorem impones sup eū. De gloria xp̄i apud gētes mundi accipit̄ ꝑ saluationē eaꝝ per ipsuz q2 causā hui9 glorie per xp̄m esse ꝯpletū ꝛ ꝑ messiaz debuisse impleri. Si aūt verus homo non fuit sed de9 exn̄s hūanā naturā habuit veluti indumētum solū sibi vnitā hec ꝛ alia ꝗ hic dicit sibi nullaten9 cōuenirent nō em̄ de9 in diuinitate bn̄dictionibus posset p̄ueniri ꝗ ab eterno fuerat sūme beat9: nec gloriā a deo in se posse accipere quā aū habuit sicut dicit gloriā ꝛ magnū decorem impones super eū. Nec vitam peteret a deo sicut nec spē status ꝗ in se fuit vita beata nec longitudo dierū ei tribuere ab aliquo de nouo q2 in se fuit vera eternitas. hec em̄ nō diuinitati rōne sui nec diuinitati xp̄i ꝓpter solū indumentū ꝯuenire pn̄t igitur hō eē debuit cui ꝓmissa ꝯuenire debebant.

Cap.29.

Item p̄s.xxi.de xp̄o dicit Deus de9 me9 i me respice quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictoꝝ meoꝝ. In quo p̄s circunstātias passionis xp̄i ip̄e ꝓpheta contra euangelica descripsit.sic ei i morte clamabat de9 de9 me9 vt q̄d dereliq̄sti me ꝯsequēter dixit qualiter foderūt man9 eius ꝛ pedes ꝛ qualiter diuiserūt sibi milites vestimēta sua mittētes sup vestē eius sortē:ꝛ qualiter vidētes euz deriserūt eū mouētes capita sua.sicut euuangaliste describunt. Que si ꝯsiderent̄ sine calūpnia manifestissime apparebit

ꝙ ipse verus homo fuit ꝛ naturam humanam habuit sibi suppositiua aut personatiuā aut ypostatica vnione vnitā ꝛ nō solū veluti indumentū nature diuine si enī deus fuit nō homo qualiter derelinqui a deo potuit:cuz nec ei9 angelus bon9 aut alius fuerit vnꝗ̄ derelictus a deo aut quō potuerunt pctā suorum facere ꝙ ipse longe esset a salute nec ipse salutē.s.pro eis amitteret.sicut ysa.satis clare de eo describit cap.53.sui libri vere inqt. Lāgores nostros ipse tulit ꝛ dolores nostros ip̄e portauit:ipse aūt vulneratus est ꝓpter iniquitates nostras:accusat9 est ꝓpter scelera nostra. ꝛ infra ꝑ scelus populi mei percussi eum. Aut qualiter aruit tanꝗ̄ testa virtus eius:aut qualiter factum est cor ei9 tanꝗ̄ cera liquescens in medio ei9:si hō nō fuit nunꝗ̄ virtus diuina arescere potuit:aut ꝑ dolore liquescere sicut ipse dicit de aīa sua eā more solito in scriptura cor scz suū appellans. Aut ꝗ si deus tm̄ erat cur timebat auxilium de futurū cuz clamabat. Tu aūt dñe ne elōgaueris auxiliū tuū a me ad defensionem meā aspice: aut quō potuit saluari ab ore leonis si homo nō fuit sed tm̄ deus salua me inquit ex ore leonis ꝛ a cornibus vnicornium humilitatē meā Aut qualiter potuit ille qui tantum de9 fuit hūanitatem habere. Uñ liquido ex hoc p̄s constat eū verū hoīem extitisse ꝛ naturam humanā ꝑsonatiua vnione habuisse sibi vnitam. Item p̄s.39.de ipso sic loquitur sicut exponit apostolus ad hebr.10. Sacrificiū ꝛ oblationē noluisti aures aūt ꝑfecisti michi. Littera aūt apostoli hz corpus aut aptasti michi holocaustū ꝛ ꝓ pctō nō postulasti tunc dixi ecce venio. In capite libri scriptū est de me vt facerem volūtatē tuā de9 Ex quo apostolus cōcludit sic. Aufert primuz vt sequēs statuat si em̄ nō homo fuit sed corpus habuit veluti indumentū dūtaxat nihil per illud mereri potuit vnde frustra ad tolledū antiquū sacrificiū diceret Ecce venio ꝛ corpus apta michi vt faciam voluntatē tuā quod deus nō posset si corpus autem tanꝗ̄ indumentū sibi vnitū fuisset. Angelus ei in corpore assumpto siue per corpus assumptum omnino mereri non potest verum q2 ꝛ euāgelica ꝛ apostolica scriptura plena est testimonijs affirmantib9 xp̄m verū hoīem extitisse iō hec in p̄nti sufficiant. Cōsequit̄ igitur necessario: ex quo venit in carnez ꝙ de9 noluit antiquū sacrificiū sed spreuit ꝛ ad hoc cōsequit̄ aptauit sibi corpus vt faceret eius voluntatem q2 in corpore ꝛ ꝑ corpus meruit ꝛ deum placuit.

Cap.30

Error dyoscori dicētis in xp̄o naturā diuinā in hūanā fuisse ꝯuersam.

Iohannes fiat vt vis/etiam placet ipsius dyoscori tracta sententiā ꝗ affirmat in xp̄o vnā solā essētiam sicut vnā personā scz naturā diuinā dūtaxat ꝛ ipsi ꝯnaturā hūanā in diuinā fuisse ꝯuersā Ricard9 Ex trib9 vltis articulis iam tractatis ei9 dictū satis aperte elidit si em̄ xp̄s verā aīam hūit tp̄e ꝯuersationis sue cum suis apostolis verū etiā corpus ꝛ vera ac ꝑsonalis siue ypostatica vnio totius hūane nature cum verbo diuino siue filij dei naturali ꝛ vero deo vsꝗ̄ ad passionē ei9 fuit ac manifeste sequit̄ ꝙ nec aīa fuit vnita siue ꝯuersa in diuitatē nec corp9 nec natura ex eis ꝯposita. Quō ei in aliud est mutatū aut cōuersum post mutationē siue cōuersionē nō manetisi eni realiter manet inepte oīno autem improprie dicitur esse in aliud cōuersum siue mutatum inquo nullus habens ingenium naturale vt puto poterit hesitare. Nulla igitur illarū naturaruz in xp̄o fuit in diuinitatē mutata ex quo ꝯstat ꝙ post conceptionem vere ꝛ realiter in tempore mortis sue passionis in ipso fuerunt. Si autem intellexit ꝙ substantia humane nature fuit cōuersa in diuinā sicut dicimus ꝙ per verba cōsecrationis substantia panis ꝯuertitur in corpus xp̄i ita scz ꝙ accidentia oīa manserunt sine subiecto siue substantia deferēte ea ꝛ hoc per diuinā potentiā illud eo modo infringitur q2 sic sequitur vt pri9 ꝙ sicut in sacramento corporis ꝛ sanguinis nō manet substantia panis ꝛ vini: sic nec in xp̄o mansit post cōuersionem substantie corporis aut aīe contra tres prefatos articulos Quis enim cogitabile esset et possibile apud dñm ꝙ ita fuisset:scz ꝙ verbuz dei siue filius dei sub accidentibus hūane nature fuisset etiam homo aparuisset. Ita ꝙ ista accidentia humane nature per diuinā potentiam fuissent actiua ꝛ passiua sicut si ipsis subesset natura humana sicut est in accidentibus panis ꝛ vini postꝗ̄ eorū substantia per verba sanctificationis ꝛ cōuersionis cōuersa est in substātiā corporis ꝛ sanguinis xp̄i hoc tm̄ non est negandū fieri posse per diuinā potentiā tm̄ ex quo cōstat plane ex premissis articulis ꝙ xp̄s verū corpus ꝛ veram aīam habuit vsꝗ̄ ad tempus passionis eius non tm̄ accidētia humane nature. Cōsequitur ꝙ eius humana natura in diuinā mutata nō fuit.

Cap.31.

quoniam habundabit iniquitas refrigescet ca-
ritas multorum. Mathei.14. Nequaq̄ voluntati
vnius hominis ordinationem summi pontifica-
tus siue principatus cōmitteret cum vnius cari-
tas refrigescere tantum posset de facili ꝙ loco sui
carnem ⁊ sanguinem subrogaret. ⁊ forsitam vnū
pseudo prophetā. Item nemo ambigit quin mul
torum discretio vtilior sit ad talem effectum q̄
vnius persone: cum minus leuiter possent multi
frangi terroribus aut blandimentis flecti aut p-
missis corrumpi q̄ vnus nec est a quoq̄ creden-
dum ꝙ petrum plenum spiritu sancto veritas la-
tuit ita patens aut ꝙ petrus tam patenti veritati
voluit cōtraire Cōstat igit̄ ꝙ petrus nūq̄ summū
primatum apostolicum vnius hominis successo-

Petr⁹ non ordiauit cle mētē ipo vi uēte i sūmū pōtificem.g

ris arbitrio voluit ordinari vnde credendum non
est petrum in facto per te expresso superius ordi-
nasse clementem sed potius nominasse vt fratri-
bus patefaceret quo ad personam per eos sibi
subrogandam quid ipse sentiret q̄q̄ fratres sci
rent spiritum dei habere: et ideo petro decesso
fratres statuunt loco suo clementem. Ipse vero
clemens de consensu fratrum credentium cletum
⁊ vt quidem affirmant viuum eum precedere fecit

Cap.20.

IOHANNES. Video
ꝙ non debuit per nominationem aut
per ordīationē p̄oris sibi alter in apo
stolico primatu succedere sed non vi-
deo cur non per sortem succedat po-
sterior precedenti ex quo mathias per sortem ele
ctus episcopatum inde accepit sicut Actuum se-
cundo capitulo habetur. RICARDUS. Nō
plene exprimis modum successionis mathie si enī
textum bene respicias apparebit ꝙ mathias si-
mul cum barnaba pre cnuctis de ecclesia fuit ele
ctus quoniam postq̄ petrus sicut suo officio con

mathias si p̄pe fuit ele ct⁹ p sortez.

gruebat diffiniuit vnum debere iudeproditori suc
cedere sequitur statuerunt duos Joseph qui vo-
cabatur barnabas qui cognominatus est iustus
⁊ Mathiam. Quomodo hos duos statuerunt ni
si per electionem vides igitur mathiam cum col-
lega saltem electum sed si quis duorum deo acce-
ptior esset ignorabant plenum sanctitate vidētes
vtrunq̄ ideo oratione premissa miserūt super eos
sortes petentes vt deus ostenderet quem ex duo-
bus ipse elegit. Qui modus potius diuinum ora
culum preferebat q̄ sortem q̄ eis licuit licet sorte
non expediat: nec liceat talia agere siue taliter in
presenti hominibus in quibus non est tanta san-
ctitas presumenda sicut erat ipsis apostolis. ꝙ ve
ro sit sortis successio irrationabilis ⁊ inepta in sū
mo pontifice facile aduertes si attendas ꝙ per

q̄re sūm⁹ pō tifex n̄ eligi p sortem.

eā eque potest contingere indigno vt digno sicu-
bi igitur posset sors rationabiliter locum habere
hoc esset in casu mathie vbi electio aliquarum p
sonarum equalis meriti iudicio eligentium sortē
preiret: sicut sola sors nunq̄ titulum succedendi
afferret.

Cap.21.

IOHANNES. Cur
posterior pontifex summus in noua
lege nō succedit hereditario iure pre
cedenti sicut in antiqua lege fuit pre
ceptum ꝙ aarom esset sacerdos: ⁊ fi

q̄re summ⁹ pōtificiū nō hēt iure he reditario in noua lege.

lius eius post iure perpetuo. Exo.28.⁊.29. ⁊ phi
nees filius eleazari filij aaron ⁊ filij eius etiam iu
re perpetuo sicut numeri.26. Cur enim illud pre-
ceptum obseruari non debuit si sit rationabile et
vtile non video. At si fuit irrationabile nunq̄ fuis
set datum a domino. Unde constat ꝙ fuit ratio-
nabile ⁊ ita rationabile est adhuc vt obseruetur
a nobis Item melius est ⁊ rationabilius vt reges
terreni ⁊ principes iure hereditario succedant si-
bi q̄ electione aut nominatione aut sorte aut mo
do alio quod videtur ex hoc ꝙ sic in veteri testa-
mento de dauid est actum ⁊ de filijs eius sicut pa
tet secundi regum.7. Licet multi mali sic sibi suc-
cesseruut. Constat autem dn̄m statuisse modum
successionis magis rationabilem et magis vtilē
de regibus ⁊ principibus. Cur igitur non debeat
ita esse de sacerdotibus non videtnr ⁊ precipue:
quia de iure nature videtur ꝙ bona parentum iu
re hereditario ad filios debeant diriuari. Unde
nnmeri.28. capitulo petitione filiorum saphat ex-
posita moysi ꝙ eis traderetur possessio patris et
dn̄o super hoc consulto responsum est a dn̄o iu-
stam esse postulationem filiarū saphat. vn̄ cuȝ lex

nulla tradita erat super hoc cōsequitur si hec res
iusta tunc fuit ꝙ erat iusta iusticia naturali: nec
hoc videtur dubium esse debere cum filius sit qua
si portio patris: ⁊ sic quodammodo pater quasi
manet et durat in filio: ita vt illud quod suum
erat in filio q̄si in ipso altero cōtinuetur: quod nō
ita ꝓpinque fieret in altero etiā cū natura exigat
ꝑmanentiā cuiuscunq̄ quatenus possibile est sibi
cōsequitur ꝙ per cōtinuationem successionis vel
possessionis paterne in filio debeat pater sicut est
possibile permanere. RICARDUS. Hec oīa
vnico gloriose virginis matris xp̄i facto tollūtur
que virginitatē seruauit dn̄o approbāte ⁊ sic xp̄s
filius eius fecit: sic paulus apostolus in se egit ac
suasit hoc prime ad cor.7. volens oēs esset sicut
seipsum vt dicit vn̄ adiungit. s. bene facit qui ma-
trimonio iungit virginem: ⁊ qui nō iungit melius

q̄re sūm⁹ sa cerdos nō dȝ eē vxora t⁹ ⁊ sic etiā aȝ q̄re sum- mū sacerdo tiū nō dȝ eē iure heredi tario ⁊ p cō seq̄ns etiā i lra |atq̄ cā q̄re siuliter sacerdotes n̄ dn̄t duce re vxorem.

facit ⁊ post statim. Si dormierit vir eius liberata
est a lege viri cui vult nubat tn̄ in dn̄o beatior au
tem erit si sic permanserit secundū consilium meū
puto autem ꝙ spiritum dei ego habeā. vnde a tē-
pore perfecte introductionis euuangelij constat
supremū statū perfectionis castitatē ecōuerso le-
gis antique includere. Et ideo ineptuȝ fuit extūc
ꝙ vxoratus statum summū teneret qm̄ ad summū
pontificem pertinet esse solicitum circa ea que dei
sunt ⁊ non esse diuisum vt cogitet placere vxori.
vnde dicit paulus vbi supra volo aūt vos omnes
sine solicitudine esse qui sine vxore est sollicitus cir
ca ea que dei sunt quō placeat deo. Qui aūt cum
vxore est que sunt mundi quō placeat vxori ⁊ di-
uisus est. vnde dicit apostolus ad hebre.7. trāsla-
to sacerdocio necessario est vt legis traslatio fiat
⁊ ideo a tempore euuangelij. scȝ introductionis
noui sacerdocij secunduȝ ordinem melchisedech
translato est ita ⁊ nō iure hereditario carnali sed
potius iure hereditario sp̄uali fiat sacerdotuȝ suc
cessio ita vt ille qui amplius imitatur xp̄m debeat
potius q̄ alter in sacerdotio xp̄i succedere. Et iō
premisso ab ore dn̄ico xp̄i petro tanq̄ sibi similio-
ri in virtute: beatus es symon bariona: qȝ caro ⁊
sanguis nō reuelauit tibi sed pater me⁹ qui est in
celis. sequitur statim a xp̄o instiuutio siue prenoīa
tio in eius successorem. Et ideo dico tibi qȝ tu es
petrus ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam
meam ⁊ porte inferi nō preualebunt aduersuȝ eā.
⁊ tibi dabo claues regni celorum. Similimodo p̄
missa trina questiōe a xp̄o ipsi petro sic symon io-
hannis diligis me plus hijs statim cōsequitur cō
missio custodie sibi ouium xp̄i ⁊ agnorum aut cō-
missiōis ante facte exp̄ssio sic pasce agnos meos
Et sic apparet ꝙ ille qui plus xp̄m diligit merito
deberet sibi succedere in sue ecclesie presulem vn̄
constat qualitercunq̄ fuit de sacerdotum summo
rum successione ⁊ aliorū ac ⁊ regum ⁊ principum
⁊ etiā aliquorum simplicium quo ad possessioneȝ
paternā ꝙ nichil illarū legū ob hoc est in lege eu
uangelica obseruandū quo ad successioneȝ sacer
dotum nec de sacerdotio isto sunt leges ille ratio-
nabiles propter predicta q̄uis sint rationabiles
in corporalibus successionibus siue possessionib⁹
vbi non agitur de periculo aīarum tanto ⁊ tam fa
cili ⁊ ideo leges ille quatenus habent legem natu
re in se scȝ vt filius legitim⁹ in carnalibus patris
carnali patri succedat in lege euuangelica obser
uantur scȝ ꝙ filius aut alter propinquior iure he-
reditario decedenti succedat non autem in iuri-
bus spiritualibus: sed ille potius qui est propin-
quior in donis sp̄ualibus de ista materia plenius
tractabitur in.10. libro Sic igiur constat ꝙ non
congruit nec expedit ꝙ summū sacerdotium aut
alium gradum sacerdocij aliqui iure hereditario
teneant scȝ iure successiōis carnalis. vides igitur
ꝙ non congruit nec expedit successioneȝ esse sum
morum pontificū per ordinationem siue nomina-
tionem precedentium neq̄ per sortem ⁊ ideo vide
tur ꝙ neutro horum modorum fieri debet succes-
sor minus autem congruit hoc fieri iure heredita
rio ne forte quisq̄ curam aliorum suscipict qui se
ipsum curare nesciret: ymmo ex quo oīno cōgruit
vt sit plenus sanctitate ⁊ donis spiritualibus qui
vicariatū xp̄i debet tenere in terra huiusmodi do
na a presentibus iure hereditario nullus habet.
cōsequitur ꝙ nullus iure parētele debeat esse suc
cessor aut summū pōtificium iure hereditario pos
sidere vnde non video ꝙ per ecclesiam aliter fie-
ri congrue potuit nisi per electionem. Et ideo oī-
no credendum est sic factum fuisse ⁊c.

Cap.22.

IOHANNES cur pō
tificatum summū ⁊ pontificatum ro-
manum duos affirmas: scȝ diuina in
stitutione ānexos michi iuxta p̄missa
videtur ꝙ vn⁹ pōtificatus sit roman⁹

hic arguit̄ ꝙ ē vn⁹ ac pōtificat⁹ q̄ ē rōan⁹: qȝ summ⁹.

⁊ summus si pontifex romanus sit summus. RI
CARDUS. Non recte tibi videtur. Cur enim
persona aliqua fuit imperator ⁊ rex scȝ alemanie
non propter hoc statim sequitur ꝙ imperium siue
imperialis potestas aut dignitas dici debeat re-
gia dignitas siue potestas regalis nec etiā digni
tas apostolatus etiā fuit dicenda dignitas disci-
pulatus in mathia qm̄ de discipulo sicut erat per
electionem factus est apostolus: nec in hoīe ha-
bente filiū ⁊ patrem debes dicere ꝙ filiatio sit pa
ternitas q̄uis forsitam esset res vna: qm̄ in oīb⁹
hijs est magna rationis distinctio sic licet vt su-
peri⁹ est ostensum principatus apostolatus ⁊ pon
tificatus romanus fuit in eadem persona dicere
non debemus ꝙ sit vnus pōtificatus cum ratio-
nes sint diuerse: siue sint res vna: siue diuerse de
quo in presenti non est scrutandum. IOHAN
NES. Extra ista nō absoluūt quod dixi qm̄ nec
in rege alemānie nec in mathia discipulo: nec in
filio consequitur alia relatio. s. imperiū apostola-
tus siue paternitas: qȝ singula ista priora sunt ⁊
possunt ab istis superioribus separari hic aūt pō
tificatus romanus nō potuit in primo successore
petri a summo separari nec ecōtra ⁊ sic vidētur in
distincti oīno. RICARDUS. Calor in igne a
luce separari nō potest. nec econtra nec lux a so-
le nec ecōuerso color a corpore in quo est nō pōt
separari nec ecōuerso Et cōstat singula distingui
a singulis vn̄ non recte cōcludis. Nunquid ergo
summus pontifex posset a romano pontificatu se
parari aut econtra Jam dixi ꝙ de facto ex dei or
dinatione iunguntur. Si enim tota roma in sua
tota gente subuerteretur vt sodoma aut spiritua
liter subuerteretur a fide nō minus summus pon
tificat⁹ apostolic⁹ q̄ mō in p̄nti sūmo pōtifice ⁊ ei⁹
legitimis successorib⁹ remāet lȝ forte q̄stio eē pos
set quo titulo ali⁹ sibi succederet p̄cipue oīb⁹ illis

si esset oīs defūcti electores pape ad quos spectaret illa electio.

defunctis in quibus ex tunc romane ecclesie in p̄senti extat potestas siue ius eligendi summū pontificem Tunc enim videretur ius eligendi deuolui ad totum collegium pontificum vniuersalis ecclesie aut ad totam congregationem fidelium sicut fuisse etiam ab initio videretur nisi ex ordinatione diuina apparuisset illam prerogatiuam debuisse in ecclesia permanere quod ipse petrus apostolus adhuc satis expresse ostendit cum mortem suam videns appropinquare in fratrum collegio nominauit clementem discipulum suum ad hoc q̄ sibi in episcopatu vrbis succederet non qr instituendi eum summū pontificem habuerit potestatem vt iam dixi sed vt collegio fratrum patefaceret sensum suum quē fratres electores non dubitabant scilicet sancto regi spiritu recte igitur sequitur sicut conclusi q̄ romana ecclesia sit caput omnium christianorum cum romane ecclesie per summum pontificem vt dixi omnes xp̄ianos principaliter cōueniat gubernare.

Cap.23.

IOHANNES miror q̄ ecclesie christi capita plura ascribis scʒ romanam ecclesiam ⁊ vniuersalis ecclesie summū pontificem cum apostolus dicit.1.4.5.ad ephe.⁊ col. primo q̄ xp̄s est caput totius ecclesie vnde si conclusio tua sit vera ecclesia monstrū erit capita plura habens RICARDUS non hoc tantū mireris q̄tum tui ipsius imprudētiā quia eo modo loquendi frequenter vteris quē impugnas dicis enim londonias caput regni anglorum ⁊ parisius caput regni francie ⁊ nichilominus in vtroq̄ regno regem caput appellas omnium incolarū aut regni dicis insuper cū paulo apostolo prime cor. secundo q̄ omnis viri caput est xp̄s ⁊ tamen nullum virum predictorum regnorum monstrum affirmas quorum quemlibet asserit tria capita habere ymmo quattuor siue quinq̄ ⁊ forte vsq̄ ad decem ⁊ nullum de populo negas habere suum primatē pro capite aut suum episcopū aut suum rectorem aut suum comitem vel dn̄m inferiorē sub comite puerilia nimis sunt ista quoniam mōstruositas collegij ex multitudine capitum scilicet rectorum ipsius siue in populo cū non sit verum corpus sed solum ad similitudinē alicuius veri corporis habet hoc nomen nequaq̄ arguitur dum tamen ad se inuicem habeant ordinem congruentē sicut in vero corpore capitum multitudo que vere eius partes erunt monstruositatem aut superfluitatem argueret inter que naturalis ordo nō esset singula igitur suo modo intellige scilicet christum esse caput ecclesie quia non est solum rector eius sed auctor successorem petri dices caput ecclesie quia inter personas institutas ipsi ecclesie est supremus gubernator ⁊ rector ⁊ etiam ecclesiam romanam caput omnium christianorum coniuncti appellas quia inter ecclesias christianorum iure sui principis obtineret principatum ecclesiam dico romanam non sculpturam lapidum et lignorum sed congregationem totius gentis romane cum suo pastore.

An sint plura capita in ecclesia.

Cap.24.

IOHANNES non video sic esse posse vt asseris cum hierosolimitana ecclesia ex consecratione eius per effusionem sanguinis xp̄i dignior videatur vnde frustra vt michi videtur de nostris quidem viri famosi ⁊ sancti cognantur asserere romanam ecclesiam propter eius consecratione in effusione sanguinis apostolorum petri ⁊ pauli esse pre ceteris celsiorem ⁊ habere pre ceteris potestatem ⁊ principatum honoris cū in hac p̄rogatiua hierosolimitana eam tantum excellit q̄ xp̄s omipotens creaturas excedit humanas ad hoc etiā facit q̄ hierosolimitana est antiquior fundatione ⁊ antiochia similiter: vbi primitus sunt discipuli appellati xp̄iani. sicut legitur actuū.11. In quibus insuper beatus petrus prius successit q̄ rome. Item tota vniuersalis ecclesia ita anteq̄ beatus petrus romam accessit. scʒ illis.11.annis quibus legitur in cronicis ipsum in partibus orientalibus cathedram tenuisse vnā ecclesiam particularem habuit pro capite sicut hic habere asseritur. Cur enim modo habeat ⁊ tunc non habuit necessitatem non video: sed tunc romana nondū fundata: aut saltem nō adhuc habens pontificem caput nō erat: ⁊ per consequēs alia particularis ecclesia eo tempore caput erat ⁊ tenuit principatum: igitur oportet ostēdere quo iure ⁊ quomodo ecclesia illa siue hierosolimitana fuerit siue antiochiana aut alia hunc amiserit principatum. Item in cronicis legimus q̄m ante tempora focce imperatoris cōstantinopolitana ecclesia primā oīm se scribebat ⁊ tamen non est de hoc in consilijs generalibus ibi aut alibi celebratis aliqualiter reprehēsa igitur videtur q̄ tunc istam prerogatiuam constantinopolitane ecclesie vniuersalis ecclesia approbauit cū igitur ostende non solum qualiter ecclesia constantinopolitana p̄rogatiuam hāc perdidit. Sed insuper quo iure eandē prerogatiuā romana ecclesia acquisiuit. Item si ille qui principatum tenet totius ecclesie xp̄iane alium preficeret ⁊ ipse nullius particularis ecclesie cathedram teneret. sed tanq̄ generalis xp̄i vicarius omnes pariter ⁊ singulas gubernaret nō esset romana ecclesia amplius caput vniuersalis ecclesie q̄ quecūq̄ alia particularis ecclesia. Nō est igitur modo caput ratione sui sed soluit ratione alterius etiā vnaqueq̄ alia ecclesia esse posset si vniuersalis pontifex eam sibi in sponsam specialiter applicaret. Item amplius stupeo de nostris doctoribus de quibusdam q̄ conātur romanā ecclesiā probare precipue esse caput aliarū eo qr imperator constantinus circa annum dn̄i.350. Hoc censuit ⁊ fecerit promulgari ⁊ foca etiam imperator illud idem constituit circa annū dn̄i. sicut legitur .dc. in annalibus eorundem. Cum nullomō ostendi posset sed etiam dignitati ecclesie oīno ↄtrariū sic q̄ aliquis imperator talem spiritualē habeat ptātem vt ecclesias ⁊ earum pontifices in suis dignitatibus et ptātibus sic vertere possit ymmo subuertere cur īsuper imperator tartarie ecclesiā decambalor aut de cathai caput oīū ecclesiarū cōstituere nō posset: iuxta p̄missa nō video etiā si eēt veraciter cū suo populo xp̄ianus cū eius dominiū in tp̄alibus sit precipuū maximū sup terrā: qđ si q̄s diceret nō solū improuidus sed stolidus crederetur.

Hic ponūt argumenta ad p̄bandū q̄ sūmū sacerdociū debet residere alibi q̄ rome: ut eū de hierosolimitana de antiochia ⁊ cōstātinopoli.

Alia ratio.

Alia ratio.

Capitulum vigesimūquintum.

RICARDUS si locus quisquam esset ecclesia probabiliter affirmares q̄ ecclesia ierosolimitana dignior esset romana verum quia congregationem fidelium ecclesiam appellamus dignitas loci quam merito in ierosolimitana astruis ex effusione sanguinis christi ecclesia ierosolimitana ex hominibus fidelibus congregata que nostris temporibus multum est humilis quod dolēter referimus nequaq̄ ex hoc dignior romana poterit affirmari non enim gentem propter locum sed propter gentem dominus locum elegit. scribitur mat. capitulo quinto Electio vero dei gentem sanctificat aut dignificat ex quibus edificatur ecclesia non aliquis locus terrenus vnde videre potes q̄to dici misterio extat actum vt petrus nō ierosolimis dimitteret successorem vbi christus exinanitionem sue fidei preuiderat in proximo affuturam sed in romanis partibus vbi eam preuiderat ampliādam antiquitas etiaʒ ierosolimitane aut anthiochene ecclesie primitiam dignitatis non arguit nisi in ipsis aliquis primas ecclesie finaliter remansisset sicut supra est ostensum. q̄ autem annectis q̄ tota vniuersalis ecclesia a tempore christi habuit aliquā particularem ecclesiam siue sit verum siue falsum nō refert ad nostrum propositum. Quoniam semper illa titulum capitis tenuit ⁊ honoris vbi sedit petrus caput ecclesie ⁊ ideo hec dignitas vnius ecclesie cum principe totius transiuit ad aliam ⁊ sic prior merito hanc prerogatiuam amisit vides igitur q̄ postulas scilicet quare anthiochia hanc dignitatem perdidit ⁊ quomodo eam romana ecclesia acquisiuit nec cōstantinopolitana ecclesia vbi petrus nunq̄ sedit hāc dignitatem vnq̄ perdidit quia nunq̄ accepit sed vsurpatione cuiusdem patriarche sui nimiū presumentis ⁊ minus scripturam scientis primatem modico tamen tempore se fecerat appellari. Cuius presumptionē tanq̄ patenter erroneam imperator foca repressit vnde dixi superius q̄ fuit expediens vt petri successor a latere imperatoris sederet vt prompte quecunq̄ suo iuri conantem resistere posset temporali tn̄ cū expediret coercere potentia q̄ vero consequēter conaris astruere romanam ecclesiam non ratione sui caput esse sed romanam ecclesiam congregationem omnium fidelium romonorum intelligis capite circunscripto nichil puto hoc facere contra nostrum propositum siue verum fuit siue falsum Cum tamen ipsa ecclesia ex principe eius et subditis constituta sit caput. Nec hanc dignitatē in aliquo imperatore terreno vt prudenter obicis accepit aut accipere potuit sed a solo christo imperatore celesti propter causam tamen predictam scilicet ne aliqua alia ecclesia aut persona hanc prerogatiuam sibi false vel alias vsurpare presumeret vt ipsa romana posset per suum pontificem officium petri liberius et securius exequi vbicunq̄ decreta super hoc imperatorum non institutoria sed confirmatoria ⁊ verius approbatoria emanarunt que approbatio in nullo derogat summo pontifici aut ecclesie dignitati nullus igitur christianus debet ambigere quin romana ecclesia cuius pontifex est petri successor et christi vicarius sit caput generaliter ⁊ doctrix omnium christianorum modo predicto scilicet per suum pontificem.

cōgregatio fideliuʒ ē ecclesia ⁊ iō roma est dignior iero.

Capitulum vigesimūsextum.

IOHANNES ista libenter accipio perge ad ceteras questiones RICARDUS in pluribus earum quid sit tenendum ex hac via clare consequitur quoniam si ecclesia romana sit caput omnium xp̄ianorum ⁊ eius pōtifex sit primas totius ecclesie xp̄iane ⁊ xp̄i successor vt petrus non dubium quin in licitis ⁊ honestis debet vniuersalis ecclesia eius cōsequi decreta eius doctrinam ⁊ eius consuetudinem siue vsū in collatione sacramentorum ⁊ modo ministrationis eorum intelligo in hijs in quibus eam immittendam esse ipse statuit aut decreuit vnde paulus dicit indistincte ad hebreos vltimo. Obedite prepositis vestris ⁊ subiacete eis ⁊ ad romano.13. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit Non enim est potestas nisi a deo que autem sunt a deo ordinata sunt itaq̄ qui resistit potestati dei ordinationi resistit qui autē resistunt sibiipsis damnationem acquirunt vbi dicit eos damnationem incurrere qui resistunt superiori potestati qđ si quisq̄ dixit accipiendū de potestate seculari q̄tomagis est obseruādum ad potestatem spiritualem vnde ⁊ ad thessalo. tertio dicit si quis nō obediuerit verbo vestro per epistolā hūc notate ⁊ nō cōmisceamini cum illo vt confundatur vnde saluator ait luce. quarto Quis vos spernit me spernit Sic etiam in lege antiqua erat vnde deuteron 17. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tēpore ministrat domīo deo tuo ⁊ decreto iudicis morietur homo ille Et ibi p̄mittit seq̄ris sententiam eorum nec declinabis ad dexteram nec ad sinistram. Et deuteron.24. obserua diligenter ne incurras plagam lepre sed facies quecunq̄ docuerint te sacerdotes leuitici generis iuxta illud quod precepi eis ⁊ imple sollicite. Constat autem eos qui in mandatis licitis et honestis non obediunt romano pontifici primati totius ecclesie romane damnationem incurrere ⁊ sic quo ad formam conferendi ordines quo ad tēpora quo ad etatē ordinandorum insuper quo ad ieiunia obseruanda ⁊ quo ad separationem populi a clero ⁊ sacerdote celebrante in ecclesia quo ad formam missarum ⁊ distinctionem ipsarū quo ad studia theologie habenda ⁊ quo ad vnitatem patriache sui ⁊ ad cuncta similia de quibus armeni multas faciunt questiones debet eis pro responso sufficere q̄ habeāt decreta super hijs romane ecclesie ⁊ sui pastoris q̄m de hijs aut pauca aut nulla exprimuntur precipue in nouo testamento. Et sic finitur septimus liber.

quōdēmus obedire pōtifici eiusq̄ decretis ac statutis eo q̄ suā accepit ptātē a deo.

Explicit liber septimus.

Incipit tabula Octaui libri.

Incipit liber octauus in quo tractatur questio armenorum de forma ac effectu ac necessitate sacramẽti baptismi ꝛ continet. 40. capitula.

Primum capitulũ obicit de multiplici forma baptismi ꝛ soluit in genere ostẽdens ꝙ vna est forma circa baptismũ.

Secundum capitulum contra primum contra capitulum de forma baptismi obicit et soluendo ostendit certam formam esse in traditione baptismi vbi etiam exponitur quid est aliqđ fieri in nomine alicuius.

Certium capitulum de quatuor sentẽtijs quo ad formam baptizandi apostolorũ tractat sententiam affirmantem ꝙ apostoli in baptizando nullum nomen christi secũdum eius humanitatem exprimunt ꝛ ponit modũ soluendi contrarium.

Quartum capitulum tractat sentiam sententiam ponentem apostolos in expressione nominis christi baptizasse absq; dispensatione et ponit eius motiua cum solutione.

Sextum capitulum obicit multipliciter ꝙ apostoli baptizantes in nomine christi aut in nomine iesu non seruabant formam a xpo traditam ꝛ soluit obiectus ostendens ꝙ non licet vti in presenti illo modo apostolico tradendi baptismum.

Septimum capitulum tractat quartam sententiam cum suis motiuis ponentem apostolos baptizasse in expressiõe trinitatis ꝛ etiã alicuius nominis christi secundum humanitatem ipsius ꝛ soluit contraria ipsius.

Octauum capitulũ ostendit hãc esse formam in nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti Amen. Probans nichilominus ꝙ intentio baptizandi ꝛ intentionis expressio ad vere baptizandum exigitur.

Nonum capitulum obicit ꝙ vna sit forma conferendi sacramenta diuersa et soluit ostẽdẽs propositum ꝛ contrarios soluit obiectus

Decimum capitulum tractat de duplici effectu baptismi ostendens ꝙ gratia saluatrix in baptismo confertur ꝛ ꝙ tollitur obligatio de dampnatione eterna.

Undecimum capitulum obicit et soluit ostendens ꝙ in paruulis ꝛ adultis baptismus habet predictos effectus.

Duodecimum capitulum ostendit ex scriptura ꝙ omnes naturaliter propagati ab adam habent in ortu peccatum ꝛ obligationẽ et damnationem perpetuam.

Tertiumdecimum capitulũ obicit contra quo ad peccata.

Quartum decimum capitulum ostendit plenius ex scriptura ꝙ omnes naturaliter propagati ab adam habent in ortu peccatum et obligationem ad damnationem perpetuã.

Quintum decimum capitulum ostendit ex scriptura hoc idem.

Sextumdecimum capituluz obicit ꝙ in animabus in ortu nõ possit esse iniusticia et soluit ostendens exemplariter ꝙ catulicauum ceci esse possunt in ortu.

Septimumdecimum capituluz obicit ꝙ cecitas possit esse in aliquo naturalis et soluit obiectus.

Octauum decimum capitulum ostendit obiciendo ꝛ soluendo ꝙ nullus potest̃e re dici naturaliter cecus.

Nonum decimum capituluz distinguit priuationes naturalium rerum a priuationibus rerum accidentalium ostendẽs esse possibile vt anime ab origine sint iniuste.

Vicesimum capitulum ostendit ex sacra scriptura ꝙ iusticia deberet naturalis eẽ cunctis hominibus.

Vicesimumprimum capitulum ostendit idem ex sacra scriptura cõcludens ꝙ omnes homines ab ortu habeant iniustitiã siue peccatum.

Vicesimũ secundum capitulum obicit contra precedentia ꝛ soluit ostendens ratione generali iustum esse vt homines ab origine sicut iniusti ꝛ cum iniusticia oriantur.

Vicesimum tertium capitulum ostendit ꝙ non omnis carentia iustitie est iniusticia ꝛ querit qua ratiõe potest creatura dei in sua prima creatione esse iniusta.

Vicesimumquartum capituluz distinguit duplicem creationem rationalium creaturarum scilicet naturalem ꝛ liberam et ostendit qualiter in animalibus ꝛ plantatis dicuntur viri genitores siue parentes.

Vicesimum quintum capituluz ostendit animas humanas post primos parentes naturaliter a deo produci cum hoc ꝙ homo genitor ita veraciter dicitur parens hominis generati sicut in animalibus ceterarum specierum est parens.

Vicesimum sextum capitulum tractat nunquid illud sapie. 8. fortitus sum animã bonam ꝛc. sit dictum est de christo negatiue ostendens.

Vicesimum septimũ capitulum obicit ꝛ soluit ostendens deum rationabiliter posse dici in generatione hominis instrumentum hominis generantis concludens ꝙ omnes filij generantium nasci debent cum ignorantia ꝛ iniusticia

Vicesimum octauum capituluz ostendit eandem conclusionem per carnale exemplum.

Vicesimumnonum capitulũ ostẽdit hoc idem ꝯuis adam in generando propter penitentiam iustus fuerit forte ꝛ sciens.

Triceſimum capituluz obicit cõtra conclusionem a simili de paruitate corporum filiorum in ortu ꝛ soluit.

Triceſimũprimum capitulũ reddit rationem cur alij parentes propinqui nõ transferunt in filios vicia sua nec primi parentes suos defectus in posteros transtulerunt.

Triceſimum secunduz capitulũ ostendit ꝙ nullus in alium potest peccatum actuale transferre ꝯuis possit ad penam ꝛ iniustitiam etiam filios obligare.

Triceſimum tertium capituluz soluit obiectus 23. capituli ostendens iniusticiã siue peccatum non esse a deo auctore.

Triceſimum quartum capitulũ obicit per multa ꝙ baptismus in aqua non sit necessarius ad salutem.

Triceſimum quintum capitulũ ostendit duplicem modum necessitatis.

Triceſimum sextum capitulum soluit obiectus capituli triceſimi quarti ꝛ obicit de impotentia qualiter excusat ꝛ soluit plures obiectus.

Triceſimum septimum capitulum obicit contra necessitatem baptismi et soluit ostendens ꝙ omni tempore sacramẽtum aliquod fuerat necessarium ad salutem concludens omẽs non baptisatos debere damnari et hoc probans tractat de innocentibus ab herode occisis.

Triceſimum octauum capitulũ soluit aliquos obiectus 34. ca.

Triceſimuz nonum capitulum obicit de ignorantibus legem christi ꝛ soluit ostẽdens ꝙ pereunt ꝛ tamen excusantur per ignorantiam de non obseruando preceptum.

Quadrageſimum capituluz distinguit obiectum vltimum de necessitate sacramenti altaris.

Liber octauus

Capitulum primum.

OHANNES alibi si placet faciamus exordium et tam discute per scripturam nunquid sit aliqua certa forma baptizandi necessario requisita ad effectum baptismi conferẽdum Non enim michi videtur certa forma verborum ad hoc exigi cum tempore apostolorum fideles baptizabãtur in nomine iesu xpi iuxta illud apostoli actuuz. 2. baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine iesu xpi in remissionem peccatorum ꝛ aliquando in nomine domini iuxta illud Actuum. 8. Nondum enim in quẽ quẽ illorũ venerat sed baptizati sunt in nomie domini iesu xpi. Tunc imponebant manus super illos ꝛ accipiebant Et actũ. 19. hijs auditis baptizati sunt in nomine domini iesu ꝛ aliquando in nomine domini iesu xpi iuxta illud Actuũ decimo quõ legitur iussit eos in nomine domini iesu xpi baptizari Et saluator ipse marci vltio dicit discipulis. Euntes ergo docete omnes gentes baptizãtes eos in nomine patris ꝛ filij et spiritus sancti. Ecce diuersa forma tradita ab omniũ magistro excercita a suis discipulis ꝛ discipuli ipsi sicut superiora protẽdit triplici diuersa forma sunt vsi non est ergo aliqua certa forma verborum requisita ad effectum baptismi scilicet remissionem peccatorum ꝛ tamẽ videtur contrarium quoniã vnusquisq; effectus certam habet causam. Igitur cum verba efficiant sacramentum consequitur ꝙ omne sacramentũ habeat certa verba siue certam formam verborum quibus efficitur. Et iam ex quo saluator certã formam tradidit cum dicit baptizantes eos in nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti illa videtur necessario requisita. Et ille videtur transgressor qui non uam inducit et omissor qui ea non vtitur excusa. igitur xpi discipulos qui formã sibi traditam non seruabant ꝛ aliam inducebãt. RICHARDUS certam formam puto exigiad. illud sacramẽtum perficiendum ꝛ eius effectum conferendum scilicet certum sensum verborum sicut in octauo libro plenius dicetur tractando de sacramento altaris quoniã principium salutis per xpm̃ non debet ab incerto pendere sed a causa determinata ꝛ certa alias enim de ipsius effectu merito possent homines fluctuare quod absit. Item michi videtur ꝙ dominus ipse formã dedit siue tradidit sicut tu superius expressisti dicens Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomie patris ꝛ filij et spiritus sancti amen. Cap. 2.

IOHANNES videt rationabiliter posse dici ꝙ licet saluator precepit baptizare in nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti. Nõ tamẽ tradidit in hoc formã baptizandi sed tantum mandare voluit apostolis ꝙ in virtute si-

ne virtute aut auctoritate trinitatis baptismi tra
derent sacramentum sic igitur videtur paulus
apostolus intelligere ad roma. 6. cū dicit an igno
rantis fratres quia quicunq̄ baptizati sumus in
christo iesu in morte baptizati sumus vbi videtur
intelligere per baptismū in xp̄o iesu baptismum in
eius fide susceptum aut eius virtute non in expres
sione nominis eius quoniā dicit omnes i ipso ba
ptizatos esse baptizatos in morte eius non intel-
ligens ꝙ fuerant baptizati in expressione huius
nominis mors xp̄i sed ꝙ fuerant baptizati in fide
ac virtute mortis sue siue passionis ipsius vnde vi
detur ꝙ ad similem sensum dicit eos fuisse in xp̄o
iesu scilicet in fide ⁊ virtute ipsius Et sic potest in
telligi istud mandatum scilicet vt apostoli bapti-
zarent in fide siue virtute aut auctoritate patris ⁊
filij ⁊ spiritus sancti non in expressione horum no
minum. RICARDUS nō potest hoc stare qđ

solutio predictorum.

dicis sed fateri compellimur per predicta verba
ꝙ non solum precepit xp̄s ꝙ apostoli baptizarent
in fide siue virtute aut auctoritate patris ⁊ filij et
spiritus sancti. sed mandauit ⁊ voluit ꝙ tres per-
sonas in baptizando aut saltem auctoritatem eo
rum exprimerent quoniā aliter non tenebantur in
baptizando quicq̄ omnino exprimere sed in sola
mente fidem trinitatis habere ex quo fides sola si
ue auctoritas erat eis indicta non expressio per-
sonarum aut auctoritas ipsarum quod preceptū
si taliter obseruassent stulti ab omnibus existima
ti fuissent ymmo insani quid enim stultius aut insa
nius fieri posset q̄ ꝙ homines velut muti alios
i aquā submergerent nichil loquentes Constat igi
tur ꝙ trinitatem aut trinitatis auctoritatem vo-
luit eos baptizando verbis exprimere cum prece
pit baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spi-
ritus sancti. Item hoc planius apparebit si sen-
sum verborum declaremus siue tractemus videť
enim michi ꝙ multū refert quicq̄ dicere siue pre-
cipere suo ministro simpliciť ⁊ sic fac hoc in nomi-
ne meo Si quis enim primo modo p̄cipiat sic scʒ

aliq̄s pōt aliqđ p̄cipere dupliciť.

fac hoc non michi videtur precipere vt minister i
opere precepto nisi dn̄i de auctoritate faciat ali-
quam mentionem. Si vero quisq̄ secundo modo
precipiat sic fac hoc in nomine meo non video q̄n
precipiat opus ⁊ preter hoc expressionem fieri au
ctoritatis sue que expressio vt constat cuilibet om
nino fieri non potest nisi in ipso dn̄o noīato nec eni
hoc in huiusmodi precepto includeret ⁊ si solū au
ctoritatem suā ministro committeret. Cum huius-
modi auctoritatem faciēdi cōmittat ministro sim-
pliciter recipiendo vt faciat consequitur vnus sen
sus esse vtriusq̄ scilicet fac hoc et fac hoc in noīe
meo quod nemo dubitat factum esse igitur cum
christus precepit apostolis sic baptizantes eos in
nomine patris et filij et spiritus sancti non solum
opus precepit sed etiam expressionem auctoris.
Item si rex quisq̄ veluti rex anglie preciperet suo
ministro homagium facere regi francie nomine du-
cis aquitanie non dubium quin minister esset trās
gressor si faceret homagium expresso nomine re-
gis anglie omisso nomine ducis aquitanie Quis
vnus ⁊ ipse idem sit rex anglie ⁊ dux aquitanie igi
tur in illo precepto fac homagiuʒ aut fac illud no
mine ducis aquitanie non solum precipitur opus
illud sed expressio auctoris sub suo nomine quod
ipse expressit aut sub nomine equiualente scʒ ean-
dem auctoritatem exprimente nec minister mādā
tum illud expleret nisi in opere precepto ipsum du
cem aquitanie sub nomine ducis exprimeret ergo
a simili omnino videtur ꝙ cum christus precepit
baptismū dari in nomie patris ⁊ filij ⁊ spiritus san
cti non explessent apostoli hoc mandatum nisi au
ctoritatem sub hijs nominibus aut equiualenti-
bus in baptismo scilicet in eius precepto opere
expressissent. Consequitur ergo ꝙ xp̄s in precepto
illo formam baptizandi aut totam aut eius par-
tem expressit ymmo aut xp̄s diminute formā tunc
tradidit qđ nemo de summa sapientia diceret aut
euangelica quesolum de hac forma loquitur ⁊ so-
lummodo in hoc loco diminute formā traditam a
christo conscripsit ꝙ insuper de tanto sacramēto
nephas est extimare aut dicere manifeste conseq̄-
tur ꝙ hic expremitur plena forma ⁊ integra ba-
ptizandi hoc idem quod dixi littera vna sed rara
magis ostēdit que habet Amen sic in nomine pa-
tris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti Amen quod dictum. s.

an amen sit de necessitate forma baptismi ⁊ an dʒ capi significatiue

amen non potest congrue intelligi significatiue in
persona christi quoniā ideʒ significat ꝙ sit ita ⁊ sic
sensus esset illius dicti a xp̄o si acciperetur signifi
catiue in eius pesona baptizantes eos in nomine
patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti sit ita ꝙ ita inepte di
ctum esset sicut si tibi papa preciperet de certis p
sonis excōmunicatis absolue eos in nomine dei.
sit ita aut de personis inuitandis ad mensam inui
ta eos in nomine meo sit ita siue amen quorū vtrū
q̄ esset dictum inepte vnde consequitur ad hoc
ꝙ sensus xp̄i sit aptus in illo precepto apostolis si
illud verbum amen sit in canone ꝙ illud verbū in
persona xp̄i materialiter ⁊ non significatiue acci-
piatur Et per consequens illa verba ex eadem ra
tione in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti Cū
pari forma exprimantur a xp̄o vt sit sensus bapti-
zantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus san-
cti idest baptizantes eos dicendum siue exprimē-
do hec verba siue sensum verborum in nomine pa
tris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Ex quo manifeste con
sequitur ꝙ formam qua eos vti in baptizando vo
luit tunc tradebat vt totum illud in nomie patris
et filij ⁊ spiritus sancti intelligatur traditū a xp̄o
apostolis pro forma verborum quā in baptizādo
eos excercere uoluit ⁊ mandauit vel precepit quā
formam ⁊ tenet et precepit romana ecclesia nō igi
tur solam auctoritatem aut fidem trinitatis chri-
stus eos in baptizando habere precepit cum di-
cit apostolis baptizantes eos in nomine patris
et filij et spiritus sancti amen sed in hoc formam
tradidit baptizādi quā eos voluit excercere ꝙ au
tem voluit hanc obseruari ab omnibus in sua ec-
clesia satis videtur ostendere cum adiungit docē
tes eos seruare omnia quecunq̄ mandaui vobis
Si enim omnia que mandauit eis debant docere
seruari ab omnibus cum hunc modum eis man-
dauerit baptizandi seruandum ab omnibus doce
re precepit. Si autem quisq̄ dixerit illud manda-
tum de baptismo non debere includi in illo gene-

obiectio cū solutione.

rali quoniā illud mandatum tunc eis dixit ⁊ clau-
sula illa habet de illis solis intelligi que eis in pre
terito ante mandauit quoniā sic iacent verba do
centes eos seruare omnia quecunq̄ mandaui vo
bis non dicit que nunc mando vobis. Responde
retur sibi ꝙ Quis hec verba que ponit matheus
ad sententiam istam pertinerent tamen aliud ob

discipuli xp̄i baptizabant diu ei ante mortē

uiat ⁊ confirmat propositum quoniā non dubium
qui xp̄s formā baptismi discipulis diu ante dedit
cum sit scriptum Jo. quarto vt ergo cognouit ie-
sus quia audierunt pharisei quia iesus plures di
scipulos facit ⁊ baptizat q̄ iohannes q̄q̄ nō ba
ptisaret sed discipuli eius ⁊c. Si enim xp̄i discipu
li baptizabant ipso presente de quo xp̄i baptismo
Johannes predixerat ꝙ fieret in spiritu sancto si-
cut legitur iohannis primo. Omnino cōsequitur
ꝙ a xp̄o formā baptizandi acceperant aut igitur
aliam formā a premissa eis prius tradidit aut istā
eandem sed ꝙ vnam primo traderet qua vti debe
rent ⁊ qua verisimile est ꝙ iohannes ipse xp̄m ba
ptizando est vsus ⁊ post aliam omnino diuersam
in sua ascensione dedisset qđ aliud fuisset hoc fa-
cere q̄ suam doctrinā suspectā reddere et incertā
de primo fundamēto salutis: igitur cōsequitur ꝙ
eandē formā baptisandi eis prius tradidit qua
iohannes christum baptisando et discipuli alios
baptisando vsi fuerūt ⁊ quā post modū i sua ascē
sione eis tradebat. ⁊c. sub mandato illo generali
dato eis in ascensione: docētes eos seruare omia
quecūq̄ ego mandaui vobis. hāc formam bapti
sandi docere mandauit: nec dubiū quin ipsi vti de
bebant forma quam alios docere debebāt: quo
niā alias xp̄i doctrinā reddidissent suspectā ⁊ du-
plicem: ⁊ seipsos reddidissent similes phariseis a
liqua docēdo facere tanq̄ necessaria ad salutē q̄
tamē ipsi facere noluerūt: quod ē nimis detestan
dū i seminationib⁹ fidei ymmo alias cōtemptores
fuissent ⁊ neglectores diuini mādati: ⁊ ideo oīno
consequiť ꝙ hāc formā docuerūt ⁊ hac vsi sūt. ⁊c.

Cap. 3.

Hoc igitur fundamento
firmato coartati videmur i meo iudi-
cio de quattuor sententijs vnam eli-
gere quas ponemus per ordinem cū
suis motiuis. Prima sententia con-

pria snia ē ꝙ aplī i baptizādo nullū nomē xp̄i quo ad ei⁹ hūanitateʒ exprimētes

tinet ꝙ apostoli predictam formam verborum nul
lum nomen xp̄i quo ad eius humanitatem expri-
mentes semper in baptizando tenebant pro qua
sententia videntur prima facie omnia que hic dixi
Sed contra eam sunt ea que de actibus aposto-
lorum superius in questionis principio obiecisti ⁊
ea etiam que pro tertia sententia inferius adducē
tur sed ea que adduxisti sic posse dissolui videntur
vt dicta accipiantur. Non ita scʒ vt apostoli ba-
ptizabant aut baptizare mādabāt in nomine xp̄i
idest in expressione huius nominis xp̄s aut eius
nominis iesus aut nominis eius alterius secūdū
eius humanitatem sed hoc vt hij quos ad christū
conuersos baptizari mandabant siue baptiza-
bant fidem xp̄i profiterentur expresse anteq̄ bapti
zarētur ita vt expressio nominis referatur in illis
dictis ad baptizatos non ad baptizātes ꝙ innui
videri posset actuum octauo de eunucho bapti-
zato de quo ibi sic legitur. Et ait eunuchus. ecce
aqua quis me prohibet baptizari dicit ei philip-
pus si credis ex toto corde ⁊ respondens ait. cre-
do filium dei esse iesum xp̄m ⁊ iussit stare currū et
descenderunt vterq̄ in aquā philippus ⁊ eunuch⁹
et baptizauit eum hic satis exprimitur qualiter eu
nuchus fuit baptizatus in nomine iesu xp̄i scʒ in
fidei eius expressione idem posset vt videtur intel
ligi in illo quod tu superius hic posuisti de sancto
paulo quando venit ad ephesum querens a disci
pulis nunquid spiritum sanctum receperunt cre-
dētes postq̄ enim eos baptizauit docuit eos cre
dere in xp̄m per hoc ꝙ Johannes dixit in bapti-
zando vt crederent in iesum et tunc sequitur hijs
auditis baptizati sunt in nomie domini iesu quod
iuxta hoc sic congrue posse videtur intelligi scili-
cet confitentes expresse dominū iesum xp̄m filium
esse dei ⁊ deum. Item illud actuum octauo quod
superius posuisti ꝙ baptizati erant in nomine do
mini iesu xp̄i sub alijs verbis idem premitti videť
hanc sententiam habentibus sic Cum ergo credi
dissent philippo euāgelizanti de regno dei in noīe
iesu xp̄i baptizabātur viri ac mulieres Ecce quo
modo baptizabantur in nomine iesu xp̄i scʒ credē
tes philippo euangelizāti de eius nomine Simili
ter illud actuum septimo quod superius obiecisti
videtur posse intelligi scʒ iussit eos baptizari i no-
mine domini iesu xp̄i quoniā ibi petr⁹ qui hoc ius
sit premisit loquens de xp̄o huic testimonium om-
nes prophete perhibent remissionem peccatoruʒ
recipere per nomē eius ⁊ in nomine eius accipe-
re autē remissionē peccatorū per nomen eius vi-
detur impleri cum quis in eo credens confitetur
expresse iuxta illud pauli Actuū. 13. in hoc omnis
qui credit iustificatur ⁊ sic illud dictum a te nō ar
tat vt possit videri vt dicamus expressionem noīs
iesu xp̄i secūdū humanitatem fieri debere a bapti
zante pariter ⁊ omnia que tu superius posuisti et
eis similia videntur posse intelligi recte ⁊ iam dixi
sti paulum sic loqui ad romanos cum dixit Qui-
cunq̄ baptizati sumus in xp̄o iesu in morte ei⁹ ba
ptizati sumus idest in fide nominis eius vnde sem
per puto exigi in adultis ante q̄ baptizentur fi-
dem de xp̄o ⁊ eius morte ⁊ etiā expressionē huius
fidei per verba aut si homo sit mutus p signa vn-
de non mouēt ea que tu superius obiecisti nos vt
dicamus ꝙ aliquis apostolorum quicq̄ aliud in ba
ptizando expressit aut exprimere docuerit q̄tū ad
formā baptismi q̄ illud supra positum ꝙ xp̄s tra-
dit suis discipulis obseruandum.

Cap. 4.

Secunda sententia est ꝙ
multi dixerunt nō mediocris auctori
tatis ⁊ sententie scʒ ꝙ licet illa forma
fuerit tradita ⁊ expressa a domino tū
dispensatiue ⁊ per reuelationem fuit

alia snia est ꝙ aplī non seruabant formā a xp̄o istitutā sʒ in nomie iesu xp̄i baptizabant ⁊ hoc ex dispensatiōe diuina

concessum ⁊ mandatū apostolis in principio pu-
blicationis nominis xp̄i quod tunc quasi omnib⁹
erat incognitū vt amplius diffunderetur ꝙ in xp̄i
noīe baptizarent vnde ipsi apostoli et discipuli in
primitiua ecclesia vsq̄ ad ampliationem ⁊ stabili
tatem noīs xp̄iani vt dicunt nō autē alij post eos
in sola expressione huius noīs baptizabant aut
poterant baptizare Sed qualiter istud stare pos-
sit non video quoniā cū nō appareat de ista dispē
satione siue reuelationē i scriptura apostolica cō
sequitur ꝙ apostoli ⁊ euangeliste in errores poste
ros induxerunt dantes formā baptizandi simpli-
citer suis discipulis ⁊ eam eis in scriptura tradē-
tes formā que vigorem post modū nō haberet ni
si dicatur ꝙ apostoli suis discipulis preceperūt il-
la forma nō vti quod non est nisi somniū cū lucas
pauli discipulus ⁊ euangelista illa forma scribat
apostolos vsos fuisse sicut per te superius addu-

cta ostendūt iuxta modū istum intelligēdi illa di-
cta de sublatione eius post eoꝝ tēpora nichil scri
bens. Item si hoc apostoli suis discipulis prece-
pissent cum de hoc nichil expresserūt in scriptura
que legē sacramentoꝝ continet nō ob hoc tollere
tur error ab aliis posterioribus sed omnes erra-
rent aut occasionē expressam ab apostolicis acti
bus errandi haberent. Item qualiter aliqua for-
ma tunc fuit sufficiens que post modū nō esset suf
ficiens omnino nō est ratio ⁊ ideo oīno consequi
tur ꝙ si hec forma fuit sufficiens tēpore apostolo
rum ꝙ etiam sit sufficiēs in presenti. Item actuū.
15. ⁊.16. dicitur ꝙ paulus ⁊ barnabas euntes per
ciuitates tradebant eis custodire dogmata que
erant decreta ab apostolis ⁊ senioribꝰ constat au
tem secundū dicentes istam sententiā hunc modū
baptizandi esse decretū a petro vice apostolorum
cum scribatur actuū secūdo sic hiis auditis com
puncti sunt corde ⁊ dixerunt ad petrum ⁊ ad reli-
quos Quid faciemꝰ viri petrus vero ait ad eos
penitentiā inquit agite ⁊ baptizetur vnusquisq̄ ve
strum in nomine iesu xpi in remissionē peccatoruꝫ
ex quo autē querebāt conuersi consiliū a petro si-
mul ⁊ aliis cōstat ꝙ petrus omne dogma illud tra
didit igitur secundū doctrinam pauli illud debuit
obseruari ab omnibus quibus ipse ⁊ barnabas
predicabant vnde non video rationabiliter posse
dici ꝙ illud fuit dispensatiue cōcessum solis apo-
lis ac discipulis primitiue ecclesie sic ꝙ vigorem
postea apud omnes habere nō posset.

Cap.5.

tertia snia ꝙ apli ꝑdicabāt ⁊ docebāt baptizare in noie iesu ꝓpter aliq̄s cās ī lra positas ⁊ hoc nō expressis ꝑsonis diuinis

TErtia sententia cōtinet
ꝙ apostoli baptizabant ⁊ baptizare
docebant in nomine iesu xpi aut ī no
mine dn̄i iesu sic scꝫ ꝙ baptizans ali-
quod nomē xpi secundū humanita-
tem eius expressit nominibus patris ⁊ spiritꝰ san
cti nō expressis oīno quā sniam oīno multi sancto
rum patrū ⁊ doctoꝝ sentire videntur pro huius as
sertione multa operari vidētur primo ꝙ iuxta sen
sum littere verba sermonis illꝰ actuū apostolorū
quē lucas scripsit sicut posuisti superius hec pretē
dunt. Secūdo ꝙ apostoli ⁊ oēs xpi discipuli pre-
cipue intendebant seminare et plantare fidem de
xpo tanq̄ de singulari saluatore generis humani
vnde petrus sicut legitur actuū tertio dicit nō est
in aliquo alio salus nec eīn aliud datū est nomen
hoibus sub celo in quo oportet nos saluos fieri
Et ob hoc petrus in predicationibus ad populū
sicut legitur actuū secūdo ⁊ decimo semꝑ labora-
bat per scripturas veteris testamenti ostendere ꝙ
xps erat saluator ⁊ ꝙ per eū data est remissio pec
catorū capitulo secundo sic cōcludens certissime
ergo sciat omnis domus israel quia ⁊ dn̄m eum ⁊
xpꝫ fecit deꝰ hunc iesum quē vos crucifixistis ⁊ ca
pitulo decimo sermone cōpleto sic concludit huic
omnes prophete testimoniū perhibent remissionē
peccatorū accipere per nomē eius omnes qui cre
dunt in eum ⁊ paulus hoc idem fecit sicut legitur
actuū nono sic paulus autē multomagis conua-
lescebat ⁊ cōfundebat iudeos qui habitabant da
masci affirmans quoniā hic xps est Et actuū.13
post ostensionē in scriptura ꝙ iesus noster fuit ꝓ-
missus occisus ⁊ ꝙ resurrexit cōcludit sic Notum
igitur sit vobis viri fratres quia per hunc iesum
remissio peccatorū annūciatur Et stephanus si-
cut legitur actuū 7. predicando iudeis in fine di-
xit. Ecce video celos apertos ⁊ filiū hominis stā
tem a dextris virtutis dei sic etiā de philippo legi-
tur actuuꝫ octauo Aperiens autē philippus os
suum incipiēs ab ista scriptura euangelisabat ie-
sum illis ⁊ statim sequitur de eunucho responden
te Credo filiū dei esse iesum xpm quod dicens ba
ptizatus est. Ex quo igitur apostoli ⁊ oēs fideles
fidem de xpo precise seminare intendebant nō vi-
derent eoꝝ opera nisi in eius nomine sacramenta
traderēt que sacra beneficia precipua salutis fue
runt ymmo hec ratio videtur oīno exigere scꝫ vt i
eius nomine salutis medicamenta conferrēt quā
singulariter saluatorē publice ⁊ assidue predica-
bant. Item ex quo sacramēta erant beneficia pre
cipua q̄ cōtulit xps peccatoribus ita debebant in
nomine eius cōferri sicut etiā alia beneficia in no
mine eius dabantur tunc de aliis aut donis ⁊ be-
neficiis xpi legimus sic luce.4. reuersi sunt autem
atq̄ cū gaudio dicentes. dn̄e etiā demonia subi-
ciunt nobis in noie tuo Et actuuꝫ tertio de petro
legitur ꝙ dicitur. In nomie domini nostri iesu xpi
nazareni surge ⁊ ambula ⁊ protenus consolida-
te sunt bases eius ⁊ plante. Et actuū.4. legitur ꝙ
petrus dixit Notū sit vobis in omni populo israel
quoniā in noie domini nostri iesu xpi iste stat corā
vobis sanus. Item sicut legitur actuū.16. dolens
petrus ⁊ cōuersus ad spm̄ dn̄i precipio tibi in no-
mine domini iesu xpi exire ab ea ⁊ exiit ab ea eadē
hora. Item xps ipse sicut legitur mat. vltimo dixit
suis discipulis Euntes in vniuersum mundū pre-
dicate euangeliū omni creature ⁊c. signa aūt eos
qui crediderint hec sequūtur In nomine meo de-
monia eicient linguis loquētur nouis serpentes
tollent Et si mortiferum quicq̄ biberint nō noce
bit eis super egros manus imponēt ⁊ bene habe
bunt ⁊c. vbi plane apparet ꝙ voluit futuros cre-
dentes in eum noie suo ista beneficia conferre ho
minibus. Et si per illud quod dixit sup egros ma
nus imponēt ⁊ bene habebunt intelligas vnctio
nis sacramentū sicut verba pretendunt. Et per il
lam aliam particulā linguis loquētur nouis sa-
cramentū confirmationis intelligas sicut insuper
prima facie videtur intelligi debere oīno conseq̄-
tur ꝙ voluit hec duo sacramenta in nomine eius
cōferri ⁊ pari ratione hoc esse credendū de omni
bus sacramētis ꝙ voluit ꝙ omnia sacramenta in
noie eius darentur Pro ista sententia insuper fa
cit illud actuū.22. ꝙ ananyas legitur paulo dixis-
se Exurge ⁊ baptizare ⁊ abluere seu ablue pecca
ta tua inuocato nomine ipsius Quis enim prima
facie videri possit hoc dictū facere pro prima sen
tentia eo ꝙ existimari posset ꝙ paulus ideo dicere
tur abluere peccata scꝫ inuocato noie iesu naza-
reni ab illo sed ipso noie ab ipso paulo inuocato
vt ipse baptizatus illud nomē inuocaret ⁊ sic sua
peccata ablueret tamē quia ordo verboꝝ habet
omnes gentes baptizātes eos in nomine patris
⁊ filij ⁊ spiritussancti amen. Et similiter hoc legi=
tur Mar. vltimo insuper Iohannis tertio. Nisi
quis natus fuerit denuo nō potest videre regnū
dei. Dicit ad eum nichodemus. Quomodo po=
test nasci homo cū sit senex. Nūquid potest in ven
trem matris sue introire iterato ⁊ renasci. Respō
dit iesus Amen amen dico tibi nisi quis renatus
fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto nō potest introire ī
regnum dei. Ex istis sufficienter michi videtur ꝙ
xp̄s istud sacramentum instituit sed de necessitate
huius sacramenti peto vt differas qm̄ videtur ꝙ
non est necessarium ad salutem Ecce enī de pau
lo legitur actuū nono. ꝙ ananias intrauit domū
Dicit̄ ꝙ baptismꝰ nō sit necessarius ad salutem ⁊ imponens manum dixit. Salue frater dominus
deus misit me qui apparuit tibi in via qua venie=
bas vt videas ⁊ implearis spiritu sancto ⁊ confe
stim ceciderūt ab occulis eius tanq̄ squame ⁊ vi
sum recepit et surgens baptizatus est. vbi constat
paulum ante baptismū recepisse spiritum sāctum
nec dubium quin quilibet saluaret̄ si tunc ab hac
vita decederet et sic paulus per consequens si sta
tim post manus ananie impositionem decessisset si
Alia ratio. ne baptismo saluatus fuisset. Item actuum deci=
mo legitur sic adhuc loquente petro verba hec ce
cidit spiritus sanctus super omnes qui audierūt
verbum et stupuerunt ex circuncisione fideles qui
venerant cum petro quia ⁊ in nationes gratia spi
ritussancti effusa est et audiebant enim illos loq̄n
tes linguis et magnificantes deum Nunquid tūc
respondit petrus quis prohibere potest vt bapti=
zentur hij qui spiritum sanctum acceperunt sicut
et nos et iussit eos in nomine domini nostri ihesu
christi baptizari vbi constat hos spiritum sanctū
accepisse ante baptismum et ita si tempore medio
descessissent habentes spiritum sanctum saluati
Alia ratio. fuissent. Idem eodem capitulo decimo videtur de
cornelio et eius familia quoniam anteq̄ petrus
ad eos venerat fuerant iustificati et a deo accepti
et purificati ab immundicia quoniam in principio
capituli dicit vir autem erat ī cesarea nomine cor
nelius centurio cohortis que dicitur ytalica reli=
giosa et timens deum cum omni familia sua faci
ens elemosinas multas plebi et deprecans deum
semper et timens deum vt iustus et sanctus. Item
ibi consequenter sibi dicit̄ vidit in visu manifeste
angelum dei introeuntem ad se et dicētem sibi cor
neli oratiōes tue et elemosine tue ascēdunt in me
moriam in conspectu dei videtur autem vere iu=
stus fuisse cui angelus sic est missus et cuius ora=
tiones et elemosine ascendunt in memoriam in cō
spectu dei. et de quibus orationibus ipse corneli=
us dicit consequenter ad petrum a nudius quar=
ta die vsq̄ ad hanc horam eram ieiunus hora
nona in domo mea Et ecce vir stetit ante me in ve
ste candida et ait corneli exaudita est oratio tua ⁊
elemosine tue commemorate sunt in cōspectu dei
vnde constat cornelium iustum tunc fuisse et totā
suam familiam. vnde cōsequenter ibi dicitur quo
modo petrus vidit in excessu mentis lintheum de

celo submissum in quo erant omnia quadrupedia
et facta est vox ad eum Surge petre occide ⁊ mā
duca ait autem petrus absit a me nunc quia nun=
q̄ manducaui omne cōe et immundum et vox ite
rum secundo ad eum quod deus purificauit tu ne
immundū dixeris. hoc autem factum est pariter.
Et statim receptum est vas in celo. vbi iuxta litte
ram sequentē manifeste apparet hec facta ꝓpter
cornelium et eius familiam et sic constat eos tunc
purificatos fuisse adeo. Item petrus cū venit ad Alia ratio.
eos dixit in veritate comperi quia nō est acceptor
personarum deus sed in omni gente qui timet eū
et operatur iusticiam a deo fuisse acceptum ⁊ hec
dicta omnia sunt de eo ante baptisma consequi=
tur ergo si decessisset ante baptisma saluatus fuis
set. Item paulus ad romanos. 10. dicit expresse q̄r
si tu confitearis in ore tuo dn̄m iesum xp̄m et ī cor
de credideris ꝙ deus illū excitauit a mortuis sal
uus eris Corde enim creditur ad iusticiam ore au
tem fit confessio ad salutem dicit enī scriptura om
nis enim qui credit in eum non confundetur non
est distinctio iudei et greci Nam idem dn̄s omniū
diues in omnes qui inuocant illum. Omnis autē
qui inuocauerit nomen dn̄i saluus erit. vbi vide=
tur affirmare ⁊ probare ꝙ sola fides sufficit ad sa
lutem vnde ibi. c. 3. dicit Iusticia autem dei per fi
dem ihesu in omnes et super oēs qui credūt in eū
Et statim post arbitramur enim iustificari homi=
nem per fidem sine operibus legis et multa sunt
dicta similia in scripturis. Item sicut ī noua lege
precipitur baptismus et ī veteri testamento circū
cisio erat precepta vnde geñ. 17. dicitur masculus
cuius prepucij caro circuncisa non fuit delebitur
anima illa de populo suo quia pactum meum irri
tum fecit de quo pacto ibi premittitur. Circūcide
tur ex vobis omne masculinū: constat enim mul=
tos nō circuncisos saluatos fuisse sicut sanctū vi
rum iob qui gentilis erat et regem ac populū ni=
niue per predicationē ione conuersos igitur par
ter in noua lege possunt hoīes per fidē sine baptis Alia ratio.
mo saluari. Item io. 6. xp̄s dicit nisi manducaue
ritis carnē filij hoīs ⁊ biberitis eius sanguinē nō
habebitis vitā in vobis. vt ita expresse ⁊ sub ver
bis similibus affirmat̄ necessitas sūptiōis scr̄i eu
charistie sicut in. c. 3. precedēte affirmatur necessi
tas baptismi sed nō dubiū quin multi saluentur si
ne sumptione scr̄i altaris ergo pari rōne cōsequi
tur ꝙ possent sine baptismate saluari hec ⁊ similia
videtur ostēdere ꝙ sacrū baptisma non sit necessa=
riū ad salutem.

Cp̄m. 35.

Ricardus. ex verbis
xp̄i ⁊ io. qm̄ xp̄s fuerat baptisatus ap
te monstratur baptismus fuisse prece
ptus qm̄ legitur Mat. 3. Iohānes ꝓ
hibebat eū dicēs. Ego a te debeo ba Solutiōes predictorū obiectuum
ptizari et tu venis ad me rn̄dens ihesus dicit ei si=
ne mō sicut nos oportet iplere oēm iusticiā verbū
ei iohis debeo Et verbū xp̄i implere iusticiam ost
dunt baptismū debere suscipi etiā de iusticia vnde
non dubiū qui baptismus fuit preceptus sicut cir
cūcisio in lege antiqua per illū igitur modum quo
dicimus obseruantiam mandatorum esse necessa
riā ad salutē iuxta illud Mat. 9. si vis ad vitā igre
di serua mādata ītelligēdū est ꝙ baptismi scr̄m ne
cessariū est. nec solū est necessariꝰ baptismꝰ ꝓ hūc

modum scꝫ quia preceptus sed dicitur esse neces-
sarius ratione sui primi effectus de quo supra dif
fuse tractauimus nisi enim habeatur effectus ba
ptismi scꝫ remissio peccatorū propter quā remissio
nem ⁊ precipue originalis peccati michi videtur
institutus fuisse baptismus sicut ꝓpter eundem ef
fectum circuncisio fuit instituta nullus propa-
gatus naturali cursu ab adam saluabitur vt supe
rius est ostensum qm̄ cum peccato originali semp
damnatio est annexa tanq̄ ꝓprius vt sic loquar il
lius peccati effectus qm̄ per vnum hominem pec
catum intrauit in mundum ⁊ per peccatum mors
ad romanos quinto mors id est damnatio sicut
intelligendum esse superius est ostensum dico au
tem hanc remissionem originalis peccati per re-
ceptionem gratie iustificantis esse proprie effectū
primū baptismi qꝛ non nisi per baptismū de noua
lege datur hominibus minoris etatis Nunq̄ enī
in lege euuangelica exprimitur aliud remediū ꝓ
paruulis cōtra originale peccatum nec alijs qui-
buscunq̄ adultis datur originalis peccati remis-
sio nisi ꝓpter baptismū secundū cursum cōmunē
et ob hoc quia hec remissio ex institutiōe legis so
let fieri per baptismum ⁊ nō aliter cū sic alio mo-
do illum modum remissionis tanq̄ supplentē ba-
ptismi effectū vocamus baptismū spiritus siue fla
minis vnde dixi ꝙ baptismus est necessarius ad
salutem scꝫ rōne sui ꝓprij ⁊ primi effectus ex hoc
enim ꝙ apostoli omnes conuersos ad fidem que-
rentes ab eis salutis principia preceperant bapti
zari sicut legimus actuum secundo de tribus mi-
libus ad sermonem petri compunctis ⁊ querenti-
bus vna fratres quid faciemus ꝙ petrus ait ad
eos penitentiam agite ⁊ baptizetur vnusquisq̄ ve
strum ⁊c. sicut legimus actuum octauo de samari
tanis audiētibus predicationem philippi aposto
li quia baptizabantur Et eunuchus similiter au-
dito philippo dicit Ecce aqua quis prohibet me
baptizari. Et actuum 9. legitur ꝙ paulus statim
postq̄ conualuit est baptizatus Et actuum deci-
mo legitur de cornelio ꝙ angelus a deo sibi mis-
sus dicit sibi mitte in ioppen ad symonē ⁊c. hic ti-
bi dicet quid te oporteat facere et consequen-
ter ꝙ petrus eum de fide xp̄i instruxit ⁊ dicit Nū-
quid quisq̄ prohibere potest vt non baptizentur
hij ⁊c. sic de custode carceris legitur. 16. querente
a paulo ⁊ barnaba dic quid me oportet facere vt
saluus fiam ꝙ ipsi preceperunt eū credere in xp̄m
et baptizari ita ꝙ oportet illum baptismi effectū
habere etiam secundum cursum cōmunem autem
alio modo preter legem vt dixi ⁊ per hunc modū
dicitur baptismus simpliciter necessarius ad sa-
lutē quia effectus eius scꝫ natiuitas ex spiritu san
cto est simpliciter necessarius ad salutem Et sic il
lud dictum saluatoris intelligo nisi quis renatus
fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto non potest introi-
re in regnum dei quia insuper est preceptus vt p̄-
dixi ideo omnes adulti obseruare tenētur legem
baptismi in aqua.

Cap. 36.

Que vero de paulo et cor
nelio ⁊ alijs obiecisti ꝙ saluati fuis-
sent habentes gratiā iustificatōis et
si decessissent ante baptismū verū di-
cis dum tamen negligentiā nō incur
rissent in non obseruando preceptum baptismi.
quoniam iuxta sensum predictum baptismi rena
scentiam habuissent. si autem iustificati per fidem
et gratiam se baptisare neglexissent damnati fuis
sent propter negligētiam dāpnabilem gratiam et
iusticiam acceptam non immerito āmittētes. Jo-
hannes quid si insperata morte subito preoccu-
pati fuissent non potentes baptismum accipere.
RICARDUS. non dubium quin saluati fuis-
sent in iusticia et gratia decedētes: quoniam in il-
lo casu de negligentia argui non possunt sed eos
in potentia excusasset aut si ex causa rationabili
baptismi susceptionem distulissēt ad tempus sicut
in hystorijs fide dignis legimus sanctum martinū
turonē. episcopum cuꝫ primitus miles erat per ali
quos annos postq̄ deo erat acceptus distulisse
baptismum: et si tempore huius dilationis legiti-
me morte inopinata preuēti fuissent in gratia mo
rientes saluari debebāt. JOHANNES. si im
potentia potest homines a susceptione huius sa-
cramenti legitime excusare vt dicis tunc infantes
naturaliter īpotentes si moriantur ante baptismū
legitime excusantur et sic non damnari debent
RICHARDUS. primū quod īfers recte cō
cludis. s. ꝙ impotentia in infantibus eos excusat
ab obseruantia precepti de baptismo. Et ideo eis
non imputat̄ ad culpam nouam ꝙ nec fuerant ba
ptizati. quoniam propter hoc nullam culpam īcur
runt sicut nec infantes in veteri testamento culpā
incurerēt infantes qꝛ nec fuerant circuncisi mori
entes ante diem octauum sed non recte infers vl-
teri⁹ ꝙ debent saluari sicut nec illi de quibus scri
bitur vt posuisti superius masculus cuius prepu-
cij caro circuncisa non fuerit delebitur aīa illa de
populo suo vnde nostri infantes pariter delentur
de populo christiano quia pactum dei nisi quis re
natus fuerit ex aqua ⁊c. irritum faciunt sicut et il
li non quia de voluntate faciunt sed quia pactū
dei quod eos saluaret in eis non seruatur. et ideo
sunt a salute penitus alieni nulla enim anima sal
uatur nisi anima christiana quoniā sicut dicit pe
trus de christo loquens non est in aliquo alio sa-
lus non enim aliud nomen datum est hominibus
in quo oportet nos saluos fieri Actuum. 4. Et a
postolus prime ad corin. 3. fundamētum enim ali
ud nemo potest ponere p̄ter illud quod positum
est quod est christus ihesus nec dubium quin om
nis anima est aliena a christo que nec christi gra
tiam recepit a baptismo nec eius fidem habet cū
moritur talis enim a christo denominari non po-
test et per consequens non potest saluari. JO-
HANNES. quomodo dicis ꝙ impotentia in
discretionem non habentibus rationis non excu
sat a susceptione baptismi quin omnino dampnē
tur cū in illis sit maior impotentia ꝙ in istis. RI-
CHARDUS. dixi ꝙ in vtrisq̄ impotentia ex-
cusat a culpa contrahenda propter preceptū bap
tismi solutum siue non seruatum sed in nullo excu
sat a culpa ante. scilicet in ortu contracta cui nō
omnino attinet sed adulti de quibus obicis saluā
tur adherentes christo infantes non baptizati
dāpnantur tanq̄ alieni ab ipso. Johānes. magis
est de⁹ misericors q̄ sit hō quicunq̄ et ita nō aget
quod ageret homo pius homo autē filio suo quē
esset facturus suum heredē si ipsum certo die ad
eum nutrix afferret nō substraheret a filio suo he-

An: impotē tia excuset a susceptione sacri bapti.

Nota istud diligenter.

Alia obiectio cōtra dicta

reditatem dispositam propter nutricis negligētiā
aut eius malitiam si ipsa non curaret aut malitio
se omitteret puerum ad patrem suum tempore sta
tuto deferre ergo nec deus filios suos quos ad y
maginem suaꝫ creauit ab hereditate celesti exclu
det ⁊ si parētes eorum qui sunt eorum nutritores
aut negligant aut ex maliuolentia omnino obmit
terent sicut faciunt parentes infideles iudei ⁊ alij
pueros ad baptismum xp̄o deferre nolentes ⁊ sic
videtur ꝙ infantes iudeorum ⁊ etiā aliorum infi-
delium ⁊ etiam malorum xp̄ianorū morientes sine
baptismo saluarentur. RICARDUS pri-
ma regula quā ponis de mīa dei dubium non ha
bet scꝫ quin deus sit magis misericors q̄ aliqua
creatura quoniā deus non dubium maiorem mi-
sericordiam excercuit erga genus humanū ꝙ vn
q̄ creatura erga creaturam excercuit sed non re
cte infers secūdam regulam ex prima scꝫ ꝙ deus
nūquid agit rigidius cum suis q̄ facit homo pi⁹
quoniā aliquotiens deus punit quā doq̄ precipit
hominibus vt parcant quoniā sibi reseruat vindi
ctam vt ipse retribuat iuxta exigentiam tamē sue
clementis iusticie vnde q̄uis homo sic faceret in
casu quē ponis non ob hoc omnino cōceditur ꝙ
deus contra legem quā statuit taliter sit acturus
quoniā sua mīa q̄uis sit simpliciter maior q̄ ho-
minis tamē i omni casu rōnabilis est ⁊ iusta quo
niam non est deus quasi homo vt mentiatur nec fi
lius hominis vt mutetur numeriā. 23.

Cap. 37.

IOHANNES Quid
si parentes infantem baptizare labo
rant ⁊ preuenitur morte anteq̄ ad sa
cerdotem perueniant aut anteq̄ ali-
quē habere valeant vt baptizari pos
sit videtur hic fides parentum posse infanti suffi-
cere ad salutem sicut videtur infantibus suffecisse
in lege nature quando sacramentalia remedia nō
habebant ymmo si infantes non circuncisi ⁊ p he
rodem occisi vt inter eos xp̄m occiderent saluati
fuerunt ꝙ non dubitas cum ab ecclesia ꝓ martiri
bus computentur multo magis fides parentum
oblata a deo ꝓ infantibus potest eis sufficere ad
salutem quoniam cum illis infantibus circūcisis
nulla pars salutis reperiri potest aut nō tanta q̄
ta in casu supposito de infante moriente anteq̄ a
parentibus duci potest ad baptismū.
RICARDUS non est in scripturis expressū
quod astruis de paruulis ante legem ꝙ sola fide
parentum sine sacrificijs saluantur quoniā omni
tempore ab origine mūdi fideles deo sacrificia of
ferebant vt placerent sicut legitur de primis filijs
ade caym ⁊ abel genesis quarto ꝙ caym offere-
bat de fructibus terre munera deo abel vero ob-
tulit de primogenitis gregum suorum et de adipi
bus eorum Et de noe peracto diluuio legit̄ ꝙ sta
tim in egressu de archa edificauit altare dño ⁊ tol
lens de cunctis peccoribus ⁊ volucribus mūdis
obtulit holocausta super altare Et ideo verisimi
le est omnino ꝙ precipue offerebat pro sua ⁊ filio
rum salute cum salus sua ⁊ filiorum inter omnia
que a deo possent petere res erat p̄cipua ⁊ sic nō
dubium quin per fidem parentum ⁊ sacrificiorum
oblationem ante legis date tempora paruuli sal-
uabantur ⁊ illa sacrificia non dubium locū sacra
menti tenebant habentia eundem effectum quem
circuncisio et baptismus posterioribus tempori-
bus habuerunt vnde cum in tali infante preuēto
morte anteq̄ parentes potuerunt eum baptizare
nō sit impletum Nisi quis renatus fuerit ex aqua
et spiritu sancto ⁊c. nec apparet ꝙ aliquo mō ad
salutem datam a xp̄o pertineat sicut dixi supius
non video quin damnatur sicut in casu consimili
sub lege veteri si infans ante circuncisionem fuis
set morte p̄uētus perisset iuxta illud preallega-
tum masculus ⁊c. Item si fides sola parentū aut
amicorum sufficeret ad iustificationē paruuli ab
originali peccato vt tibi videtur cum eandem fi-
dem habeant ipso existente infra claustra mater-
na pari ratione posset fides parentum nondū na-
to proficere pro baptismo siue sufficere ⁊ sic infan
tes fidelium nunq̄ ab instāti infusionis anime dā
narentur q̄uis statim post animationē in mater-
nis visceribus morerentur quoniam eque illis vt
natis in mundum potest fides parētum prodesse
quod quomodo predictis affirmatis a xp̄o nō ob
uiat omnino ymmo si acute consideres pari ratio
ne tempore legis antique pueri iudeorum iustorū
p̄mēti morte ante octauum diem saluati fuissent
per fidem parentum. Contra illud masculus cui⁹
preputij caro circuncisa non fuerit delebitur ani
ma illa de populo suo nisi dicam illud dictū de so
lis vsum rationis habentibus pro eo ꝙ inmedia
te pro causa subiungit quia pactum meum irritū
fecit quod dictum videtur ad solos irritantes p-
tinere cuiusmodi sunt illi soli qui vsum ratiōis ha
bent quia impotentes peccare pactum dei irri-
tum facere non videntur sed superius dixi hoc de
bere intelligi irritum fecit illud etiam in eo nō ser-
uatur omnino quod vero de paruulis sicut de a-
lijs fuit predictum vel illud dictum ex hoc cōstat
quia inmediate premittitur infans octo dierum
circuncidetur in vobis omne masculinum in na-
tionibus vestris tam vernaculus q̄ empticius cir
cuncidetur Et quicunq̄ nō fuerit de stirpe vestra
erit que pactum meum in carne vestra in fedus
eternum ⁊ sequitur tūc masculus cuius ⁊c. i hijs
vero que precedunt constat ꝙ loquitur de paruu
lis octo dierū sicut de alijs quoniā infantes octo
dierum circuncidi precepit ⁊ omnes indistincte vt
pactum dei esset in carne eorum in fedus eternum
et tunc pro pena huius pacti non seruati subiun-
git masculus cuius precipitij ⁊c. nec dubium quī
pena precepti non impleti ita generalis debet esse
sicut preceptum ⁊ ad eosdem precise debet exten-
di ⁊ sic ad paruulos extenditur pena illa sicut ad
rationem habentes quoniā ad eos eque preceptū
illud cuius illa est pena extenditur. Item hec ver
ba illud clare innuunt si attendas in fedus ineter
num Quid enim aliud est hoc dicere nisi ꝙ circū-
cisus est michi coniunctus federe eterno scꝫ erit
ī eternū vere beatus ꝙ dictum est de infantibus
et alijs nemo enim audet dicere ꝙ confederatus
deo peribit ergo econtra negatiua debet intelligi
scꝫ ꝙ quicunq̄ per pactum dei in carne non erit il
lo federe deo coniunctus peribit ⁊ sic omnis ma
sculus tam magnus q̄ paruus perijt qui circūci
sionis pactum in carne non habuit quod tamen
non fuisset si solū fides parentum aut etiam meri
ta eorum potuit eos iustificare. Fides igitur pa-
rentum nec nunc nec tunc saluos fecit paruulos

nota ꝙ īuenitur ī scripturis ꝙ sola fides parentū suffecerit ad saluandos paruulos.

mortientes sine sacramento a deo ordinato cõtra originale peccatum ymo si sola parentum fides iustificaret frustra fuissent ista sacramẽta pro parvulis instituta ⁊ essent quo ad eos in presenti saltem quo ad paruulos hominũ iustorum quoniaz illi ex fide parentum reciperent ante baptismũ effectum totum baptismi ⁊ ita eis foret quo ad illũ fructus omnino inutile quod quia vere non est cõsequitur q̃ paruuli non iustificarẽtur de cursu cõmuni nisi baptismo suscepto ⁊ sic pereunt si morte subita sint preuenti de infantibus vero non circũcisis ab herode occisis quos constat sacramento salutis caruisse probabiliter astruis q̃ saluati nõ essent licet circuncisi de eis saluari deberent quoniam non circuncisi non erant innocentes sed pec catores Et eoz saluti obuiat illud manifeste malculus cuius prepucij ⁊c. circuncisi de eis innocentes erant ⁊ ideo congrue festum innocentum appellatur nec michi videtur iuxta scripturã nobis traditam q̃ illi circuncisi occisi beatitudinem amplioꝛem acciperent q̃ circuncisi ceteri non occisi aut q̃ baptizati infantes continue morientes dici possent hoc dico iuxta scripturam sacram ⁊ legez diuinam a deo datam ⁊ veterem ⁊ antiquam vtrũ vero deus occulto suo iudicio eis aliquid amplius sit daturus nec negare presumo nec tenere affirmare.

nota de parvulis abhe rode occisis

Cap.38.

solutio quorũdã argumentoꝝ p̃ dicta scz q̃ fides sufficit ad salutem.

QUod autez de epistola ad ro. obicis locum habet de fide formata per dilectionẽ sicut dicit ad galathas quinto capitulo. Nam in christo iesu nec circuncisso aliquid valet nec prepucium sed fides que per caritatem operatur sic ⁊ talis fides est principium sufficiens ad salutem dum tamen habens eam legem obseruet et ideo habens eã baptizari tenet cũ lex baptizari precipiat vel ei fides nichil prodest sicut de circuncisione dicit ad romanos secundo. Circuncisio quid prodest si legem non obseruez si autẽ preuaricatoꝛ legis es circuncisio tua prepucium est et propterea talia dicta in scriptura que pretẽdũt fidem vel caritatem siue gratiam aut aliquid aliũ esse principium saluandi sufficiens ista sunt dicta vt alia omnia noue legis precepta seruentur aut saltem non soluantur nec aliter locum habent.

IOHANNES Dissolue alia que obieci.

RICARDVS Verum dicis tẽpoze legis data te multos fuisse saluatos qui non fuerunt circuncisi nec mirum quia lex circũcisionis data erat solum abrahe et semini eius ⁊ suis famulis sicut legitur genesis.17. vbi primo legitur circuncisio fuisse precepta legitur enim sic Cecidit abraham pronus in faciem suam. dixitq̃ ei deus ego sum ⁊ pactum meum tecum ⁊ cito post ⁊ statuam pactum meum inter me ⁊ te ⁊ inter semen tuũ post te in generationibus suis federe sempiterno Et cito post dixit iterum deus ad abraham Et tu ergo custodies pactum meum ⁊ semen tuum post te in generationibus suis hoc est pactũ quod obseruabitis inter me ⁊ vos ⁊ semen tuum post te circũcidetur ex vobis omne masculinum hic apparet hoc preceptum siue pactum ad solum semen abrahe pertinere ⁊ ad suam familiam sicut legitur consequẽter omne masculinum in generationibus vestris tam vernaculus q̃ emptitius circũcidetur Et sic illud preceptum ad alias gẽtes non pertinuit nec eas artauit. Et ideo aliqui per remedia alia saluabantur sed non est sic de baptismo de quo dicit ipse precepit euntes ergo docentes omnes gẽtes baptizantes eos in nomie patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti amen Mat. vltimo ⁊ mar. vltio Euntes in vniuersum mundum predicate euuangelium omni creature qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit saluus erit ⁊c. vbi constat baptismũ omnibus gentibus esse dandum ⁊ obligat omnes gentes illa lex xpi q̃ etiam ea que superius de necessitate baptismi adduxi de cornelio ⁊ sua familia de cõuersis per petrum de samaritanis de eunucho ethiope de paulo ⁊ alijs gentibus satis ostendunt.

nota ista sequentia de euuangelio an fuerit diuulgatum/ vbiq̃

Cap.39.

IOHANNES: hec rationabiliter dici possunt quo ad illos qui euangelicam legem acceperant scz q̃ ipsos artat preceptum vt seruetur ab eis sed quo pacto ignoꝛantes sic ligat non video ⁊ precipue cum in eis ignoꝛantiam impotentia cõsequatur que semper excusat vt superius affirmasti Et saluator dicit io. 15. si nõ venissem ⁊ locutus eis non fuissem petiñ non haberent. RICARDVS Respondere tibi posse cum paulo ad romanos decio quomodo inuocabunt inquit in quẽ nõ crediderunt aut quomodo credunt ei quẽ nõ audierunt ⁊ sequitur statim sed dico nũqd non audierunt. Et qui dicit in omnem terram exiuit sonus eoꝝm et in fines orbis terre verba eoꝝm. volẽs dicere vt videtur q̃ predicatio legis xpi exiuit in omnem terram quod videtur expressius ad coll. primo immobiles inquit in spiritu euuangelij quod audistis quod predicatum est in omni creatura que sub celo est si ds tamen velit dicere q̃ tempoze adhuc pauli non fuit euuangeliũ diuulgatum per omnes nationes terre sicut videtur multis eo q̃ saluatoꝛ dicit Mat. 24. describens signa sui futuri tempoꝛis scz aduẽtus ⁊ predicabitur hoc euuangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus et tunc veniet consummatio vbi ex hoc q̃ nondũ venit consummatio quam hic dicit futuram tunc scz quando predicatum fuerat euuangelium regni in vniuerso orbe consequi videtur nondum omnes gentes euuangelium audisse quod tamen dictum dñi non sic michi videtur intelligi debere sed q̃ p̃s debeat euuangeliuz in vniuerso orbe predicari q̃ veniat xp̃s ad faciendum iudicũ vt sit sensus et tunc veniet consummatio. i. post hoc veniet cõsummatio. Quẽmodum habet vsus vulgaris frequẽter ergo quomodocũq̃ sit de hoc secure cum ipso eodem paulo tibi respondeo ad romanos secundo dicente Non est personarũ acceptio apud deũ Quicunq̃ enim sine lege peccauerunt sine lege peribunt Cuius causam predixi quia damnationis causam ab origine secum trahũt vnde apostolus ad romanos quinto igitur sicut propter vnius delictum omnes homines in damnationẽ ⁊c. tamẽ verum dicis q̃ ignoꝛantes ⁊ impotentes lex ista siue preceptum nõ artat quoniã ipsi legẽ hanc nullatenus seruare tenentur sed de eius obseruantia per ignoꝛãtiam excusantur vt dicis sicut de infantibus supra dixi q̃ propter impotentiam excusan-

tur. Qui enim legem aliquã seruare tenetur peccat si eam non seruat quare propter non obseruãtiam tales non peccant lex tamen nichilominus locum habet de ipsis scilicet q̃ non, intrabunt in regnum celoꝝm nisi fuerint baptizati latro enim hanc legem scilicet q̃ omnis latro suspendi debet omnino non tenetur seruare nec peccat si hanc legem non seruat. Nemo enim tenetur se ipsum occidere quia sic homicida esse teneretur et tamen non minus legem hanc subire et sustinere latro iuste compellitur sic omnes ignoꝛantes hãc legem nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊c. eã subire iuste cõpelli possunt ex quo peccatum et damnationem ab oꝛtu contrahunt huius eam nullatenus seruare teneantur loquaris igitur proprie q̃ tum potes ⁊ frequenter patieris angustias pauciores hoc tamen intelligas scz q̃ paruuli nullum sensum doloris post mortem sunt habituri sed solam damnationem scilicet carentiam felicitatis eterne siue vere beatitudinis nec etiam aliqui alij nõ baptizati qui nullum peccatum mortale voluntate propria addiderunt sunt habituri penam sensus eternam. Omnes enim inquit apostolus nos manifestari oportet ante tribunal christi vt referat vnusquisq̃ propria corporis pro vt gessit siue bonum siue malum Ad coꝛ. quinto. Et Mat. decimosexto dicitur filius hominis venturus est in gloꝛiam patris sui ⁊ tunc reddet vnicuiq̃ secũdum opera sua scriptura enim plena est dictis similibus que manifeste ostendunt nullam retributionem pene in finali iudicio nisi hominum peruersis operibus compensandam. Et ideo qui opus non habent peruersum penam sensus nullam omnino post mortem habebunt nec alij aliqui propter non obseruantiam precepti de baptismo aut alterius diuini precepti sunt penam passuri afflictiuam qui aũt ignoꝛantiam inuincibilem aũt impotentiam illud seruandi habebant et hoc michi videtur saluatoꝛ intelligere vt cum dicit vt posui sti superius. Si non venissem et locutus eis non fuissem peccatum non haberent scilicet non haberent transgressionis damnabilis siue preuaricationis peccatum quo ad personam christi eoꝝ eum non receperunt nec adoꝛabant vt messiam siue saluatoꝛem promissum quia eos ignoꝛantia excusasset sed quia vt sequitur in iohãne ipse opera fecit que nemo alius fecit ideo excusationem ignoꝛantie non habebant de isto supra libꝛo secũdo in fine tractauimus.

nota de pena puuloꝝ decedentiũ cũ oꝛigiali.

Capitulum quadragesimum.

IOHANNES. Dissolue quod superius de necessitate sacramenti altaris obieci. RICARDVS Illud est dictum de sumptione siue manducatione spirituali p̃ fidem sicut in questione de illa materia in libꝛo proximo ostenderur. et tamen si de coꝛporali manducatione acciperetur intelligendum esset sub modificatione scilicet ob seruantia aliozum preceptoꝛum affirmatiuoꝝ sic nisi rationabilis vel legitima causa excusset Et ideo quatenus sunt precepta illa duo de eucharistia ⁊ de baptismo parem necessitatem habent vt tu superius concluseꝛat. Si illud dictum de coꝛporali sumptione dicatur intelligi sed patuit superius q̃ est alia necessitas baptismi scilicet ad aufferendum originale peccatum qualis necessitas non est in sacramẽto altaris. Et ideo nõ potes inferre q̃ simpliciter sit in illis equalis necessitas ad salutem.

Explicit liber Octauus.

Incipit tabula Libꝛi Noni.

Liber octauus

INcipiunt capitula noni libri que sunt 30. In quo hic tractantur questiones armenozū de sacramentis eucharistie confirmationis: vnctionis ⁊ de immundicia ceterozum ciborum.

Primum capitulū ostendit qualiter est certa forma verboꝝ in consecratione corporis xpi ⁊ sanguinis.

Secūdū capitulum obicit de verbis sacramentalibus ⁊ dissoluit ostendens que sit forma verborum in consecratione panis.

Certium capitulum oſtēdit que sit forma consecrationis vini.

Quartū capitulum dissoluit obiectus primi capituli.

Quintum capitulū obicit de verbis consecrationis panis ⁊ soluit.

Sextum capitulū ostendit q̄ sacerdos consecrare potest in calice ligneo ⁊ ferreo et soluit obiectus.

Septimum capitulum tractat nunquid liceat communicare quoscūq; indistincte sub vtroq; sacramento.

Octauum capitulum obicit contra precedens capitulum ⁊ dissoluit.

Nonum capitulum tractat nunquid in sacramēto sanguinis aqua necessario exigatur.

Decimum capitulum tractat nūquid liceat sacerdotibus preterq̄ in sabbatis in quadrageſima celebrare.

Undecimum capitulum tractat nunquid plures misse vno die super eodem altari possunt celebrari.

Duodecimum capitulum ostendit institutionem sacramenti confirmationis fuisse a christo.

Terciumdecimum capitulū obicit ⁊ soluit ostendens causam cur confirmationis sacramentum manus impositio appellatur.

Quartum decimum capitulum obicit de paruulis quibus christus legitur imposuisse manus ⁊ soluit ostendens q̄ fuerunt a peccato purgati.

Quintum decimum capitulum obicit q̄ apostoli illud sacramentum ante christi ascensionem acceperant ⁊ ostendit negatiuam.

Septumdecimum capitulū ostēdit effectum huius sacramenti.

Septimumdecimum capituluz obicit de apostolis q̄ hoc sacramētum in eis fuerat iteratum ⁊ soluit.

Octauum decimum capitulum obicit de priozitate baptismi respectu huius sacramenti quo ad paulum ⁊ cornelium ⁊ dissoluit.

Nonum decimum capitulū obicit de multiplici effectu huius sacramēti antiquitus non est in presenti ⁊ soluit reddendo causam.

Uicesimum capitulū querit cur paulus post acceptionem sacramenti cōfirmationis fuerat baptizatus ⁊ soluit.

Uicesimumprimum capitulum obicit q̄ in baptismo non datur spiritus sanctus et soluit ostendens contrarium.

Uicesimū secundum capitulum ostendit qualis est huius sacramenti confirmationis necessitas ⁊ soluit obiectus ostendens formā ipsius.

Uicesimum tertium capitulum ostendit q̄ christus sacramentum extreme vnctionis instituit.

Uicesimumquartum capituluz obicit de effectu sacramenti vnctionis extreme.

Uicesimum quintum capituluz ostendit multos saluari aliozum suffragijs ⁊ per hoc patefacit effectum principalem huius sacramenti.

Uicesimum sextum capitulum ostendit modum iustificationis peccatoris per illud sacramentum ⁊ alios effectus eius distinguit

Uicesimum septimū capitulum tractat nunquid sit aliquod peccatum irremissibile ⁊ ostendit vtramq; partem probabilem ex scriptura.

Uicesimum octauum capituluz ostendit sacramentum vnctionis quodāmodo necessarium ad salutem.

Uicesimumnonum capitulū tractat de iteratione huius sacramenti ⁊ etiam aliorum.

Tricesimum capituluz dissoluit questionem armenozū de immunditia aliozum ciborum.

Incipit liber nonus.

Arma.in que.arme. Fo. LXVI

vtrū sit aliq̄ certa forma sacri consecrationis

IOHANNES: Questionem istam armenozū pertracta iuxta scripturam sacram scz nūquid aliqua certa verboꝝ forma sit necessaria ad cōsecrationem corporis ⁊ sanguinis christi ⁊ que est illa. RICARDUS Non intelligo quid formā verborum certam appellant aut enim illud appellāt certe lingue verba certa ⁊ nō est dubium quod dicunt nemo enim xpianus dubitat quin ita vere cōsecratur in vna lingua sicut in alia quoniā sic fecerunt apostoli et sic tradiderunt facere Matheus enim scripsit euangeliū in hebraico. IOHANNES in greco Marcus in italico Et paulus epistolam ad roma. vbi de ista consecratione fit mentio etiam scripsit in greco ⁊ singuli in illis linguis in quib⁹ scripserunt nō dubium consecrare docuerunt vnde constat in singulis consecrationē posse fieri ymo videtur q̄ lingue omnes ob hoc erant date apostolis sicut legitur Actuum secundo vt modū consecrationis huius sacramēti sicut ⁊ alia salutis documēta singulis nationibus singularum linguarū crederent exercēda. Si vero appellant certam formā verborum certam sententiam cerozum verborum ⁊ vnico ozdine expressam per verba cuiuscunq; sint lingue hic enim sensus videtur ad istud positum pertinere ⁊ forte ipsis querentibus facere questionē ad hoc nō video q̄ certa forma talis exigatur in consecratiōe. Primo quia de cōsecratiōe sanguinis matheus ponit hec verba hic est enī sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatozum Marcus concozdat in verbis ⁊ ozdine sed nō ponit enim nec ponit in remissionē peccatozū Marci decimoquarto paulus ad coz. xi. autē ponit hec verba hic calix nouum testamentum est in meo sanguine hoc facite quotiēscunq; biberitis in meā cōmemorationem Lucas autē ponit hec verba hic calix nouum testamentū est qui pro vobis effundetur luce. 22. Cōstat aūt duos primos scz matheū ⁊ marcū a duobus alijs scz luca ⁊ paulo in ozdine verboꝝ quicquid sit de diuersitate sententie discrepare ymo lucas ⁊ paulus inter se discrepant in ozdine huius verbi est quod a luca prefertur ⁊ a paulo posponitur. Item matheus ⁊ marcus discrepant in hac dictione enim ⁊ sic nulli duo in toto cōcozdāt nec est dubiū cuiq̄ xpiano qui cōsecratio fieri potuit et potest per verba singuloꝝ quoniā si aliqui illoꝝ formā debitā nō tradiderunt illi qui ipsozum duntaxat scripturā habebant ab hoc sacramēto et eius forma fuerūt penitus alieni quodnephas est dicere ymo consequitur eos fuisse mentitos cū singuli dicāt dominū nostrū illam quā ponūt formā tradidisse quoniā quecūq; forma per eum tradita vera fuit ⁊ vere fuit sufficiens. Item cōsequitur q̄ ipsi essent ydolatre creaturam panis p xpo colentes ⁊ q̄ populū sibi traditum deceperunt et ydolatrare fecerūt aut saltē ignoraēter colere creaturam que omnia sunt detestanda auribus xpianis. Cōstat igitur q̄ omnes quatuoꝝ predicti veram formā cōsecrandi tradiderunt nō igitur est aliqua certa forma verboꝝ scz certus ozdo verborum certe ⁊ vnius sententie ad cōsecrationē sanguinis requisita. Si aūt appellant certam formā verborum indistincte verba cuiuscūq; lingue vnū certum sensum significantiū quicq; fuerit ozdo ipsozum verboꝝ sic michi videtur ad cōsecrationē sanguinis ⁊ corporis xpi exigi certa forma verborum scz certus sensus verboꝝ. Illud ostendit lucas euāgelista vbi supra quo ad cōsecrationē corporis qui sic dicit Et accepto pane gratias egit ⁊ fregit ⁊ dedit eis dicens. hoc est corpus meuz qđ pro vobis tradetur in meā cōmemorationē Non est aliꝰ dicere hoc facite i meā cōmemorationem q̄ dicere hanc formā consecrandi de ista materia exercere i meā cōmemorationē quod expressius ostendit apostolus paulus ibi supra de consecratione corporis ⁊ sanguinis sic. d. Ego enī accepi a dño quod ⁊ tradidi vobis quoniā dñs iesus in qua nocte tradebatur accepit panē ⁊ gratias agens fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ manducate hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur hoc facite in meā cōmemorationē similiter ⁊ calicē postq̄ cenauit dicens hic calix ⁊c. Ecce paulus expresse tradens eis formā siue sensum verboꝝ cōsecratiōis dicit se illam accepisse a domio ⁊ q̄ dñs precepit sic facere in suam cōmemorationem ⁊ hoc affirmat paulus de cōsecratione corporis ⁊ etiam sanguinis. Non est ergo dubium quin illa forma exigitur. Ex quo dominus ipse ipsam in consecratione siue in cōsecrando precepit exercere si quis enim alia forma vtitur scilz alio sensu implet hoc facite in meā cōmemorationē quod lucas dicit impugnat ⁊ transgreditur qđ paulus dicit hoc facite quotienscūq; biberitis in meā cōmemorationē de forma cōsecratiōis sanguinis xpi loquēs nec dubium cuiq̄ quin ita stricte est obseruanda forma cōsecrationis corporis sicut ⁊ sanguinis. Cōstat autē in consecratione vtriusq; exigi certā formā intelligo certum sensum.

Cap. 2.

as hic ad is de forma cōsecrationis panis.

IOHANNES firmū michi videtur iuxta scripturaz quod dicis sed ostende in cōsecratione corporis ⁊ sanguinis que sit hec forma siue hic sensus certus Affin in consecratione corporis matheus dicit hoc est enim corpus meū hoc verbum enim nō ponēs lucas dicit hoc est corpus meū quod p vobis tradetur hoc facite in meā cōmemorationē Cui in verbis paulus concozdat Cōstat aūt multum esse diuersa et vt videtur nō esse sensus vnius si igitur sensus sit ille quē lucas ⁊ paulus ponūt quē paulus se dicit accepisse a domino consequitur sicut tu superius concluſisti q̄ alij duo non solum errabant ⁊ alios errare fecerunt sed insuper q̄ ydolatrauerunt sicut ⁊ alios induxerunt ad ydolatriam aut saltem ad cultum indebitum sic dicendo Si ecōuerso verum sensum primi euangeliste posuerunt paulus et lucas videntur dixisse mendaciū q̄ dominus illum modū siue illam formā quā ipsi ponūt tradidit eadem etiam de ipsis incōuenientia consequi videntur que cōcluſi de alijs. Item cum matheꝰ et Marcus discrepant sequi videtur q̄ alter dixit mendacium cum affirmat iesum dominū dixisse in tradendo formā illud quod ipse ponit cum dominus illud non dixit ⁊ sequi videtur q̄ ipse errauit et alios errare docuerit sicut supra concluſi de alijs

de forma cõsecrationis sanguinis videtur primo sequi q omnes errabãt ⁊ docuerunt errare si non sit nisi vna certa forma qm̃ oẽs discrepãt inter se et diuersa ponunt multo amplius q̃ in forma cõsecrationis panis. Item ecclesia romana nullum quattuor istorum imitatur in verbis sed sic hoc est ei calix sanguinis mei noui testamẽti misterium fidei qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur i remissionẽ peccatorum vñ si recte cõclusisti supius probando q est aliqua certa forma dũtaxat vna de qua paulus dicit, dominũ dixisse hoc facite quotienscũq biberitis in meã cõmemorationẽ cõsequitur q ecclesia illam formã nõ tenet sed etiã trãsgreditur ⁊ sic cõtinue peccat ⁊ errat ⁊ mittit alios in errorem q̃ sunt nimis absurda. RICARDUS de cõsecratione panis in corpus xpi dubitari nõ potest quin forma scz sensus sit illa q̃ marcus dicit hoc est corpus meũ qm̃ oẽs quattuor sensum illũ ponũt nec obstat q matheus addit hoc verbũ enim quia illud sententiã siue sensum oino nõ variat sicut sensum nõ varias siue dixeris tu sedes ego sto siue dixeris tu autẽ sedes ego sto hoc aũt quattuor dicta eundem sensum importãt sic siue dixeris hoc est corpus meũ siue hoc autẽ est corpus meũ siue hoc est enim corpus meũ quo ad significatã rem vnũ sensum exprimis. Nõ aũt videtur lucas licet modus exprimendi aliqualiter sit diuersus. q aũt lucas ⁊ paulus addũt q pro vobis tradetur hoc facite in meã cõmemorationẽ. Ad cõsecrationis necessitatẽ nõ pertinet qm̃ si ptineret mat. ⁊ mar. erronee docuissent ⁊ nullatenus cõsecratoriũ sensum posuissent sicut tu vere supius obiecisti nõ aũt recte ecõtrario cõclusisti. s. si matheus ⁊ marcus rectã formã posuerunt q paulus ⁊ lucas dixerit mendaciũ affirmãdo q dñs illũ modũ vel formã q̃ ipsi ponũt tradidit nec alia inconuenientia sequitur de ipsis qm̃ dominus illũ modũ tradidit quẽ ipsi ponũt licet plura verba aliũ sensum habẽtia illi forme adiunxerunt q̃ de necessitate cõsecrationis nõ sunt talis enim adiunctio siue addicio sensum priorẽ dicti nõ tollit nec auget nec minuit ymo vt supra oñdi p illã additionẽ hoc facite ⁊c. precedentia verba esse ꝯsecratoria xpi oñdũt. IOHANNES videtur secũdũ hoc illud additũ hoc facite i meã cõmemorationẽ significare q illud totũ precedẽs pertineat ad formã cõsecrationis hoc est corpus meũ q pro vobis tradetur nõ q prima pars illius illam formã precise cõtineat. RICARDUS. bene dicis nisi aliunde appareret cõtrariũ modo vero quia matheus ⁊ marcus hec tacẽt eo q ad cõsecrationis necessitatẽ nõ ptinet quod alij qui eodem spiritu sunt locuti ad illã nõ necessariam relationẽ penitus nõ fecerunt hoc etiã ex alio capite potes aduertere eo q cõsequenter de cõsecratione calicis, paulus adiungit hoc calix nouũ testamentũ est in meo sanguine hoc facite quotiẽscũq biberitis in meã cõmemoratione obmittens illam mediã sententiã positã ab alijs qui pro multis effũdetur iuxta matheũ ⁊ marcũ iuxta lucã qui pro vobis effundetur ex ipsa obmissione illius sententie satis ostendẽs q ipsa ad cõsecrationis necessitatem nõ pertinet ex quo expresse satis instruitur tã q̃ a simili q hec sentẽtia media q pro vobis tradetur ad panis cõsecrationẽ nõ pertinet ⁊ sic docemur hanc clausulã hoc facite in meã cõmemorationẽ significare q per primã partẽ. s. hoc est corpus meũ tanq̃ per verba cõsecratoria consecrare debemus ita vt referri debeat ad particulã primã nõ ad totũ. IOHANNES perge vlterius. RICARDUS cũ referes de aliquo quã sententiam quã protulit q xps sic dicit repetens plene sensum quẽ dicit nõ tamen singula verba eadem sed forte similia nõ dicit mendaciũ quoniã nõ intẽdit dicere q xps dicit verba que repetis sed sensum illorum aliter enim si quẽquẽ ante audisses loquẽtem in greco ⁊ tu eius dictum repetẽs in latino diceres ipsum dixisse sic diceres mendaciũ ⁊ sic esset mendacium magna pars sacre scripture in latina lingua. s. q dñs dicit ad adam dixit dñs ad serpẽtem dicit dñs ad abrahã dicit abrahã ad dominũ dicit moyses ad dominũ dicit pharao ad moysen. Et sic de cõsimilibus in mirabilibus in scriptura quoniã constat eos hec in lingua latina nõ fuisse locutos nõ ergo ar. potest aliquis predictorum quattuor dixisse mendaciũ aut errorem docuisse cũ docuisse cũ dicit referendo q dñs iesus accipiẽs panem fregit ⁊ dixit hoc est corpus meũ q̃uis enim illud verbum enim nec aliquid supra equiualens dixerit dum tamen verum sit quod dixerit sensum horum verborum hoc est enim corpus meum.

Cap. 3.

De verbis enim consecrationis calicis amplior videtur perplexitas qm̃ in illis apõ istos quattuor qui spũaliter de isto sacramẽto tractant maior videtur diuersitas vnum tamẽ affirmare possumus cõfidẽter q forma hec est necessaria hoc est sanguis meus. s. sensus eorũ verborum sicut in consecratione panis hec sunt verba necessaria hoc est corpus meũ qm̃ omnes quattuor in isto sensu concordant q̃tum michi videtur vnum enim puto intelligere p hec quattuor hoc est sanguis meus hoc est enim sanguis meus hoc est calix in meo sanguine que verba isti quattuor posuerunt hoc autẽ verborum diuersitas forte fuit propter hoc quia a principio in diuersis linguis scripserunt vel quia de diuersis linguis eorum dicta in linguã latinã translata sunt ⁊ ideo sensus licet vnus non satis apte in eadẽ verba latina trãsferri potuit aut a spiritu sancto illud esse factũ vt sciretur q nõ eadem verba requiruntur sed vnus sensus siue equiualens aut propter aliud ministerium q me latet q forsitam aliquis me doctior propalabit sensum igitur horum verborũ exigi ad cõsecrationem non dubito sed nunquid aliquid amplius requiritur iuxta sacram scripturã dic quid tibi videtur. IOHANNES Ex quo in consecratione panis nõ exigitur nisi sensus iste hoc est corpus meum michi videtur q in consecratiõe calicis nichil amplius exigitur nisi iste sensus hoc ẽ sanguis meus videtur enim michi q tam potentia sunt vltima hec verba ad conuertendũ vinum q̃ potentia sunt priora verba ad conuersionẽ panis. Item cum vtraq conuersio pertineant ad nouum testamentũ equaliter vt videtur non exigitur mentio de nouo testamento in consecratione panis non videtur exigi in cõsecratione calicis. Item si probari possit q illa verba nouum testamẽtum aut eorum sensus exigitur non video quin probari possit q hec verba exiguntur qui pro multis effundetur cũ matheus ⁊ marcus ista verba addiciã t sicut illa. RICARDUS nimis leuiter iudicasti quoniã nõ ita sequi debes in ista materia aut sibi simili phisica argumẽta sicut sententiã in scriptura sacra expressam. vñ cũ omnes hii quatuor de nouo testamẽto faciant mentionẽ sicut ego superius posui ⁊ paulus ponat sic. hic calix nouũ testamentum est in meo sanguine quorum vterq mediat hec verba nouũ testamẽtum licet hec verba marcus ⁊ mat. postponãt hic ẽ. n. sanguis meus noui testamẽti nõ videtur verba luce ⁊ pauli sensum habere cõpletũ sine illis verbis medijs ⁊ sic ista verba videntur necessaria ad cõsecrationẽ. Item cũ forma sit concorditer ab hiis quatuor nobis tradita sensum verborum intelligo transgressores sumus nisi ista forma vtamur ⁊ temerarij si aliam formã exprimamus q̃ istam nõ habeat.

Nota q̃ sit forma q̃ vti debeamus i ꝯsecratiõe.

Item paulus positis verbis hic calix nouũ testamentũ ẽ in meo sanguine immediate adiũgit hoc facite quotiẽscũq biberitis in meã cõmemorationẽ quorum vterq pmisit. Ego. n. accepi a dño qd ⁊ tradidi vobis istos modos cõsecrationis panis ⁊ calicis cõsequẽter describẽs vñ cõseqt medios eẽ necessarios nisi ex alio loco scripture oñdi aliud posset ibi poni aplus q̃ oportet sicut supra actũ ẽ de cõsecratione pãis vbi probatũ fuit q hec verba pauli qd pro vobis tradetur necessaria nõ esse ad cõsecrationẽ eo qd mat. ⁊ mar. nec verba ista ponũt nec sensum istorum nec recte moueris de verborum potẽtia q̃ potẽtia ad effectum cõsecrationis nullo mõ immediate attingit. qm̃ talis cõuersio vnius rei in aliã subito nõ fit nec fieri põt nisi a potẽtia infinita. vñ sic ẽ in hoc sacramẽto sicut in baptismo aut cõfirmatione. s. impositiõe manuũ ⁊ in penitẽtia qd si minister dei vtitur verbis certe sũie ⁊ deus tñ sicut ipse instituit spũalẽ effectũ p seipm̃ imediate interius operatur vñ hec verba. hoc ẽ corpus meum nõ hñt cõuersiuã potẽtiã imediatã ministerialem siue istrumentalẽ de q̃ potẽtia q̃ nõ ẽ ex natura verborum sz ex institutiõe diuina nõ bene cõcludis vt. s. similis sit in huiusmõi verbis ptinẽtibus ad calicẽ de potẽtia nãli verborum recte forte cõcluderes q̃ii pñsenti locũ nõ hñt pariter erras in hoc qd dicis non magis exigi mẽtionẽ de nouo testamẽto in cõsecratione calicis q̃ pãis ⁊ si vtraq cõsecratio eq̃ ad nouũ testamẽtũ ptinet qm̃ tñ hoc totũ est in voluntate instituẽtis q̃ irrationabilis eẽ ñ põt q̃uis forsan eius nõ pcipias rõnẽ ideo crede huius additionis ad cõsecrationẽ calicis in sanguine ⁊ ñ ad cõsecrationẽ panis eẽ aliquã rõem mihi aũt i pñti occurrit zachariã nouo cap. sui lib. dixisse ad exẽplũ tu quoq in sanguine testamẽti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo nõ est aqua. vbi loquẽs de sacramẽto sanguinis fecit mẽtionẽ de testamẽto suo. scz xpi qd nos nouũ vocamus nusq̃. n. q̃tũ mihi occurrit vbi de sacramẽto corpis xpi fit mẽtio i veteri scriptura q̃cq̃ de isto sacramẽto exprimitur nõ. mirũ igitur si in cõsecratiõe sanguis ad oñdẽdũ illã antiqtus pphetatã expressionẽ facere voluit noui testamẽti nos p hoc ad zachariã prophetã remittẽs lz hoc ñ fuerit in cõsecratione panis in corpus xpi Itẽ quo ad id qd hic vltimo obiecisti debes attẽdere qd paulus dicẽs se tradere corinthiis formã quã accepit a dño Cui nõ dubium ẽ credendũ nec ista verba põit q̃ pro multis effundetur. nec sensũ ipsorum ⁊ iõ tenemus cõsecrationẽ illã non exigi iuxta rõnẽ in secũdo cap. supra positã q̃uis alij exprimant ipsa verba sicut nec illa verba exiguntur in remissionem peccatorum q̃uis matheus ipsa expressit.

Nota quam potẽtiã habeãt verba sacramẽtalia

Quare ponitur nouũ testamentũ in vna forma cõsecrationis sanguinis ⁊ nõ panis.

Capm. 4.

IOHANNES prosuisti mihi in isto alia q̃ de cõsecratione calicis supra obieci dissolue Ricardus tene p cõstanti q nullus horum quatuor in tradẽdo formã cõsecrationis errauit qm̃ oẽs vnũ sensũ habuerũt idẽ enim in sensu ẽ dicere hic ẽ. n. sanguis meus noui testamẽti qd dicit mat. ⁊ hic est calix nouũ testamẽtum in meo sanguine qd paulus posuit ⁊ hec quatuor idẽ significãt cãm varietatis verborum apud hos quatuor supra dixi cetera q̃ aliqui horum ponũt aut vnus ad cõsecrationis necessitatẽ non pertinẽt saltẽ eorũ necessitas ex sacra scriptura q̃tũ mihi videtur probari nõ potest qm̃ non dubiũ quin singuli sufficientẽ sententiã posuerunt alioquin in ydolatriam ad culturã ineptam induxissent omnes qui eorum tantã scripturã habebãt quod nephas est aut affirmare aut credere. vnde cõsequitur nihil aplus exigi quoniam ille posuit q̃ inter hos quatuor minus expressit ⁊ ideo nihil exigitur nisi ille sensus in quo omnes quatuor cõcordant. s. hic est sanguis meus noui testamenti. quis enim auderet dicere qd paulus hanc solã sententiã ponens diminute posuit qui expsse dicit se illud a dño accepisse. vnde cõstat q nullus eorum errauit aut alios errare docuit quoniã si quis amplius posuerit q̃ necessitas cõsecrationis exigit nõ propter hoc errat aut errare docet nisi doceat id amplius de necessitate debere exigi qd nullus istorum fecit id vero qd obicis de cõsuetudine rõne ecclesie. s. q addit sic. Et eterni misteriũ fidei q̃ nusq̃ i sacra scriptura ponuntur. Item qui pro nobis quod accepit a luca. Item ⁊ qd pro multis effũdetur. qd accepit a marco ⁊ matheo. Item hec quotienscũq feceritis in meã cõmemorationem facietis quod accepit a paulo non obuiat nostre sententie supradicte. qm̃ cõstat illas additiones esse deuotas ⁊ non tollere sensum illorum verborum cõsecrationis quam posui quẽ etiam sensum expressi sicut ponit ecclesia cõplectens in vno sensu id qd hij quatuor sub verbis diuersis dixerũt sic hic ẽ enim calix sanguinis mei noui testamẽti eterni nihilominus de sensu quẽ aliquis istorum posuit ponit hoc verbũ enim cum matheo cõcordans noiat calicẽ cũ luca ⁊ paulo cõcordans qm̃ alij duo noiant sãguinis facere mẽtionẽ cõformans se oibus puto aũt hoc iõ factũ fuisse vt etiã sẽsũ singulorum approbaret ⁊ eos vnius magistri xpi vnã doctrinã tradidisse oñderet non diuersam addidit aũt ⁊ eternũ propter expositionem seu expressiõ eẽ maiorẽ nõ propter necessitatẽ cuius sẽsus in cõstructiõe apud itellectũ debet eẽ post sensum huius verbi testamẽti ⁊. n. iste sensus testamẽti noui et eterni substãtiuũ. n. verbũ apud itellectũ pcedet dz suũ adiectiuũ i sẽsu ⁊ sẽsus huius verbi eterni copulatiue exprimitur cũ sensu huius verbi noui additionem et declaratiuam alterius sententie priori annectens ⁊ ideo non potest argui q eius expressio consecrationi sit necessaria ex quo eius expositio per modum copulationis ad priorem sententiam q̃ ista quattuor exprimunt efficit vnam nouã sententiam sub copulatione cum prima. Cur vero ec

Soluũtur rõnes de ꝯsecratione sanguinis ⁊ ŏ cõcordia illius inter euãgelistas ⁊ paulum.

eclesia addit ꝛ eterni misterium fidei que sacra scriptura non posuit vt diceb̃as errando Si quer̃as tibi respondeo vt clarius fidem nostram exprimeret nouum enim testamentum cõfert ꝛ exp̃esse p̃mittit eterna et ob hoc victus est christus sacerdos in eternum sicut probat apostolus ad hebre. 18.ꝛ.9.vltimo capitulis appellat christum pastorem magnum ouium in sanguine testamẽti ꝛ eterni non sic vetus testamentum in promissionibus legis antique que de temporalibus tantũ erant ideo ꝛ eterni exp̃essit misterium fidei ideo adiecit vt explanaret non per sensum corporalem quẽ quem debere intelligi se posse percipere scꝫm sed solum per fidem. Cap̃.5t

IOHANNES adhuc queso tolle alia que me mouẽt. Ecce enim matheus ꝛ mar. dicunt ꝙ iesus accepit panem et benedixit ac fregit dedit̃q discipulis suis ꝛ ait. Accipite et comedite hoc est corpus meum vnde videtur ꝙ benedictio panis ab eo precessit fractionem panis sed nos tenemus ꝙ benedictio eius panis materiam mutat in corpus suum vnde videtur panis conuersus a christo in corpus eius anteq̃ protulit illa verba hoc est corpus meum.

Rñsio ad p̃cedẽtia.

RIHARDVS Vbi mathe⁹ ꝛ marcus dicũt benedixit lucas ꝛ paulus dicũt gratias egit siue gratias agens fregit. vnde idem accepimus per illud verbum benedictionis qõ per verbum gratie actionis ꝛ sic illa benedictio p̃uia fractioni que non erat benedictio panis sed benedictio potius dei patris siue deo patri non fuit benedictio conuersiua panis in corpus sed benedictio significata per verba illa hoc est corpus meum panem cõuertit in eius corpus similiter de calice nullus horuz quattuor dicis quicq̃ de benedictione sed de sola gratiarum actione vnde aperte colligimus sicut non p̃cessit benedictio cõuersiua calicis anteq̃ dixit christus hic est calix noui ꝛc. sic nec p̃cessit benedictio cõuersiua panis anteq̃ dixit hoc est corpus meum p̃o quo facit ꝙ cum paulus et lucas non faciunt mentionem de illa benedictiõe p̃uia illi qui eorum scripturam dũtaxat haberẽt modum consecrationis non haberent iuxta illud qõ paulus dicit. Ego enim accepi a domino qõd et tradidi vobis manifeste affirmans ꝙ eis tradidit formã consecrationis quã accepit a domino vmo nulla ecclesia haberet consecrationis formam cũ nulla benedictionis forma in euangelio sit exp̃essa iuxta istam sententiam. IOHANNES. istõ non bene intelligo ꝙ christus de illo quod dedit discipulis mandu care affirmauit qõ erat corpus suum ergo videtur ꝙ anteq̃ dixit hoc est corpus meum illud dedit qõ fuit corpus suum alioquin nõ vere dixisset de illo hoc est corpus meum quoniã si purum panem demonstrauit falsum erat hoc est corpus meum si corpus scz post panis conuersionem demonstrauit ꝙ fuisse videtur necessariũ ad veritatem sui dicti consequitur ꝙ anteq̃ illa verba dixit panis conuersus fuit ꝛ sic vt prius concluſi illa verba hoc est corpus meum non esse cõsecratoria omnino videntur. RIHARDVS. siue christus ante p̃olationem horum verborum hoc est corpus meum sola voluntate omnipotente conuertit sicut tu probabiliter fuasisti siue illis verbis p̃olatis panem conuertit nõ refert ad nostrum propositum quin illa verba sint consecratoria apud nos ꝛ consecrationis formam cõtineat iuxta ostensa superius si tamen conuersio a christo fiebat verbis istis plene p̃latis tũc dicere debes ꝙ corpus suũ demonstrauit ante conuersionẽ panis in ipsum qõtamẽ adhuc nõ fuerat in manus eius sed eẽ debuit ꝙbis illis p̃latis quo corpore demõstrato ex̃fuit hoc ẽ corp⁹ meũ. vtrũq̃ enim horũ vt mihi videt sine periculo põt dici primũ. n. p̃babile videt quoniã series littere omnium quatuor. s. pauli ꝛ quatuor euangelistaꝝ p̃tedit ꝙ xp̃s de illo qõdedit ꝛ fregit affirmasse videt discipulis ꝙ erat corp⁹ suum ꝛ de calice marc⁹ sic dicit et accepto calice gr̃as agẽs dedit eis ꝛ biberunt ex illo oẽs ꝛ ait illis hic ẽ sanguis meus noui testamẽti. ꝛc. vñ videri potest ꝙ verba q̃ nos dicimus/ cõsecratoria nõ p̃tulit añq̃ ipsi oẽs de calice biberẽt nisi mat. diceret Et accipiens calicẽ gr̃as agẽs dedit illis dicẽs bibite ex hoc omnes hic ẽ sanguis meus noui testamẽti ꝛc. vbi cõstat ꝙ dando illis p̃tulit verba illa. ꝙ que nos consecramus ꝛ sic dictũ marci intelligi debet. ꝛ ait illis .s. cum dedit eis calicem non postq̃ biberunt verũtamẽ videt ex ꝓbis marci ꝙ de illo qõdedit eis affirmauit ꝙ fuit sanguis suus ꝛ sic videtur ꝙ añ illa verba hic ẽ sanguis meus ꝛc. vinũ fuerat cõsecratũ ꝛ cõuersum in sanguinẽ nec p̃opter hoc debes putare ꝙ nos cõsecrãdo p̃uenim⁹ illa ꝓba hoc ẽ corpus meũ ꝛ illa verba hic ẽ sanguis mei ꝛc. Cõsecratoria eẽ voluit sicut ꝓ paulũ nobis exposuit dicentẽ similiter ꝛ calicẽ postq̃ cenauit dicens hic calix nonũ testamẽtũ est in meo sanguine hoc facite quotiẽscũq̃ biberitis in meã cõmemorationẽ ꝛ hoc facite inq̃.i. de ista materia ꝛ ꝙ hunc modũ siue in hac forma circa istud sacramẽtũ mirabile corporis xp̃i ꝛ sanguinis sunt innumerabiles questiones difficiles ꝛ ob hoc nõ expedit in ista materia diutius imorari ne alie questiones remaneant indiscusse. Cõm. 6.

Mota ista diligenter de bñdictiõne cõuersiua

IOHANNES dic nũ quid posset celebrare sacerdos in calice ligneo aut ereo cũ ossis noster illos sacramẽtum instituens simul argenteo ꝛ aureo vsus non fuerit nec videtur posse fieri sacramentuz nisi instituentis exẽplo ergo cum non instituit nisi in vno genere metalli atq̃ in ligno vel vitro non videtur ꝙ a nobis poterit sacramentum in alio calice exerceri. Ricard⁹. Si de exrinsecis a sacramẽto cuiusmodi est vas cõtinẽs sacramẽtũ recte argueres dsim necessario imitãdum potes concludere nõ nisi post cenã sacramẽtũ eẽ sumẽdũ nec posse exercerí nisi in vespere cũ dominus illud instituit illa hora nec nisi p̃sentibus duodecim qui in eius cena p̃sentes fuerunt nec nisi aliquo ꝓditore p̃sente sicut in cena dñi erat etiaz iudas ꝛ multa similia quoꝝ nullũ consequitur vnde constat ꝙ de talibꝰ que sunt extrinseca a sacramento cuius modi est vas continens sacramentum vigore operis domini tanq̃ exemplaris non potes aliq̃ necessitatẽ concludere sicut potes concludere ꝙ de intrinsecis sacramento ꝛ de causis ipsius scilicet de eius materia ꝛ de intentione ministri ac verbis quibus perficitur igitur necessitatem imitationis instituẽ

An sacerdos possit celebrare i calice ligneo aut ereo

tis sacramentũ non debes attendere nisi in materia ꝛ causis sacramenti aut in hijs que domini nostri apostoli aut successores eorum tradebant nõ in calice qui est extrinsecus ꝛ actualiter sacramentum continens siue nec mappam superquã panis consecrãdus iacuit aut clibanum in quo erat coctus debes attendere in sacramento panis nec a liquid simile in aliquo sacramento intelligo propter necessitatem ideo sicut panis vbicunq̃ coctꝰ fuerit consecrari poterit sic vinum in quocũq̃ vase fuerit poterit consecrari honestius tamen propter reuerentiam ꝛ munditiam sacramenti in calice puri metalli qs non maculat cui insuper nichil notabile ipsius sacramenti adheret consecratio excercetur vnde ecclesia romana multa circa euangelica sacramenta statuit propter honestatẽ et reuerentiam sacramenti que non propter necessitatem aliq̃ exiguntur.

Cap̃.7.

an liceat sp̃ cõicare sub vtraq̃ spẽ

IOHANNES dicnũc nunquid licet communicare indistincte quoscunq̃ sub vtroq̃ sacramento corporis ꝛ sanguinis.

RIHARDVS. Juxta sacram scripturam videtur ꝙ licet communicare quoscũq̃ conuertendos sub vtroq̃ sacramento paulus enim apostolus scribens toti ecclesie que erat corinthi omnibus eis tã viris q̃ mulieribus de hoc sacramento dicit sic. Si quis videtur contentiosꝰ esse nos talem consuetudinem non habemus nec ecclia dei hoc autem precise non laudans ꝙ non in melius sed in deterius conuentis primum quidam conuenientibus vobis in ecclesia audio scissuras esse inter vos ꝛ ex parte credo nam oportz hereses esse vt qui probati sunt manifesti fiant in vobis conuenientibus ergo vobis in vnum iam non est dominicam cenam manducare vnusquisq̃ autẽ cenam suam p̃sumit ad manducandum et alius quidem esurit alius ebrius est nunqd domos non habetis ad manducandum ꝛ bibendum aut ecclesiam dei contempnitis ꝛ cõfunditis eos qui non habent quid dicam laudo vos in hoc nõ laudo. Ego enim accepi a domio ꝙ ꝛ tradidi vobis ꝛc. vt supra posui ꝛ cõsequẽter adiungit quotiescunq̃ manducabitis panem hunc ꝛ calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat itaq̃ quicunq̃ manducauerit panem hunc ꝛ biberit calicem domini indigne reus erit corporz et sanguinis domini probet autem seipsum homo et sic de pane illo edat ꝛ de calice bibat qui enim manducat ꝛ bibit indigne iudicium sibi manducat ꝛ bibit non diiudicans corpus dñi. Cõstat ãt ꝙ loquitur cunctis fidelibus corinthi ꝛ toti illi ecclesie sic enim incipit illam epistolam paulus ꝛc. ecclesie dei que est corinthi ꝛ eis suadet nõ dubũ omnibus ratione vtentibus capitulo decimo propter quod charissimi fugite ab ydolorum cultura cuius suasionis rationem consequenter subiũgit sic que immolant gentes demonijs immolant et non deo nolo autem nos fieri socios demoniorum non potestis mense domini participes esse ꝛ demoniorum sicut igitur hortatur omnes ydoloꝝ culturam fugere sic omnes inuit debere calicem domini bibere ꝛ esse participes eius q̃ verba superioza satis ostendũt cum indistincte loquatur omnibus conuenientibus vobis in vnum in ecclesia addens ꝙ vnusquisq̃ suam cenã p̃sumit ad mãducandum. Consequenter eos instruens sic quotiescunq̃ manducabitis panem hunc ꝛ calicem biberitis mortem domini annunciabitis donec veniat omnes scilicet qui poterunt se probare sicut subiungit probet autem seipsum homo tam de pane q̃ de calice participare voluit cũ omnibus tradat doctrinam totam p̃missam. Item hoc satis ostendit ex hoc ꝙ reprehendit eos indistincte vnusquisq̃ cenam suam. s. tam sacramentum corporis q̃ sanguinis p̃sumpsit singulariter manducare traq̃ aliqui alijs esurientibus ebrij ex hoc erant ecclesia tamen romana in vsu habet solum vinum calicis conferre post communionem corporis xp̃i ne forte per negligentiam que leuiter posse contigere in ministrando in multitudine propter sacramentum sanguinis xp̃i fidelibus quibuscunq̃ aliquid effundẽr de ipso sacramento quale periculum non est in ministratione corporis xp̃i fidelibꝰ indistincte ꝛ ideo populo sacramẽtum sanguinis nõ ministrat ꝙ hoc fieri posset licite iuxta scripturam canonicam.

Cap̃.8.

IOHANNES Dominus noster iohan. 6. dicit exp̃esse nisi manducaueritis carnem filij hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis qui manducat carnem meam ꝛ bibit sanguinez meum habet vitam eternam vbi dicit bibere sanguinem filij hominis scz sui ipsius esse necessarium ad vitam eternam habendam quomodo igitur dicis ecclesiam non dare sacramentum sanguinis populo xp̃iano Consequitur enim ex hoc ꝙ omnes illi nõ habẽt vitam spiritualem nec habituri sunt vitam eternã et ꝙ illi omnes qui hoc suadent aut mandant dãnatione sunt digni cum aliorum salutẽ prohibeãt

ad ꝙ necessit ad salutẽ cõicare sub spẽ vini.

RIHARDVS Non puto illud dictum nostri saluatoris debere aut posse de sacramentali sanguinis sui sumptione intelligi quoniã non dubium quin fideles baptizati ꝛ confirmati accipiunt spiritum sanctum sicut exp̃esse dicit actuum 8. de illis qui baptizati erant in samaria. Item in nomine domini iesu ꝙ tunc apostoli imponebant manus super illos ꝛ accipiebant spiritum sanctum ꝛ in precedente libro est satis diffuse ostensum Qui autem hñt spiritum sanctum non dubium habent vitam vnde hoc iohan 6. Saluatoꝛ dicit spiritus est qui viuificat caro nõ prodest quicq̃ ex quo dicto ꝛ alijs que ibi adiungit constat ꝙ loquitur de manducatione ꝛ bibitione spirituali scz per fidem que consistunt in hoc ꝙ vnusquisq̃ adultus debꝫ credere deum habere carnem et sanguinem. Sic enim deuote credendo manducat spiritualiter eius carnem ꝛ eius sanguinem bibit quia ex illa fide deuotione anima eius substẽtatur reficitur ꝛ etiã roborat̃ur vnde sic anime ꝑdest sicut cibus ꝛ potus p̃o sunt corpori substentando videamus capitulũ vt sensus istũ probemus sequitur enim post verba supraposita. Caro enim mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meã carnẽ ꝛ bibit meũ sanguinem in me manet et

ego in illo sicut misit me pater viuens ⁊ ego viuo ꝓpter patrem qui manducat me et ipse viuit ꝓpter me hic est panis qui de celo descēdit Non sicut manducauerunt patres vestri māna in deserto ⁊ mortui sunt qui manducat hunc panem viuet in eternum hec dixit in synagoga docens in capharnaum Multi ergo audiētes ex discipulis eius dixerunt dur⁹ est hic sermo ⁊ quis potest eū audire sciens autem iesus apud semetipsum qui murmurabant de hoc discipuli eius dicit eis hoc vos scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat ꝓius. Spiritus est qm̄ viuificat caro non ꝓdest quicq̄ verba que locutus sum vobis spiritus ⁊ vita sunt sed sunt quidā ex vobis qui non credūt. Sciebat enim iesus ab initio qui essent credentes in eum ⁊ spiritus viuificat ⁊ caro non ꝓdest consequitur q̄ sine sumptione carnis habet homo vitam spiritualem de qua loquitur. Item si verba que locutus est dant spiritum ⁊ eius vitam de qua loquitur ꝙ ipse manifeste fecit vel dicit sine sumptione corporis eius ac sanguinis habetur vita spiritualis de qua loq̄tur ecōtrario nobis ostenderet qualiter verba eis dant spiritum ⁊ vitam immediate adiungit ꝙ sunt quidam ex vobis qui non credunt ac si aperte diceret non omnibus vobis verba que locutus sum dant spiritum ⁊ vitam quia sunt quidam ex vobis qui non credunt. In hijs autē qui credunt verba que locutus sum sunt spiritus ⁊ vita scz faciūt in eis per fidem spiritum sanctum esse ⁊ vitam spiritualem sicut amplius ad romanos decimo. dicit fides ex auditu auditus autē per verbum dei vnde assit incipiens predicare turbe de huius pane predixit ibi qui venit ad me non esuriet ⁊ qui credit in me non sitiet vnq̄ sed dixi vobis quia vidistis me ⁊ non credidistis idem est ergo manducare eius carnem ⁊ bibere eius sanguinem q̄ venire ad eum ⁊ credere in eum non ergo loquitur de manducatione ⁊ bibitione sacramenti cum dicit nisi manducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis sed de fide corporis ⁊ sanguinis filij dei ideo enim eorum murmur reprehendēdo dicit sicut supra posui hoc vos scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat ꝓius spiritus est qui viuificat caro non ꝓdest quicq̄ ac si diceret expresse murmuratis ⁊ sic patimini scandalum aut michi infertis quia non intelligitis caro nō ꝓdest q̄cq̄ si videritis filū hois scz me ascēdētē in celū vbi ꝓius erat. s. cū pre eternaliter tūc faciter credetis q̄ ego sum q̄ hēo carnē ⁊ sanguinem filius sum dei ⁊ deus ⁊ sic spiritus viuificat. s. per hanc fidem caro aūt ⁊ si sumatur non ꝓdest quicq̄ scilicet nisi per fidem si quis vero dictū salutaris omnino velit accipere de manducatione et bibitione sacramentali tunc intelligendum est cum modificatione scilicet q̄ vtrūq̄ sumere certo tempore aut velle sumere ⁊ esse paratum ad hoc q̄tum in eius potestate est necessarium ē ad vitā spiritualem habendum. Quia nisi quis adultus christianus esset paratus ad hoc q̄tum in ipso est contempneret fidei sacramentum ⁊ vita careret ⁊ sic constat tibi iuxta hunc sensum q̄ hec auctoritas christi pro parte est affirmatiua questionis ꝓposite verūtamen non est negandum sed firmiter

ꝓba xp̄i intelligūt de māducatione spūali p̄cise.

nota q̄d sit venire ad christum.

astruendum q̄ sumptio sacramentalis corporis et sanguinis saluatoris multum ꝓdest fidelibus ad vitam spiritualem augendam sed hoc non facit nisi per fidem sicut superiora ostendunt vnde constat q̄ non licet communicare quoscunq̄ cuiuscunq̄ etatis cum non liceat tantum sacramentum cuiq̄ superflue aut occiose cōferre superflue aut ⁊ occiose confertur cuiq̄ non habenti sufficiētiam rationis aut saltem actum expressum fidei ꝓquem potest ex fide illud recipere quoniam in tali nullum fructum operatur vnde paulus expresse hoc innuit cum dicit. 1. ad cor. vndecimo sicut superius posui ꝓbet autem seipsum homo ⁊ sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat vbi vult q̄ vnusquisq̄ qui debet sacramentum illud sumere se ipsum ꝓmo ꝓbet q̄ nullus potest nisi adultus sci licet nisi discretionem competētem habuit cognoscendi ⁊ credendi ea que fidei sunt xp̄iane.

Capitulum nonum.

an aqua necessario q̄ sacro sanguinis.

IOHANNES. dic nunquid aqua in sacramento sanguinis necessario exigatur. RILARDUS scriptura sacra de hoc nulla michi occurrit tutius aut puto aquam apponere quia nō dominꝰ noster aquā q̄ apposuit ignoramus nec hoc scriptura nobis expli sit. Alexander tamen pontifex romanus quintus post petrum apostolum tempore imperatoris adriani statuit aquam misceri debere cum vino vnde presumitur q̄ hoc ex traditione apostolorum aut suorum successorum siue discipulorum accepit ipse enim pontificatum assumpsit sicut videtur ex cronicis infra. 34. annos post obitum sancti iohannis euuangeliste ideo presumitur q̄ illud accepit ab eo aut ab aliquo discipulorum aut a scriptura aliqua apostolica ⁊ ideo probabilius est dicenda affirmatiua pars q̄ negatiua scilicet q̄ aqua de necessitate sacramēti exigitur si enim christus aquam apposuit sicut est verisimile ex ratione premissa infra q̄ apostoli sic eius exemplo fecerunt ⁊ successores eorum ipsos sequendo et ex hoc insuper est verisimile q̄ vina illius regionis circa iherusalem que est in quarto climate mundi ratione propinquitatis ad solem sunt multum fortiora indigentia aque mixtione ne bibentes inebrientur vnde videtur q̄ christus qui sobrietatem suis discipulis predicabat talia vina pura nec bibit nec suis bibēdū precepit consequitur aquam esse necessario exigendam quoniam in verbo illo christi hoc facite quotienscunq̄ biberitis in mei commemorationē non solū formam consecrationis debemus accipere sed etiam cum forma expressionem materie requisite nō enim dicit hoc dicite quotienscunq̄ ⁊c. Ita non solum modum cōsecrandi tradere vł sed hoc facite expresse formā et materiā volens includere. Cur enī potiꝰ formā q̄ materiā intelligā ex verbis illis non video ⁊ iō in eius verbo vtrūq̄ accipio. Itē alioquin nulla

esset ad sacramentum istud materia requisita de quocūq̄ genere potus scz aq̄ melle nectare cerusia ⁊ cicera posset fieri consecratio qō ē oio absurdum scz vt istud sacramentum nō haberet certaz formā sicut cetera sacramenta scz baptismus et vnctio ⁊ etiam corporis sacramētū qō de solo pane exercerī potest ⁊ non de quocūq̄ cibo scz carne pisce ⁊ herbis. Item in vsu sacramentoꝝ quo ad formā ⁊ quo ad materiam ⁊ alias circunstantias ꝓter hoc qō in fine septimi libri ostēdi de ꝓncipatu romane ecclesie supra totam ecclesiam rationabile michi videtur sequi traditionem romanorum pontificum ⁊ romane ecclesie ēt si ipsa nō esset caput totius ecclesie xp̄iane quia constat petrum super quo xp̄s promisit se ecclesiam edificaturum ⁊ paulum eius collegam apostolorum ꝓcipue in roma vsum sacramentoꝝ quē a suo dño et magistro acceperant plenius aut saltem diutiꝰ q̄ alibi suis discipulis ⁊ alijs fidelibus tradidisse quoniā petrus ibi. 25. annis pontificatum exercuit ⁊ paulus annis multis docuit ⁊ ibi consequēter ⁊ simul vterq̄ vitam martirio cōsummauit romani vero pontifices. Alexand. Cypꝛianus ⁊ Iulius etiam generalibus conuocatis consilijs statuerunt aquam commiscendam esse cum vino iudicantes de aqua solāde vino solo consecrationem omnino fieri non posse sicut in decretis romane ecclesie continetur vnde consequitur q̄ hoc rationabiliter est tenendum q̄uis ex scriptura sacra illud q̄tum michi videtur certe ꝓbari nō potest hoc enim quia iohannes euangelista dicit q̄ vnus militum latus xp̄i aperuit ⁊ continuo exiuit sanguis ⁊ aqua simul debeant in sanguinis sacramento misceri quoniā hec potius facta videntur ꝓpter ostensionem vere humanitatis et corporeitatis in ipso q̄ ob aliam causam sicut iohānes qui hoc refert dicit in canonica sua capitulo quinto tres sunt qui testimonium perhibēt in terra spiritus aqua ⁊ sanguis ⁊ hij tres vnum sunt scz vnū hominem verum ⁊ corporeum. Constituunt ergo ad testimonium perhibendum q̄ christus homo fuit ⁊ de latere eiꝰ sanguis exiuit ⁊ aqua sicut ad hoc se dicit deo patri spirituꝫ tradidisse scz animā rationalem q̄ habuit vides ergo quanta necessitate aqua exigitur si xp̄s eam adhibuit. Si vero christus illud non fecit in cena adhuc nos sine periculo modicum de aqua apponimus ad significandum et ad memoriam reuocandum q̄ in sanguine eius populus xp̄ianus qui per aquam in sacris libris aliquotiens designat ipsi christo vnit et ipsius effusione redemptus est ⁊ quia nobis verisimile est q̄ ipse sic egit. IOHANNES. Cū certa materia exigitur vt hoc dicis si nos apponimus aquam quam christus non apposuit vtimur aliena materia ⁊ sic conuincimur non solum transgressores sed etiam q̄ nec penitus consecramus. RILARDUS. Bene concluderes si tātum de aqua apponeremus q̄ speciem siue naturam vini mutaret sed ita modicum de aqua debet apponi q̄ vini naturam non mutaret sic ei fine transgressione consecramus quia nec variamus speciem materie a domino institute et si ipse aquam non apposuit.

Capitulum decimum.

IOHANNES. dic nunquid liceat sacerdotib⁹ ꝓterq̄ sabbatis missas celebrare in quadragesima. RILARDUS Si sensum super hoc scripture sacre requiramus nusq̄ ē tum estimo apparet hoc potius licere q̄ alijs diebus ebdomade ymo per singulos dies ⁊ per singulas horas diei consecrare scriptura non vetat sed potius indistincte concedit licentiam. Ecce enim actuum secundo scribitur de tribus milibus credentium qui apostolis adherebant. Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorum ⁊ communicatione ⁊ fractione panis qō videtur dictum de sumptione panis vnde videtur ab illo dicto vsus esse in ecclesia. vt receptio eucharistie communicatio siue communio appelletur. Ex quo ergo dicit q̄ erant in hoc perseuerātes consequitur q̄ hoc condie faciebant ymo verbum perseuerantie videtur impellere vt communicationem sacramenti intelligamus non panis communis quoniam perseuerēcia virtus est nec diceretur de illis propter communicationem fractionis panis communis q̄ nō dubium ipsi excercuissent ⁊ si deuotionē nullatenus habuissent vnde consequenter de apostolis sequitur quotidie quoq̄ perdurantes vnanimiter in templo ⁊ frangentes circa domos panes sumebāt cibum cum exultatione vbi videtur loqui de fractione panis eucharistie quoniam alias ad hoc non videtur q̄ apostoli domos circunquaq̄ adiuissent cum singuli in suis domibus sciuerant frangere panē cōmunem dicit autem eos quotidie sic fecisse vnde videtur non solum habere hoc quotidie sed videt sic faciendum apostolorum exemplo nisi hominē legitima causa excusasset. Item ex quo dominus ipse die iouis hoc sacramētum corporis sui ⁊ sanguinis instituit ⁊ ipse die iouis celebrauit quoniā non aliud est celebrare q̄ istud sacramentum cōficere ⁊ sumere potius eum imitamur cum in feria quinta celebramus q̄ in sabbatis. Item cum celebratio misse sit excercenda ꝓcipue ꝓpter vtilitatem celebrantis scz vt vigore sacramēti tanti et hospitis tam potentis robur habeat contra tēptationes siue peccatum et vt assistentiū deuotio excitetur nec scriptura ad aliquē diem certū nos artat alios dies ꝓhibendo. Cum dominus insuper in euangelio ⁊ paulus vt in p̄cedentibus questionibus de materia ista tractauim⁹ nullū tēpus certū ꝓ vsu huius sacri deputent vbi de isto sacro loquūtur ꝓns est q̄ quolz die ad deuotionē fidelium excitandā missam in publico expediat celebrari et q̄ sacerdos totiens celebret quotiens iterationē misse ratiōabiliter sibi iudicauerit expedire acsiꝫ per moderatiōe adiecta vt sacramentū ex frequētia non vilescat ⁊ vt superiorum super hoc decretā seruentur. Item in veteri testimonio vbi fiebat sacrificium agni immaculati sicut legitur numeri. 28. ca. ⁊ exo. 29. ca. Nō dubium illud sacrificium significabat non solum per singulos dies fiebat sacrificiū sz bis q̄ dies singulos. s. mane ⁊ vespe. cui igitur in nostro sacrificio q̄ illud figurato sic fieri non possit nō video.

Nota quo tpe licet celebrare.

Cap. xi.

IOHANNES. videq̄ super hoc potest extrahi ex scriptura ex hijs tactis videtur dissolui illo quod querunt. s. nūq̄d plures misse celebrari vno die super vno altari quo niam ex quo hoc vtile extat ad salutē fideliū nec in scriptura quicq̄ obstitit cur fieri nō possit ratio nulla videtur. RICARDVS recte infers qm factum vnius sacerdotis nō maculat factum alterius sed potius ipsum altare sanctificat vt pro ratione sacramenti tam nobilis deuotius altare reddatur q̄ si prior nō celebrasset in illo. Item si non esset in ecclesia nisi vnum altare sic impediretur inutiliter populi fidelites deuotio quia forte missis pluribus interessent perfectio etiam sacerdotum impediretur si illi essent in ꝓposito celebrādi hec eadem inconuenientia consequūtur si essent in vna ecclesia quotcūq̄ altaria dum tamē essent ibi plures numero sacerdotes q̄ altaria qm aliquorum deuotio z perfectio impediretur z etiam populi sue causa si non possent plures misse fieri vno die in vno altari. Item minus esset iteratio sacramenti vno die facienda in vno calice aut in vna palla altaris q̄ in vno altari cū calix z palla immediate ipsa sacramenta cōtingant q̄ nō facit altare z tamen impiū esset deuotionem sacerdotū ita restringere q̄ nō celebrarēt plures vno die in vno calice quia forte vna ecclesia vbi contingeret plures esse sacerdotes plusq̄ vnum calicem nō haberent. Item cur hoc vitari debeat potius q̄ iteratio misse in ecclesia eadem vno die nō video rationem. Item vt tetigi in precedēti articulo oblatio quotidiana agni immaculati qui nostrū agnum se obtulit z quē nos in altari offerimus figurabat iterata fuit in eodem altari per singulos dies. igf sicut ritum de erigendo altari in ecclesia in veteri testamento accipimus tanq̄ aptum z congruum cur non similiter poterimus de iteratione sacrificij nostri per illud antiquū sacrificium figuratum simulem ritum imitari michi ratio non occurrit vmo credimus ad hoc illa antiqua instituta fuisse vt designarent ista futura omnia hoc inquit in figura illis contingebant scripta sunt ad correptionem nostram alta littera ad doctrinā nostram.

Cap. 12.

IOHANNES Sufficiant ista de ista materia iam dic nūquid sine confirmatiōe aut extrema vnctione possit baptizatus saluari.

Circa quā questionem quo ad vtrāq̄ partem tres aut quattuor articulos video pertractādos primo institutionē sacramēti q̄ plures armenoꝝ negant vtrūq̄ sacramentum institutum fuisse a xp̄o primo dicunt nullum esse huius sacramentum. secundo quis sit effectus sacramenti. tertio vnde sit eius necessitas z quarto que sit forma ipsius. Ostēdetur ergo post institutionē huius sacramenti confirmationis ex sacra scriptura.

RICARDVS. Mar. nono ca. legitur sic. Et offerebant sibi paruulos vt tangeret eos discipuli aūt cōminabāt q̄ cum vidisset indigne tulit et dixit ad illos sinite paruulos venire ad me z ne p̄hibueritis eos talium enim est regnū celoꝝ amē dico vobis quisq̄ nō recepit regnū dei velut paruulus non introibit in illud z cōplexus eos imponens manus super eos benedicebat eos matheꝰ 19. vero historiam hanc sic narrat tunc oblati sunt ei paruuli vt eis manus imponeret z orarēt discipuli aut increpabant eos ihesus ait eis sinite paruulos ad me venire z nolite hoc facere talium est regnum celorum cū imposuisset eis manus abijt vide mat. 19. habes in institutione istius sacramēti scz confirmationis siue manus inpōnis aut saltē declarationem sue institutionis z. actus apostolorum satis ostendunt hoc sacramentū institutum a xp̄o ex quo etiam ipsi apostoli cōuersis ad fidem baptizatis manus imponebāt vt acciperēt spiritum sanctum sic enim legitur actuū. 8. petrus et iohannes baptizatis samaritanis a philippo ponebant manus super eos vt acciperent spiritū sanctum z ca. 9. legitur hijs auditis baptizati sūt in nomine domini ihesu z cum imposuisset illis manus paulus venit spiritus. s. super eos z loquebā tur linguis z prophetabant nullus enī potest ambigere qīn apostoli illō sacramētū ex magistri sui institutione dixerint ex quo statim post ipsius ascēsionem illud exercuerunt erga conuersos ad fidem. IOHANNES nichil hec supius de confirmationis sacramento ostendis quoniā de cōfirmatione in hijs allegatis per te nulla fit mentio sed de impositione manus dūtaxat vnde impertinentur concludere niteris de institutiōe sacramēti confirmationis. Item in sacramento ordinis cū cōfertur manus p̄sbiteri imponūtur sicut de stephano z eius socijs legitur actuum. 6. z de illo sacramento loquens apostolus infra ad thimo. 5. dicit manus cito nemini imposueris. Item in sacramento vnctionis manus debent imponi iuxta illud mar. vltimo super egros manus imponent z bene habebunt vnde non videtur ratio cur istud sacramētum potius vocetur manus impositio q̄ vnumquodq̄ predictorum. RICARDVS. sacramentum vnum saltem non dubitas esse collatum in predicta impositione manuuꝝ xp̄i z apostolorum. s. cum appareat per illā impositionē spiritū sanctū datum fuisse fidelibus baptizatis vides etiam ex facto xp̄i qui hoc sacramentum paruulis contulit z ex actibus apostolorum qui illud sacramentum statim baptizatis contulerunt et ex hoc quibuscunq̄ indistincte iuxta p̄ceptū petri actuum secundo penitentiam agite et baptizetur vnusquisq̄ vestrum in nomine ihesu xp̄i et accipiet donū spiritus sancti q̄ hoc sacramētum debet sacrā alia de cursu cōmuni preter baptizma precedere q̄ non datur nisi prouectis z discretiones habentibus z nichilominus vides q̄ generalem conferri debet omnibus baptizatis vnde placuit sanctis patribus hoc sacramentum impositionis manum siue eius fructum post confirmationē vocare quia. s. baptizatis recipientibus per baptismū spiritum sanctum ad remissionem peccatorum precise statim dari debet idem spiritus sanctus vt habeant virtutem ampliorem temptationibus resistendi z sic per hoc sacramentum confirmantur in bono insuper vocatur hoc sacramentum manuum impositio p̄e ceteris sacramentis in quorū tamen collatione manus homini imponuntur q̄ hoc generaliter cunctis baptizatis debet conferri non sic illa alia sacramenta vnde nomen cōmune meruit propter generalitatem appropriare.

Cap. 13.

IOHANNES non legitur q̄ illi paruuli quibus christus manus imposuit prius fuerant baptizati vt sacramentū confirmationis possent accipere. RICARDVS Et si non legeretur esset verisimiliter supponēdū ex ordine qē tradebant apostoli. s. q̄ baptizatis i ponerentur manus nō alijs quoniā verisimile est hoc a christo acceperant z tamen si facta xp̄i premissa consideres constabit q̄ illi paruuli fuerunt baptizati aut circuncisi quoniā xp̄s amplexatus eos dixit eos venisse ad se et dixit q̄ talium est regnum celorum que non conueuissent illis paruulis si tunc in peccato fuissent. vnde consequitur q̄ fuerunt a peccato puri et mundi et ita aut fuerunt baptizati aut aliter a peccato purgati et sic ad confirmationem dispositi

Cap. 14.

IOHANNES. aliud sacramentum fuit institutus a christo et aliquibus vt dicis ab ipso collatus precise videtur collatū apostolis qm magis fuit necessarium vt ipsi p̄dicabant populis cum periculo corporis fuissent confirmati et in virtute quam iuuenes innocētes qui pericula nulla subirent Si vero fuerunt confirmati et hoc sacramentum a christo ante passionem suam receperunt tunc ista receptio spiritus sancti ab eis in die penthe. quoniam erant omēs discipuli pariter in eodem loco non fuit eis sacramentum confirmationis huius aut fuit secūda cōfirmatio ipsorum in bono z sic compellens ponere duplex in eis sacramentum confirmatiōis. Item io. 7. dicitur nundum enim erat spiritus datus q̄ ihesus nundum fuerat glorificatus vnde non videtur q̄ prius fuerat illud sacramentum institutum aut collatum a christo vnde hoc videtur io. hoc dicere cum dicit q̄ nōdū erat spiritussanctus datus. RICARDVS. videtur michi verū q̄ supra posui. s. q̄ christus illis paruulis quib⁹ manus imposuit illud sacramentum contulit z q̄ illi paruuli prius fuerant baptizati quoniam ante illud gestum a christo ipse christus fuerat baptizatus et sui communiter baptizabant et erant baptizati sicut ipsorum magister non dubium z necessitatem baptizati per se z suos publice predicauit iuxta seriem euuangelij. vtrum vero hoc sacramētum alijs contulit scz apostolis aut discipulis alijs aut alijs prouecte etatis nō michi occurrit q̄c q̄ i scriptura expressum nisi q̄ luc. 13. legitur sic Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis. 18. ꝛc. q̄ cum vidisset ihesus vocauit ad se et ait illi mulier dimissa es ab infirmitate tua et imposuit illi manus et confestim erecta est q̄ potest intelligi apertius meo iudicio de sacramento vnctionis q̄ de confirmationis sacramēto z ideo congrue potest intelligi istud sacramentum fuisse solis paruulis quando collationem generalē huius sacramenti cunctis simul discipulis ad hoc vt formam eius discipulis traderet z vt eis ostenderet q̄ ad hoc ipsi qui erāt adulti ad illud sacramentum suscipiendum apti non fuerunt sicut fuerunt paruuli q̄ nondum erant spiritu paruuli scz vere humiles quoniam vt marcus refert immediate q̄ christus adiunxit: Amen dico vobis quisq̄s non recipit regnum dei velut paruulus non introibit in illud z adhuc ipsi erant elati z presumptuosi quoniam in cena xp̄i refert lucas q̄ facta est cōtētio inter eos quis eorū videretur esse maior luc. 22. vbi patet eorū elatio et sic petrus de sua virtute presumens i cena dicit. Et si oportuerit me mori tecum non te negabo sic legitur mar. 14. z fecit similiter Et oēs dicebant vbi apparet ipsorū presumptio. vnde propter eorum humiliationem futuram maiorem q̄ adhuc erant presumptuosi et elati z propter nostram doctrinam vt sciremus illud esse verum dicit sine me nichil potestis facere z q̄ deus superbis resistit z humilibus dat gratiam dilata potest intelligi hec cōfirmatio seu dona spiritus sancti ad robur in ipsis apostolis et discipulis vsq̄ post ascensionem xp̄i qum erant multum humiles effecti nec ipsi apostoli aſi illud tempus iuxta xp̄i preceptum debebāt predicare populis vt periculum corporis sustinerent sicut supponis quoniam dicit quando recessit ab eis mecum vos autem sedete in ciuitate quoadusq̄ induamini virtute ex alto luc. vltimo illud vero verbū q̄ obicis de iohanne est dictum de donatione spiritus ad robur z sic ad alios effectus de quo propheta ioel dixit z allegat beatus petrus apostolus actuum. 2. effundam de spiritu meo super omnem carnem z prophetabunt filij vestri z filie vestre. ꝛc. vnde io. 1. premittit. In nouissimo autē die festiuitatis stabat ihesus z clamabat dicens. Si quis sitit veniat ad me et bibat z qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aque viue hec dicit de spiritu facto quē accepturi erant credentes in eum et tunc sequitur a iohanne Nundum facta fuit illa datio spiritussancti de qua propheta ibi predixit vnde michi videtur quia nibus apostolis z discipulis congregatis in die penthecostes. s. in die hoc a resurrectione christi datus spiritussanctus vice huius sacramenti confirmationis siue impositionis manus cum legitur actuum. 4. Et cum complerentur dies penthecostes erant omnes discipuli pariter in eodem loco sedē. et facto est repēte de celo sonus tanq̄ aduenientis spiritus vehementis z repleuit totam domum vbi erant sedentes z apparuerunt illis dispartite lingue tanq̄ ignis seditq̄ super illos singulos repleti sunt omnes spiritussancto. Quam rem factum apostolorum satis ostendit quia apostoli ipsis conuersis et baptizatis statim manus imponebant vt hoc sacramentum acciperent z sic acceperunt spiritum sanctum vt ipsi discipuli receperunt sicut de eodem legitur consequenter q̄ petro precepit conuersos baptizari promittens q̄ acciperent spiritum sanctum z capitulo. 8. legitur q̄ audito q̄ recepit samaria verbum dei vt supra posui miserunt ad eodem petrū z iohannem vt eis manus imponerent q̄ cum factum fuit illi receperūt spiritum sanctum sicut discipuli alij prius receperant sicut legitur actuum. 19. vt prius posui q̄ baptizans ephesis paulus illis manus imposuit z acceperunt spiritum sanctum z prophetabant et loquebantur linguis vnde ex hoc vsu apostolorum apparet q̄ similes fiunt fructus seu effectus impositionis manuum tempore apostolorum per ipsos apostolos et illius dationis spiritussancti in

Nota

Nota

die penthecostes vt dixi ⁊ ideo michi videtur illa datio post modum cõuersis ceteris ⁊ quia christ⁹ in humanitate absens erat qui eis tunc manus imponeret loco impositionis manuum cecidit ignis ab eo missus super capita singulorum qualis apparitio ignis nõ legiẜ facta fuisse. Cũ apostoli aliis man⁹ iponebãt si q̃s autẽ velit oĩno dr̃e ꝙ apostoli ante christi passionem hoc sacramentum acceperunt pro qua assertione facit ꝙ apostoli baptisatis quibuscunq̃ statim manus imponebãt vnde videtur sic actum cum eis a suo magistro tũc dicet consequenter ꝙ hec donatio spiritus sancti in die pentecostes non erat eis sacramentum confirmationis sed aliis discipulis qui cum eis erant primum michi probabilius apparet licet ex eo sequitur ꝙ priusq̃ susceperunt sacramentum cõfirmationis sacramentũ ordinis acceperunt ꝙ non videtur incõueniens ex causis hic tractatis superius si quis vero omnino secundum dicat esse probabilius non resisto dum tamenostendat q̃d apostoli recepernnt in die pentecostes cum constet ꝙ christus eis promiserat se daturũ eis spiritũ sanctũ ⁊ virtutẽ exalto declaret insuper ꝙ hec datio tam ingens spiritussancti sacramẽtum omnino nõ fuit q̃d puto difficile

An datio spiritussancti erat scd̃m cõfirmationis i apostolis i die penthecostes

Capm.15.

IOHANNES ostende huius sacramẽti effectum. RICARDUS Iam patuit ex illo Actuum. 8. tunc imponebant manus super illos ⁊ accipiebant spiritum sanctũ et ex illo actuũ.19. preallegato de paulo quia effectus siue fructus huius sacramenti est acceptio spiritussancti ⁊ benedictio dei ⁊ robur anime contra omnia temptamẽta vnde supra de marco posui ꝙ christus imponens manus super eos benedicebat eos non potest esse paruũ ꝙ omnipotẽs summe bonus ⁊ summe sapiens benedicendo et cum circunstantiis contulit tam deuotis.s.cum amplexu ⁊ impositione manus affirmando ipsorum esse regnum celorum quibus manus imposuit vnde actuum.9.scribitur sic.et abiit ananias ⁊ introiuit in domum ⁊ iponens ei manus dicit saule frater dominus ihesus misit me qui apparuit tibi in via vt videas et implearis spiritu sancto vbi constat per hanc impositionem manus animam spiritusancto repleri propter hunc fructum scribiẜ actuum.8.sic cum vidisset autẽ symon ꝙ per impositionem manus apostolorum daretur spiritussanctus obtulit eis pecuniam.⁊c.vnde cõstat effectũ siue fructum sacramenti esse acceptionem ad robur spiritussancti

Capm.16.

IOHANNES cur ista datio spiritussancti ipsis apostolis confirmatio appellatur potius q̃ illa datio spiritussãcti in die resurrectionis q̃n christus insufflauit dicens eis accipite spiritum sanctum non video quoniã spiritus datus cuiq̃ reddit eum in spiritu fortiorem et sic eum in virtute confirmat ⁊ roborat.

RICARDUS. Si ratio tua efficax esset baptismus esset confirmatio ⁊ similiter ordo ⁊ vnctio et penitẽtia cum in omnibus illis sacramentis detur spiritussanctus ꝙ tamen non dicimus sed ob hoc dicimus hoc sacramentum confirmationem siue sacramentum confirmationis quia habundãtius q̃ in aliis sacramentis in isto satis datur vigor resistendi peccatis ⁊ principalis effectus est cõfirmare animam in virtute iuxta illud luc. vltimo. vos autem sedete in ciuitate quo adusq̃ induamini virtute ex alto ⁊ iuxta illud actuũ.4. virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis domini nostri ihesu christi ⁊ ibi parũ ante loquebantur verbum dei cum fiducia nõ ad hũc effectum precise fuit datus eis spiritus sanctus in die resurrectionis sed potius ad remissionem plenam peccatorum ⁊ augmentum aut nutrimentum amoris erga alios quibus predicare debebãt ⁊ peccata dimittere et ideo illa datio nõ vocatur confirmatio sicut ista nec etiam datio spiritussancti per alia sacramenta quoniam in illis sacramentis est effectus alius proprius ⁊ immediatus.

Capm.17.

IOHANNES ad huc obuiat tibi illud Actuum.4. dictum de apostolis ⁊ discipulis post sanationem ceci a petro et iohanne et cum orassent motus est locus in quo erant congregati ⁊ repleti sunt omnes spiritu sancto ⁊ loq̃bantur verbum dei cũ fiducia vbi videtur ꝙ apostoli iterum receperunt spiritum sanctum ad confirmationem cum ibi dicatur ⁊ loquebãtur verbũ dei cum fiducia ⁊ sic consequitur adhuc in apostolis duplex sacramentum confirmationis fuisse.

RICARDUS. Non puto apostolis tunc fuisse datum spiritum sanctum aut etiam illis qui in die penthecostes eum receperant sed aliis tempore medio conuersis qui nundum fuerant cõfirmati per dies enim singulos apostoli plurimos conuertebant nec minus est verum q̃d posuisti sc3 ꝙ repleti sunt omnes spiritu sancto ⁊ loquebantur verbum dei cum fiducia quia tunc aliqui de nouo repleti sunt ⁊ alii ante erãt repleti ⁊ sic verum est ꝙ repleti sunt omnes spiritu sancto ⁊ ꝙ omnes loq̃bantur verbum dei cum fiducia q̃d ante non omẽs fecerant si omnino placet dicere ꝙ tunc omnes illi presentes de nouo fuerunt repleti spiritu sãcto non tamen est intelligenda illa repletio tãta quãta in die penthecostes de qua ipse christus eis p̃dixerat nec ẽt intelligenda in apostolis nouum sacramentum sed confirmatio dici potest quia roborauit eos in bono ⁊ etiã dici potest adiectio cõfirmationis maioris qualis fit per omnem actũ meritorium non est enim actus meritorius quin solidet ⁊ roboret animam i virtute caritatẽ eius augmentans nec tamen ob hoc dicenda est omnis talis adiectio in virtute nouum sacramentum confirmationis sed fateor ꝙ magis placet michi prima responsio.

An fuerat duplex sc3 cõfirmationis in apostolis

Cp̃m.18.

IOHANNES dixisti baptismum debere hoc sacramentũ cõfirmationis p̃cedere ⁊ nunc dicis paulum per impositionẽ manus spiritum sanctum accepisse cum tamen constet hoc ananiam sibi fecisse anteq̃ baptismum susceperit quoniam sequitur immediate post verba anianie predicta et confestim ceciderunt ab oculis eius tanq̃ scame et visum recepit ⁊ surgens baptizatus est ex quo cõstat ꝙ prius recepit sacramẽtum confirmatiõis siue impositionis manuum q̃

baptismũ ⁊ ita nec est verũ q̃d de ordine horũ duorum sacramentorum superius posuisti nec videtur hoc sacramentum debere vocari confirmatio cum non supponat aliam gratiam prius acceptã Itẽ q̃d aliud possit intelligi nisi effectus huius sacramenti non video cum legitur actuum 1.ad huc petro loq̃nte cecidit spiritussanct⁹ super omnes qui audiebãt verbum et ibi consequenter cõsequitur tunc respondit petrus nũquid aquam q̃s prohibere potest vt non baptizẽtur hii qui spiritũ sanctum acceperunt sicut ⁊ nos vnde cõsequitur hoc sacramentum preire baptismum non sequi vt dixisti superius. RICARDUS. possem tibi dicere ꝙ propter cursum communẽ in ordine sacramentorum appellatum est hoc sacramentum confirmatio quia communiter baptismus ipsum precedit apud christianos licet non semper sicut probant ea que de paulo ⁊ de aliis obiecisti veruntamen si rem gestam consideremus intimius apparebit ꝙ semper baptism⁹ aut aliq̃d aliud purgãs peccata sicut facit baptismus precedit hoc sacramẽtum de paulo enim qui dum prostratus erat i via vidit archana dei que non licet homini loqui qui etiam raptus est in paradisum ⁊ etiã in tertiũ celum non dubium quin fuit purgatus a peccatis de illis super quos cecidit spiritus sãctus petro loquente iuxta historiam huius dicti capituli constat ꝙ erant iusti q̃ erãt de familia cornelii cẽturionis sicut supra obiciendo ostẽdisti in:8.huius cum de necessitate ageremus sacramenti baptismi vnde constat ꝙ anteq̃ cecidit spiritussanctus super eos petro loquẽte de xp̃o ⁊ eius operibus fuerant iustificati ⁊ deo accepti ⁊ per consequens a peccato purgati vnde merito illa acceptatio spiritussancti dici potuit confirmatio ipsorum in vno quando illam acceptionem spiritussancti gratia iustificationis in ipsis precessit ꝙ vero dicis eos in illo casu spiritussancti super eos effectum siue fructum confirmationis recepisse recte affirmas quoniam loco confirmationis eis fuit illa spiritussancti receptio ymo confirmatio vera fuit.

hic cõsiditur ꝙ scd̃m cõfirmatiõis sequitur baptismum

Capm.19.

IOhãnes nõ solũ post ascensionẽ dñi receperunt discipuli spiritum sanctũ ad virtutem ⁊ robur sed ad prophetãdum ⁊ ad vsum diuersarum linguarum. Igitur hec omnia effectus fuerunt huius sacramenti confirmationis ⁊ sic videtur consequi ꝙ non capiũt modo homines effectum integrum huius sacramenti cum non capiũt prophetias aut linguas. RICARDUS. Quis illa datio spiritussancti ante habuerit illos effectus multiplices quando fuerũt pauci predicatores qui toti mundo predicare debebãt repleto infidelibus qui non nisi miraculis ⁊ signis visibilibus conuerti poterant tam non habent in presenti illos effectus cessantibus illis causis nihilominus tamen homines modo illud sacramentum integre ⁊ plane recipiunt quoniam virtutem spiritualem ex presentia spiritussancti recipiunt sicut tunc ibi discipuli receperunt et iste solus est essentialis effectus huius magni sacramẽti alii vero effectus siue fructus accidẽtales fuerũt ⁊ propter vtilitatem aliorum ad tempus non precipue propter vtilitates eorum qui spiritum sanctum acceperunt vnde non pertinent ad essentiam sacramenti.

Nota

Capm.20.

IOHANNES. cur baptizatus est paulus et cornelius et ceteri ex quo primo spiritum sanctum acceperant si spiritu repleti erant. RICARDUS. Quia preceptum generale fuit omnib⁹ de baptismo. Io.3. Nisi q̃s renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sãcto.⁊c.sic vt supra patuit in.8. ⁊ iõ illud transgredi non licebat. IOHANNES. quid profuit illis aut paulo baptismus ex quo erant spiritusancto repleti.

Nota

RICARDUS Exclusit ⁊ vitauit culpã quã neglecto baptismo singuli incurrissent.

IOHANNES vr̃ ꝙ baptismus gratiam eis non contulit ex quo erant impleti spiritu sancto.

RICARDUS hoc non sequitur quoniam repletus gratia.i.habundanter habens gratiam. gratiam potest recipere.s.gratie precedentis augmentum sicut potest in merito proficere ⁊ gratiã in eo priorem augere hec enim repletio de spiritu sancto intelligenda est in comparatione non absolute ita sc3 vt dicatur magnas ⁊ habũdãs nõ summa que potest haberi rationabiliter etiã dici potest ꝙ in illis baptismus ex vi sacramẽti gratiam nullam fecit aut auxit quia baptismi effectus per alium modum in eis precessit ex receptione tamẽ baptismi propter obseruationem mandati de baptismo habende ipsi meruerunt gratiã ⁊ quam ante habebant auxerunt sed hoc non fuit ex vigore baptismi et hec responsio magis michi placet.

licet aliq̃ essẽt in grã ⁊ spm̃ sanctũ haberent sicut paulus ⁊ cornelius fuerãt tñ debẽt suscipe baptismum

Capm.21.

IOHANNES ista michi ante ignorata libenter accipio sꝫ adhuc videntur in ecclesia alia suffragia mortuorum. s. indulgentie prelatorum ⁊ specialiter romanorum pontificum que michi videntur ratiōi tue superiori aliqualiter obuiare quoniam in aliquibus ecclesijs reperiūtur tot indulgentie ꝙ excedunt sex milia annorū ⁊ ita excedunt totum tempus ab aduētu xp̄i vsq; ad finem seculi quoniam apostolus paulus affirmat se ⁊ alios sui temporis in fine seculorum deuenisse. i. ad co. 4. nec fines seculoruz possunt esse equales seculis quorum sunt fines. Ille igitur indulgentie sunt superflue ex quo vsq; post finez seculi durare non possunt. Item cum indulgentia vnius anni aut duorum vni gratis cōceditur ⁊ nō alteri forsitan equalis meriti aut maioris aut cuz vni gratis absolutio plena impenditur ⁊ non alteri q eque aut amplius sibi indulgeri promeruit. videtur indulgens errare q̄t agere minus iuste ꝗ̄ caritas debet esse ad eque bonos equalis. Item cum quis prelatus indulgentiam concedit hominibus partialem aut plenam videtur sine satisfactione dimitti quoniam indulgens non satisfacit pro peccatis illius cui indulget nec ille cui indulgentia datur ⁊ sic eius peccata remanent impunita ꝙ videtur iniustum. Item cum ista indulgentia seu eius collatio ad potestatem pertineat dimittēdi peccata ꝙ̄ superius in vndecimo libro in omnibus sacerdotibus induxisti siue ostendisti equalē consequitur per omnes sacerdotes possunt hmōi indulgentias impartiri fidelib⁹ ꝙ tamen negatur ex decretis romane ecclesie. Item quicunq; eā cōferre dicatur ex huiusmodi potestate consequitur ꝙ frustra omnino purgatorium ponitur cum sicut vni datur plena indulgētia peccatorum sic posset conferri cuilibet viro iusto ymo ille videtur iniustus qui potest sic facere ⁊ non facit cum dare huiusmodi elemosinam spiritualem sit magis deo acceptū ꝙ̄ elemosinam corporalem impendere; ⁊ sacerdos saltem summus qui petro succedit sine difficultate ⁊ culpa quacunq; potest libere eam omnibus conferre non enim video quomodo sit quisq̄ vere amicus alteri qui cum sine difficultate ⁊ culpa potest amico suo indigenti succurrere ⁊ obmittit ymo michi videtur omnino hmōi potestas tollere purgatorium quoniam xp̄s mitius agit cum omnibus suis electis aut non magis rigide ꝙ̄ su⁹ minister cum ergo minister christi ex potestate concessa sibi a christo vnum efficaciter ⁊ plene absoluit ponat ille minimi meriti inter promerentes electos consequitur ꝙ christus non magis rigide agit cum aliis omnibus electis ageret aūt rigidi⁹ nisi eos plene absolueret oēs igitur electi in morte plene absoluuntur a christo ⁊ nullus post mortem purgatur seu punitur non enim capio qua ratione vnus parui meriti ⁊ maximorum delictorum ponatur posse in morte a ministro christi plene ab-

Nota istas obiectiōes diligēter ꝯtra indulgētias

solui a pena nisi q̄scunq; melior eo ratione ad hoc magis vigēte plene absoluatur a christo qui vbiq; est presens ⁊ reddit vnicuiq; secundum opera sua. Item habes ostendere qua potestate talis idulgentia sit ⁊ vnde habeat efficaciā illā quā credimus ⁊ quando legitime impendi potest et quibus.

Cap. 20.

nota passū scripture i quo fundātur idulgētie

RICARDUS quātum ad potestatem hmōi indulgētias cōferēdi nichil efficati⁹ mihi i scriptura occurrit ꝙ̄ illud Jo. 20. dictuz apostolis quorum remiseritis peccata remittuntur eis ⁊ quorum retinueritis retēta sunt quoniam hoc de peccatis proprie. s. culpis ⁊ iniquitatibus quas solus deus potest dimittere gratiam inspirando non videtur intelligi apud multos ⁊ si intelligatur de ipsis multo magis accipitur de penis peccatorum q̄ enim potest peccatum dimittere ꝙ maius est potest eius penam remittere qđ minus est ⁊ sic constat ꝙ omnes apostoli ⁊ per consequens eorum successores habēt potestatem dimittendi penam debitam penitentibus pro suis peccatis ⁊ eam si iuste decreuerint retinere vnde paulus de ipso vtrunq; affirmat vt michi videtur de retentione cum scribit. i. ad co. 5. c. de illo qui vxorem patris accepit hoc modo de illo ego quidem absens corpore presens aūt spiritu iam iudicaui vt presens eum qui sic est operatus in nomine domini dei nostri ihesu christi cōgregatis nobis ⁊ meo spiritu cum virtute dei nostri ihesu christi tradere hmōi sathane in interitum carnis vt spiritus saluus sit in die domini nostri ihesu christi vbi nō iudicauit illum peccatorem vt in penam peccati traderetur sathane flagellandus ⁊ sic suum peccatū quo ad penam retinuit. sed affirmat se hoc fecisse in nomie domini ihesu ⁊ eius virtute ⁊ aliis ad faciendum tradidit potestatem de dimissione peccati scribitur. ii. epi. ad co. 2. c. per hunc modum cui aūt aliquid donastis ⁊ ego naz ⁊ ego donaui si q̄d donaui propter vos in psona christi. vbi. s. 2. affirmat se donasse. s. penam peccati dimisisse ⁊ hoc in psona christi ⁊ ꝙ illis quibus scripsit ad condonādum dederat potestatem sic enim christus ipse aliquotiens dimissa culpa penam seu satisfactionem retinuit cum leproso mundato precepit munus offerre ⁊ aliquotiens penam ⁊ culpam simul remisit ad hanc potestatem illud dictum apostoli videtur pertinere. quecunq; solueris super terrā ⁊c. math. 18. c. Quis hoc dictum sit de ligatione per excommunicationem peccatorum ita vt honoratur tanꝙ̄ eunuchus ⁊ publican⁹ sicut illius series scripture ostendit ⁊ de solutione ad huius ligamentum quia alia potestas. s. dimittendi penam peccati tā ꝙ̄ minor sequitur ad hanc tanq; ad maiorem illō de vtraq; congruenter accipitur non tamen intelligendum est apostolos peccata aut penas peccatoruz potuisse dimittere nisi ministerialiter ita ꝙ deus eorum ministerio ea dimitteret sicut immediate christus adiunxit Amen dico vobis quia si duo ex vobis consēserint super terrā de omni re quantuncunq; petierint fiet illis a patre meo qui in celis est vides igitur qua potestate sit indulgētia de qua queris. s. potestate sacerdotali sacramentali seu ordinis que sicut in principio. xi. libri. tractaui-

Nota quō xp̄s dimisit culpā ⁊ penā retinuit

mus equalis videtur iuxta scripturam in omnib⁹ sacerdotibus ⁊ ob hoc videtur ꝙ omnes sacerdotes possunt istas indulgentias concedere sed eoꝝ potestas in hoc sicut in actu confirmationis ⁊ cōsecrationis aliorum ⁊ in multis aliis actibus per superiorem ⁊ potestatem regiminis est ligata aut pro voluntate rōnabili superioris in regimine limitata iuxta decreta romane ecclesie que sacerdotibus exercitium prohibet potestatem non aufert et sic tollitur. 4. tua obiectio ꝙ vero ad causam efficatie īdulgentiarum adducit videtur aliquibus ꝙ habent efficaciam per hunc modum ꝙ prelati quibus apostolica est commissa potestas hanc potestatem distribuendi hmōi indulgentias spūales tanq; effectus meritorum christi ⁊ apostolorum ⁊ martyrum ⁊ aliorum sanctoruz ecclesie ⁊ precipue tanq; effectus christi passionis ⁊ meritoruz ipsius ꝙ michi videtur ratiōabiliter dictum vnde ex quo merita christi ⁊ ei⁹ passio seu oblatio sufficere posunt pro peccatis totius mundi ⁊ amplius in infinitum nec aliquod peccatum mortale dimittitur nisi in virtute satisfactionis perfecte per christum consequens videtur ꝙ sicut christus quia caput ⁊ redemptor ecclesie virtute meritorum suorum per se ipsum peccata dimisit ita illi quos ad regenduz suum populum ⁊ ad dimittendum eorum peccata ⁊ retinendum eum expediret loco sui instituit eadē virtute hec psit efficere. s. virtute meritorum christi ⁊ in psona ipsius. s. vice ipsius sicut iam posui paulum apostolum affirmasse. vnde non sunt aliqua peccata dimissa sine satisfactione ex quo christi merita pro eis pensantur ⁊ sic tollitur tertia tua obiectio virtute igitur passionis seu oblationis ⁊ meritorum christi huius indulgentie. s. remissiōes penarum peccatorum efficatiam michi habere vidētur de meritis aliorum sanctorum ecclesie illud idem probabiliter dici videtur ꝙ quicunq; habēs potestatem apostolicam illa merita beatorum cōpensare potest pro peccatis indigentium fratrum suorum sicut frater vt supra ostēdi per seipsum potest sua opera meritoria que facit ad sublenationē fratrum suorum impēdere ⁊ nichilominus ob hoc sibi valebunt vt hoc supra ostendi sed amplius vides ergo vnde sunt huiusmodi indulgentie efficaces non tamen semper sunt efficaces sed tunc solum cum indigentibus ex causa rationabili ⁊ apd deum acceptabili conferuntur sicut christus rationabiliter egit omne qđ fecit licet rationem operū illius sepius ignoremus vnde tollitur ꝙ primitus obiecisti de multitudine annorum que forte vltra diem iudicij finalis extenditur quia enim post modum non erunt boni aliqui indigentes ideo vlterius non valebunt ⁊ ꝙ in casu potest esse ꝙ indulgētia concedatur superhabundans non dico supflua quia concessio determinata hꝫ semper conditionem tacitam intellectam. s. si hij quibus concedit ea indigeant quia cum tempus futuri iudicij est icertum ⁊ per alias multas causas legitimas ideo tales concessiones fiebant de multorum annorum curriculis; ⁊ sic etiam ob illam causam in presenti seruatur.

Nota istaz rationem

nota qn̄ indulgentie sunt efficaces

Capitm. 21.

Quia aũt huiusmodi cõcessio est in libera potestate donãtis iuxta congruam rationem ideo non tenetur eã cunctis et eque bonis impendere cum ratio non eum equaliter moueat erga illos nec in hoc errat aut peccat sicut eñi xp̃s cuius vice & in cuius persona vt hoc ostendi superius sacerdotes istas indulgentias concedunt non omnibus eque bonis ant equalis meriti conditionis eas concessit neq3 penitentiam eque omnibus equaliter inspirauit sed quibus voluit & decreuit sic ministri sui sine culpa idem facere possũt dum tamẽ rationabiliter moueãtur sicut ipse christus rationabiliter erat motus licet etiã illos quibus conferunt eque aut minus diligant aliis quibus nõ conferunt qui sunt ãplius diligendi & meriti amplioris quoniam causa sufficiens que mouere debet ad huiusmodi indulgentias concedẽdas nõ est semper indigentia sola cum merito siue iusticia ãt indigentia quia sic cõseqretur vt tu superius 2.&5. obiecisti q summus sacerdos semper omẽs iustos indigentes purgatione plene absolueret vt volarent de morte corporis in vitam eternam sed sunt cõsideranda multa sicut excitatio per hoc deuotionis aut fidei siue operum pietatis in aliis ãt in illis quibus debet cõcedi & nõ vt prebeat occasio aliis penitentias obmittendi qd fieret manifeste si summus sacerdos oẽs in morte aut in vita plene absolueret & sic ipse grauiter delinqueret valde vnde tollũtur tui obiectus predicti.s. secũdus & qntus sed sicut ad excitandum deuotionem ad habitum religionis rõabiliter profitẽtibus aliquẽ ordinem approbatum concedi posset indulgentia plena omnium precedentium peccatorum sic ad ampliandã vtiliter fidem christi posset talis indulgentia concedi omnibus eũtibus ad tartaros seu sarracenos aut alios infideles seu scismaticos vt eos doctrina christi informent sic adiuuantibus ad fabricam seu refectiones ecclesiarum ecclesie aut põcium communis transitus aut ad sustentationem hospitalium seu cõmunitatum pauperum religiosorum aut aliorum rõabiliter possent concedi idulgentie partiales.s. decima.20. aut alia.4. penitentie peccatorum suorum iuxta qntitatem iuuantis & qualitatem seu facultatem iuuantis quoniam semper meminisse oportet q vidua euuangelica offẽrẽs eis duo minuta plus misit omnibus qui dederunt mar.12.& luc.21. sic insuper homini constituto in extremis veraciter penitenti & sollicite postulãti indulgentiam plenam aut parciales rationabiliter potest concedi iuxta cõditionem meritorum et vtilitatẽ quã obtulit ecclesie & alias circunstãtias loci temporis & amicorum post ea ex deuotiõe sincera rogantium ac excitationis deuotionis aut fidei aut penitentie in aliis sic tamen q nou propter frequentem collationem hmõi ceteri occasionem accipiant penitentiam negligendi aut torpendi in vita. Si premissa attendas videbis q tua vltima rõ est omnino inualida quoniam qnuis christus cõcessit potestatem suis vt possent cum causa rationabili suadente aliquos plene absoluere minus meritos & amplioris demeriti ceteris nõ sequitur q christus ita pie agat cum omnibus melioribus in suo occulto iudicio qm ex hoc aliis viuentibus nichil accreseret sicut perfecta huius pia suorum ministrorum alii sepe proficiunt ad penitentiã amplexandam aut ad merita accumulanda vt dixi & ideo non recte supponis q ratio sẽper vigeat amplius vt meliori potius succurratur quoniam attentis circunstantiis descriptis superius ratio magis suadet succurrendum esse sepius minus bono et cum in omnibus hmõi concessionibus saluatur et seruatur iusticia vt hic dixi licet ad maiorem penitentiam astrictus minus puniatur qm ex causa rationabili iuste potest sic fieri sublata vero causa legitima ad indulgendum mouẽte papam aut alium si sola voluntate hoc fiat non video q talis indulgentia plena aut partialis valeat illi cui conceditur non enim estimo illud io.20. aut simile ita dictum quorum remiseritis peccata remittuntur eis vt sola libera voluntas eis pro causa sufficeret dimittendi peccata qm sic iuxta ea que superius obiecisti non videtur qualiter excusari posset nisi omnibus iustis indigentibus plenissime indulgeret & sic sola volũtate posset ymo deberet summus põtifex cito saltem purgatorium omnino post mortem aufferre quia videtur nimis absurdũ & cõtra hec superius ostensa. vnde beatus dyonisius inde ecclesiastica ierarchia.ca.7. dicit q ierarchie habẽt segregatas virtutes manifesta diuinarũ iustificatione non vt ipsarum irrationabilibus motibus segregent sed vt diuino spiritu submouente accipite enim ait spiritum sanctum si aliquorum remiseritis peccata remittuntur eis volens clare dicere q opus prelatorum in remittẽdo peccata seu in retinendo est omnino inualidum nisi a spiritu sãcto in opere moueantur hec sub correctiõe cuiuscunq3 melius sapientis in presenti de ista materia michi occurrunt.

indigentia nõ est semp cã mouens ad dãdas idulgẽtias

nota de indulgentiis dandis in morte.

indulgẽtia data sine cã nõ valet

Cap. 22.

IOHANNES iam cõtra quartum q iste affirmat profer que tibi occurrunt. quoniã fateor me multum mouere quod tãgit.s. qua iusticia sola anima purgari seu puniri debeat pro delictis cõpositi cũ scriptura affirmet sepissime q deus reddet vnicuiq3 secundum opera sua in suo aduentu cum angelis suis mat.16. mar.22.& ps.& in aliis locis multis & etiam aposto. dicit ad gal.6.c. vnusquisq3 enim opus suum portabit que enim seminat homo hec & metet qm & si seminat in carne sua de carne sua metet corruptionẽ &.ii.ad corin.5. omnes enim vos manifestari oportet ante tribunal christi vt recipiat vnusquisq3 propria corporis prout gessit siue bonum siue malum et merita dicuntur similiter qui pretendunt mercedem operum malorum & bonorum ipsis hominibus non aliis esse reddendum q insuper rationalis affirmare videtur qm merces vnius alteri non debetur nec vnus ipso inuito potest iuste puniri ab alio & ideo videtur q nullus puniri debeat aut p̃miari pro operibus cuiusq3 hominis nisi ille duntaxat qui meruit aut delinquit. RICARDUS punitionem factam a deo iusticia esse dubitare nõ potes qm dubiũ non est deum esse iustum pre ceteris qnuis rõnem eius inuenire nõ posset ait.n. salomon & intellexi q oiumq3 operũ dei nullam posset hõ inuenire rõnem eorũ que fiunt sub sole & q to plus laborauerit ad querẽdũ tãto minus inueniet et si dixerit sapiens se iuste non poterit reperire eccle.8.c. ergo punitionẽ animarũ in iferno pro hoim peccatis iustam esse dubitare nõ potes cũ in.xi.lib.&.15.cap. vsq3 in finẽ sic diffuse ostensũ eas in inferno nundũ receptis suis corporibus a deo esse punitas qnuis iusticie huius punitionis nõ valeas perpendere rõnẽ si igitur iste athanasius fidelis est aut se fidelem fingit vt sacram scripturã accipiat pariter habet ipse nobiscũ hunc modũ dissoluẽ.s. qua iusticia corpus pticipationẽ habuit i peccato & in merito & cũ aia sola hoc tẽpe medio ante iudiciũ & post mortẽ penas sustineret infernales nisi fortassis velit astruere q aie impiorũ tã in inferno in corporibus puniũtur nõ in totis corpibus aiatis p eas in vita sed in aliqbus ptibus specialibus eorũdẽ sicut in speciebus aeris in quib9 iuxta multorũ sententiã anime precipue habitant & nichilominus reddit sup eũ eadẽ difficultas cuz ipse aie in oibus sensibus organicis sicuti sũt cor caput/pes/man9/& hiis similes meruerũt & demeruerunt & ille partes participant cũ aiabus i gloria qua iusticia aie cũ aliis paruis particulis sine illis maioribus hoc tempore puniuntur in quo articulo si ipse veram iusticiã inuenerit illam si placet in purgatione aiarũ seu corporibus pferat p latinis & attendat apostolũ dicẽtẽ caritas nõ excidet.i.ad co.13. vnde cõstat q caritas & per õñs iusticia totius hois iusti manet i eius aia separata cũ igitur iiusticia sit puatio caritatis & iusticie nõ dubium quin iusticia manet & iniusti hois aia separata & rñdeat q iusticia debeat dici sapiẽtia & sũma iusticia que attingit a fine vsq3 ad finem fortiter & disponit oia suauiter. vnde dicitur sapi.8 c. pmuttere aias habentẽ iniusticiã seu iniquitatẽ sine pena debita remanere cũ ois creatura rõnabiliter iniusta seu hñs iniusticiã sit iustissime punienda & si fortassis dixerit caritatẽ manere in aia separata per diuinã potentiam preter cursum nature dicat nephandissime õñr cum deus preter cursum nature iniusticiã in nullo detineat qm si esset imediatus auctor peccati q aie peccatorũ ab oi iniusticia sint immunes qm vbi habitus naturaliter manere nõ potest nec ipsius priuatio remanebit cũ habitus & priuatio exigant idẽ subiectũ. vt sui greci philosophi expresserunt

oim operũ dei nõ põt inueniri rõ

Quare sic pugniũtur sine corpe ãte iudiciũ

Cap. 23.

Quia cum ipse athanasius rationi inniti videt potius q scripture quã allegat multum tenuiter naturã aie rationalis attendat que nõ est forma materialis iuxta suos phõs et etiã veritatẽ consideret insup q licet in prima acqsitione doctrine cũ aia est sicut nuda tabula nõ depicta nõ recipiat qcq3 scientie naturaliter nisi modeste aliquo instrumento corporali cũ habita cognitione corporalium ipsa libere inuestigat & sollicitudo sicut in seipso quotidie experitur de corporalibus & nouam de spiritualibus rebus in seipsa colligit & gignit scientiam diuinis regulis spũalibus sibi naturaliter presẽtibus colligatã sicut sui phisici plõ astruxerunt. ex hiis videbit q scientia huius q sui phi speculatiuã appellant qz speculando acqrere nõ pẽdet inesse a corpe.s.a sola aie rõnalis sbãlz primordia sue acquisitionis xp̃e incõphẽsibilẽ a nobis carnalibus modũ vnionis aie ipsius cũ i corpe exigãt corpalia instrumẽta quis & dixerit sic videt velle ar. primo de aia q est priũ opus aie pẽdet a corpore.s.a spẽb9 seu ymaginibus rerũ existẽtibus in organis sẽsitiuis tñ dicere nõ potest q intelligere pẽdet ab illis spẽbus aut organis subiectis eis veluti a subiecto nec ẽs sui phi hoc dicunt sicut opz dñe de cognitionibus sensitiuis & operationib9 oim virtutũ materialium q dependent ab organis sensitiuis veluti a substãtiis & nõ sunt in formis sẽsitiuis veluti i primis substãtiis s3 suus phus grec9 ar.2.ethi.c.6. dicit esse in aia passiones potẽtias & hitus & passiones dicit esse cõcupiscentiam irã/timorẽ/audaciã inuidiã gaudiũ/aiciciã/odiũ/desideriũ zelũ miam & vniuersaliter qbus sequit delectatio vel tristicia igit fateri cõpellitur q aia rõnalis est primũ & ppriũ subiectũ sciẽtie & p õñs cuiusq3 opis meritorii nõ aliqd cõpositũ ex ipsa & aliquo organo corpali primũ & propriũ subiectũ intelligo sicut apellat ar. prio posteriorũ.s. illud subiectũ quo primo posito aut remoto ponitur siue remouet sciẽtia quo igit pacto dici dz aut possit esse iniustũ q aia sola p huius operib9 puniatur reqri nõ pt tñ sibi tanq3 prio subiecto sic singulariter isũt hec opa qnuis ei hec opa magis pprie quo ad viũ loquẽdi attribuãtur toti hoi tãq3 agẽti p se actualit existẽti q aie q tanq3 ps existit in altero iuxta quẽ modũ dicit ar. q actiões sunt suppositorũ. vñ primo de aia dicit q meli9 videtur dici q aia nõ habz pietatẽ & alia opa scd q homo hoc facit q aia & q dicere q aia irascitur & simile sicut dicit q aia texit aut edificauit nõ tamẽ tollitur per hoc quin opatio huius q ar. q mediate immanentẽ appellat pricipaliter aie ascribitur & in ea ratiõali & corpore nec etiã in toto hoie qm quo pacto cõpositũ ex aia rõnali & toto corpore hominis sit primũ subiectũ actus huius cuius corpis pte vna sublata sicut manu aut pede aut alia parte hmõi nõ minus manet actus iuxta regulã ar. supradictã de primo subiecto acidẽtatis oio nõ video vnde videtur q aia rationalis est primũ subiectũ actuũ & operationũ imanẽtium & sic iustissime p eis premiatur seu affligitur aut purgatur p eius sepatione a corpe & nõ est expectanda ppter iusticiã resurrectio corpis resoluti. Itẽ si hõ peccares in corpe q totũ aut eius maior ps per nutritionẽ ex aliis hũanis corporib9 tractũ esset cũ istud corpus nõ debeat redire saltẽ secundũ illã partẽ ad eum. sed ad priores hoies quorũ aie illud corpus primitus aiauerunt & in quo corpore ponatur sepius peccauerunt nõ dubiũ quin aia istius in aliquo corpe nichilominus in iudicio punietur nec premiabitur. oie cõsequitur q i aliquo corpore rationali aut secundũ partẽ aut saltẽ nõ in illo i quo peccauerũt istã recõpensationẽ suorũ operũ sustinebit & si non iste tunc illi priores quorũ corpora iste comedit non in illis corporibus in quibus opera gesserunt recõpensationẽ accipient. Itẽ iste nõ negat deum esse omnipotentẽ qd igitur dicet si deus animã rõnalẽ sic vixisset aut in presenti vniret corpori q non magis esset vna pars corporis necessaria ad esse hominis q alia sed q omẽs possent fluere & refluere secundũ totũ & partẽ p augmentũ & diminutionem & alie noue in toto eis succedere q videtur possibile apud deum nũqd dicturus est q peccata talis hois tale corpus habere deberent a sũma iusticia remanere ppetuo impunita & tũc dicet deum iniustũ aut sicut oportet fatebitur hmõi hoiem p suis peccatis puniẽdũ esse a deo. Si igitur aliqd ei9 peccata cõmissa esset i vno

Nota quõ aia acqrit scientiã

cõpositum nõ est subiectũ scientie nec meriti.

corpore seu p vnū ⁊ alia eius pctā essent cōmissa i alio corpe nouo ⁊ totalit̄ diuerso a p̄io p diminutionē ⁊ augmētationē cū non posset in vtroq͡ʒ corpe totali puniri in iudicio in altero puniri deberet aut forte in tertio ab vtroq͡ʒ illorū diuerso p oībus peccatis p vtrūq͡ʒ corpus admissis nō igitur exigit necessario iusticiā ꝓpter cōicatiōnē corpis cū aīa in pctō ⁊ merito āt vt sit p̄ticeps in p̄mio vel i pena sed sufficit quo ad saluationē iusticie q͡ aīa ipsa q̄ peccauit in corpe p corpus illud aut aliud sine corpe illo ⁊ alio puniatur. Cap.24.

Quod vero iste athanasi⁹ in fine istius scde rōnis adiūgit merito etiā dubitari p̄t qm̄ aīa purgata in resurrectione coniūgetur nō purgato constat ex premissis nullā difficultatē h̄re quin pctm̄ qd̄ purgari dʒ nō est subiectiue i corpe sʒ in aīa ⁊ ob hoc aīa dʒ purgari nō corpus qd̄ tale pctm̄ nō habet. vñ carentia purgationis in corpe ex quo corpus purgatiōe non indiget nō obstat quin in resurrectione anima purgata possit si bi vniri que vero tu superius obiecisti nō obstāt sententie latinorū de purgatione aīarū sine corpibus si ad memoriā reuoces ea que in .xi. lib. c.20. ipsius tractauim⁹. s. q͡ ꝓpter quattuor aut .5. causas retributio operū attribuitur finali iudicio tūc eni oēs boni accipiēt mercedē q̄ aīa nō hēbant qm̄ tūc prius hita erūt aucta ⁊ tūc recipiēt ipsi toti hoīes tā boni q̄ mali plenā mercedē lʒ aīe eorū prius partem retributionis accipiant vñ alia que tu de euangelio ⁊ de apoc. ⁊ de apostolo supi⁹ obiecisti nō negāt aīas ante iudiciū p̄miandas sicut tu nitebaꝛ accipere sʒ affirmāt totos hoīs in finali iudicio cōdignā suorū operū retributionē accepturos qd̄ a nobis est sine hesitatione ōndū nec debes t̄re q͡ merces seu pena alteri redditur q̄ merentiū redditur aīe ꝓmerentis cū ille p̄cipue p animā ⁊ in anima meruit tāq̄ p cām principalē ⁊ subiectiuā meriti vt iā dixi nisi oīno dixeris aīam esse alterā ab hoīe qꝛ aīa nō est hō ⁊ sic nō est incōuenies seu iiustū vt fingis q͡ debitū toti⁹ hoīs ipsi aīme tribuat̄ sicut supiora ōndunt. Cap.25.

IOHANNES Contra purgationē aīarum sine corpibus michi occurrit illud a ꝓphetis dictū cōmuniter q͡ incorruptibile ⁊ imateriale a materiali ⁊ corruptibili pati nō p̄ōt cum igitur anima sit immaterialis et incorruptibilis non videtur q͡ possit pati ab igne. Item non videtur posse puniri ab igne nisi ignis vniret̄ ⁊ ignē viuificaret sicut nec angelus nunq̄ ab igne patitur nec ab alio elemento quia non ea viuificat.

RICARDUS. hec passio in purgatorio fit diuina virtute lʒ naturali cursu fieri oīo nō posset sicut demones spūs existes dei potētia i a vniūtur igni infernali q͡ p̄ñr ab illo torquētur nec tñ ignē viuificāt ⁊ sicut fieri posset diuina potētia vt boni angeli paterent̄ lʒ nō sit ita de facto Itē sicut non dubitas aīam corpori suppositatiue esse vnitā pati ab igne extrinseco ⁊ etiam a suo corpe ꝓprio cū infirmat̄ aut lāguet ⁊ cū in finali morte resoluitur anima amarissimo dolore affligitur sic non est difficile intelligere dei virtute illud fieri posse vt separata a suo corpore corpori alteri lʒ nō suppositiue

quō aīa pa tiatur ab i gne lʒ sit i materialis

cū taliter vniatur vt afflictionē ab eo recipiat ⁊ illud nō vegetet ⁊ hoc philosoph⁹ magnus plato ⁊ aliȷ̄ affirmabāt. s. spūs hoīm sepius separi a corpe ⁊ purgari ⁊ i tato redire ad corpa sʒ nō oēs i hoc sēsu eoꝝ sn̄iam ita clarā accipe quorū est cor insipiēs ⁊ obscuratū vt dicit apo. ad ro. i. c.

Incipit tabula .14. libri.

INcipit liber decimusquart⁹ in quo tractabitur q̄stio grecorū de visione nuda ⁊ clara diuine essentie a veris beatis Et habet vinginti nouem capitula.

Primum capitulū exponit nudā visionem ⁊ clarā ⁊ probat ꝓpositum p illud .i. io .3. Qm̄ videbimus eū sicuti est.

Secundum capitulum ostendit idem ⁊ ꝓbat ꝓpositū ex .18. c. mat. angeli eorū i celis ⁊c. Et ex illo .i. ad co .13. tūc aūt facie ad faciē ex illo apo .20. videbunt faciē eius.

Tertium capitulū obicit de dicto .10. ⁊ soluit oñs q͡ accipi dʒ de visione ditatis ⁊ nichilomin⁹ ꝓpositū pʒ p illō ad col .3. vita vestra abscōdita est cū xp̄o in deo ⁊ p p̄s .30. i te diñe spe.

Quartum capitulum ostēdit idē ex p̄s. q̄admodū desiderat ⁊ ex p̄s. q̄ dilecta ⁊ ex lib. exo. ōndā tibi oē bonū adiciēs vnā distinctionē de visione dei facie ad faciē

Quintum capitulum ostēdit idē ex illo .2. ad corin .5. dum sumus in hoc mundo in corpore pegrinamur a dño. ⁊c. ⁊ p illud io .14. manifestabo ei meipsum ⁊ io .7. vt vidcāt claritatem meā ⁊ io .16. palā de patre annunciabo vobis

Sextum capitulum ostendit idē ex illis ysa .33. Regē in decore suo videbunt ⁊ p̄s. 35. in lumine tuo videbimus lumē ysa .60. Erit tibi dñs in lucē sempiternā ⁊ .ij. petri .i. donec illuscescat dies ⁊ lucifer oriatur in cordibus vestris

Septimum capitulū probat idē ex beatitudine aīe xp̄i ⁊ obicit nūq̄d clara visio dei tatis ⁊ ex visione psonali necessario ꝯseq̄t̄ ⁊ soluit

Octauum capitulum probat visionē in aīa xp̄i p illud io .3. q͡ vidit ⁊ audiuit hoc testatur. io .5. nō potest filius a se ⁊c. ⁊ io. sicut audio sic iudico ⁊c ⁊ ibidēʒ vocē ei⁹ nūq̄ audiuistis

Nonum capitulum probat idem ex dictis scti dyonisiȷ̄ de celesti ierarchia. c .2. ⁊ .7.

Decimum capitulum obicit de dio lumie qd̄ sit oñs q͡ sit deus licet dicatur plr̄ radiȷ̄ seu fulgores ⁊ aducit p mō p̄cipalis ꝓpositi ex .i. c. ecclesiastice ierarchie ⁊ .15. ca. celestis ierarchie ⁊ .4. c. de noībus diuinis

Undecimum capituluʒ obicit de diuino radio ⁊ soluit ostendens q̄ est deus ex dictis in celesti et ecclesiastica ierarchia de diuinis nominibus.

Duodecimum capitulum ostendit principale ꝓpositum ex .14. .12. ⁊ .3. capitulis ierarchie ⁊ ex .4. c. de diuinis noībus

Decimum tertium capitulum obicit qualiter supiores angeli tradunt diuinum radium inferioribus ⁊ soluit oñs hoc fieri ministerialiter tm̄ sicut fit in ecclesiastica ierarchia ⁊ ponit cū hoc aliā sententiam.

Decimum quartum capituluʒ q͡ de⁹ nō p̄t nude ⁊ clare videri obicit p illō apostoli lucē ihabitat inaccessibilem ⁊ alia multa similia ⁊ p rationes multū difficiles ac dicta sācti dyonisii

Decimum quītum capitulum distinguit .4. modos q̄bus deus in scripturis inuisibilis affirmat̄.

Decimum sextum capitulum exponit dicta scripture sancti dyonisiȷ̄ que dñr iuxta primū modū inuisibilitatis.

Decimum sepimum capitulū exponit dicta scripture sancti dyonisiȷ̄ accepta iuxta secundū modū inuisibilitatis.

Decimum octauum capitulū exponit dicta iuxta tertiū modum inuisibilitatis

Decimum nonum capitulum est de eodem.

Vicesimum capitulum est de eodē

Vicesimum primum capitulum exponit dicta sancti dyonisiȷ̄ iuxta quartum modū inuisibilitatis dei.

Vicesimum secundum capituluʒ ostendit mirabiles effectus diuine potentie ⁊ q͡ deus est agens liberrimū

Vicesimum tertium capitulū soluit rōnes .14. c. de ꝓportione agentis ad passum ⁊ eius passionem.

Vicesimum quartum capitulum obicit difficulter ꝯtra rñsionē ⁊ soluit oñs qualit̄ act⁹ vidēdi deū clare est s̄m q̄d ⁊ quo mō ifinitus.

Vicesimum quintum capitulum inquirit q̄d sctūs dyonisius vnionē supintellectuʒ appellat oñs q͡ est vnio cū diuina essentia nude vīsa p dicta eius. c. i. de mistica theologia

Vicesimum sextum capitulū ostēdit idē p dicta eius i capitulis .i. 13. ⁊ .3. de diuinis nominibus ⁊ ex. cap .3. 9. celestis ierarchie

Vicesimum septimum capituluʒ ōndit duplicē gradū vnionis supintellectū quorū vnus est cū diuina essentia nude nō tñ clare visa q̄ a viatoribus perfectis habetur alr̄ hēt cum nuditate claritatem ⁊ hoc ꝓbat p dicta sancti dyonisiȷ̄ in de diuinis noībus inde mistica theologia

Vicesimum octauum capitulum exponit quedā difficilia verba scti dyoni in de mistica theologia. c .2. de hac vnione sup intellectuʒ

Vicesimum nonum capitulum ⁊ vltimū obicit ꝯtra ꝓbationes capitulorū precedētiū si ponatur duplex gradus vnionis

Capm. i.

IOHANNES. tenent grecorum doctores moderni ⁊ etiā armenorū aliqui q͡ nulla creatura potest diuie nature ita vniri vt nuda ⁊ clara visione intuitiua eam cognoscat nec nostram finalem beatitudinem in futuro aut angelorū sāctorū beatitudinem in presenti dicunt consistere in huius clara ⁊ nuda visione diuine substantie sed affirmant finalē creature rationalis beatitudinem in hoc esse quod cognoscat perfecte supernaturaliter illuminare quod deus non est aliquid entium sed est super oīa omnino inuisibilis sine hoc q͡ ipsum clare aut nude videat ⁊ hanc suam assertionem ascribunt suis antiquis doctoribus ⁊ precipue beato dyonisio i suis opusculis pro qua assertione michi multa vidētur facere in scriptura ⁊ rationes vt puto multum difficiles ⁊ nichilominus ecōtrario huic assertioni obuiat vt michi videtur consona omniū latinorum doctrina peto igitur vt istam sententiam primo refellas ⁊ p̄ñr dicta dyonisii de materia ista pertractes quoniam non est verisimile tam sanctū ⁊ tam eximium doctorem i hoc dixisse cōtrariū veritati ⁊ etiā ei⁹ dicta ⁊ meos obiectus absoluas ⁊ vt plenius capias illud qd̄ quero ecce intelligo clara visione intuitiua ⁊ nude diuinam naturam cognoscere nō aliud esse q̄ sic cā mentis affectu videre apte ⁊ nude sicut videmus aperte ⁊ nude aspectu corporali obiectum coloratum seu lucidum q̄tū potest aptius clarius ⁊ magis nude videri hoc tamen inesse intelligo q͡ sensus visus videt clare obiectum extra se positū seu extra ipsum sensum existens ⁊ intellectus videns deum videt eum sibi presentem ⁊ extra se si igitur visus corporalis possit lucidum vel coloratum extrinsecum sibi vnitum intra se receptum ita dure videre seu intueri sicut modo videt ipsum exterius sic visio corporalis michi videt̄ similis in claritate ⁊ nuditate ⁊ manifestatiōe visioni clare quā facialē nos latini vocamus diuine essentie p hunc modū visionis nude peto vt ostendas deum a creatura posse videri qm̄ ego adhuc hoc fieri posse non video. RICARDUS. q͡ postulas superfluum merito iudicatur apud latinos cum omnes cū corde ⁊ fide teneam⁹ cū iohanne aplō p̄ima sua canonica. c .3. q͡ dei filiȷ̄ de sumus ⁊ nūdum apparuit q̄d erimus scimus qm̄ cū apparuerit similes ei erimus qm̄ videbimus eū sicuti est p hāc enī speciem in ipso dño sanctificari nos credimus quoniā ipse io. sic imediate annexit ⁊ oīs q̄ hʒ hāc spē in eo sāctificat se sicut ille sāctus est tu tñ caue ne hac spe carens ista sanctificatione priueris credēdo q͡ deus nūc nō cognoscit̄ nisi priuatiue. s. q͡ est inuisibilis aut q͡ nō est nō eū videre sicut est vt hoc dicit iohānes. Cap .2.

nota modū dicendi armenorū de btitudine

nota q̄d sit clara ⁊ nuda visio

IOHANNES ne queso me terreas sed alia pferri mediū. Ricard⁹ cur putas dicit iacob sicut legit̄ ge .32. Uidi deū facie ad faciē. cū ibi p̄mittit scriptura ecce vir luctabat̄ cum eo vsq͡ʒ mane vnde constat q͡ deum videbat ibi in humana figura vbi videtur ob hoc ipsū illō dixisse q͡ faciem corporalem eius vidit q̄ luctabat̄

clare ꝛ aperte ꝛ nude deum vidisse sicut potuit si-
bi in tali effigie apparere qui faciem eius vidit in
qua ꝛ per quam quicunq͡ꝫ precipue cognoscitur
non quia tunc nude vidit diuinam essentiam que
oculo carnis videri non potest RICARDUS
recte respōdes quoniam sic de moyse modificādo
scriptura exponit exo.33. loquebatur autē dn̄s ad
moysem facie ad faciez sicut loqui solet homo ad
amicum suum solent enim amici in loquēdo se nu
de ꝛ aperte ac clare corporalibus occulis mutuo
intueri in facie vbi est noticia precipua corporalis
vnde non video qualiter carnalibus loquens scri
ptura aptius aut certius posset nudam ꝛ claram
spiritus visionem exprimere ꝑ verba sumpta a cor
poralibus q̄ dicēdo ꝙ facies eius videtur aut ꝙ
facie ad faciem videtur propter qd̄ etiā moyses vi
so domino in corporali figura dixit si inueni grati
am in conspectu tuo ostende michi faciē tuam vt
sciam te ꝛ post sub alijs verbis ostende michi glo
riam tuam exo.33. Et ob hoc dominus noster vo-
lens ostendere qualis est visio sui patris ab an-
gelis eam expressit hoc modo angeli eorum in ce-
lis vident faciem patris mei qui in celis est mat.
18.c. Constat autem patrem corporalē faciem nō
habere nec similem corporali in celis ꝛ ob hoc ꝑ
visionem faciei patris in celis aptissime genus co
gnitionis ipsi⁹ volebat ostendere. Et similiter pau
lus ab ipso christo accipiens euangelium qd̄ pre-
dicauit sicut dixit videmus nunc per speculum in
enigmate tunc autē facie ad faciem .i. ad co. 13.c.
et ne quis carnaliter illud accipiat statim adiūxit
nunc autem cognosco ex parte tunc autem cogno
scam sicut ꝛ cognitus sum volens exprimere ꝙ in
futuro sic nude deum cognoscet sicut tunc quan-
do hoc dixit nude deus eum cognouit quoniaz sic
solent se amici cognoscere facie ad faciem se vidē
do hic attendant greci ꝙ aposto. affirmat se in fu
turo cogniturus deum sicut cognitus erat a deo
et eum fateantur apostolum non fuisse cognitū a
deo per ignorantiam priuatiue sed solum affirma
tiue nude ꝛ clare non negent eundem sic eum co-
gniturum in vita eterna ꝙ insuper ex precedenti-
bus in eodē .c. declaratur premittit eni apostolus
sic caritas nunq͡ꝫ excidit siue prophetie euacuabū
tur siue lingue cessabunt siue sciētia destruetur ex
parte enim cognoscimus ꝛ ex parte prophetam⁹
Cum autem venerit quod perfectum est euacuabi
tur quod ex parte est per quē modū dicit sanctus
dyonisius lib. de diuinis noībus .c.4. ꝙ intelletua
les virtutes sunt superflue quando anima deifor
mis facta per vnionem incogniti inaccessibilis lu
minis radijs apponit inuisibilibus appositionib⁹
volunt ambo dicere ꝙ visis illis radijs diuinis q̄
aliud a deo non sunt euacuabitur cognitio quecū
q͡ꝫ hoīm mortalium respectu cognitoruz in illis ra
dijs q͡ꝫ cognitio speculatiua talis tūc oīno erat su
perflua aut nō necessaria saltem qm̄ in arte que fa
cta sunt omnia ipsa creata clare ꝛ nude videnda
sunt sicut ibi insuper loquēs iohānes ob causā eā
dē apoc. vlti. dicit sedes dei ꝛ agni i illa erūt ꝛ ser
ui ei⁹ seruient illi ꝛ videbūt faciē eius ꝛ paucis i-
terpositis addit ꝛ dixit michi hec verba fidelissima
sūt ꝛ vera tu igitur caue ꝙ sequitur de hoc dicto ꝓ
phetico fidelissima atq͡ꝫ vera ꝛ alijs ibi cōtentis si
q̄s diminuerit de verbis ꝓphetie hui⁹ lib. auferet
de⁹ ptē eius de libro vite. Si quis premissā nō cō

Quō moyses vidit deum

visio dei facialis non est corporalis.

tentiose acceperit cupiēs addere sensū scripture i
fallibilis ꝟitatis negare nō poterit deū nude i sua
substātia dīa videri ab āgelis ī p̄nti nec eēt viden
d⁹ sic ab oībus hoīb⁹ ifuturo qb⁹ ꝓmittit āgelo
rū equalitas lu.4. nec ei vltra mori poterūt equa
les etiam sūt āgelis ꝛ filij sūt dei. ꝛc.

Cap. 3.

Quod si quisq͡ꝫ dixerit ecō
uerso illō io. debere accipi de appitio
ne xp̄i i iudicio ꝛ de visione corporali
sui corporis gloriosi qm̄ ibidē ꝓmittit
secūdo ca. vt mei filioli manete i eo vt
cū apparuerit hēamus fiduciā ꝛ nō cōfundamur
ab eo i aduētu ei⁹ ꝛ cito post i 3. ca. sic adiūgit ka
rissimi nūc filij dei sum⁹ ꝛ nondū apparuit qd̄ eri-
mus scim⁹ eni cū apparuerit similes ei erim⁹ qm̄
videbim⁹ eū sicuti est vn̄ vt loq̄ de apparitiōe sua
secundū hūanitatē fateor ita eē sz visio corpalis
sue hūanitatis eē nō erit cā q̄re ei tūc similes eri-
mus sicut adiecit scim⁹ qm̄ cū appuerit similes ei
erim⁹ qm̄ videbim⁹ eū sicuti ē qm̄ ꝛ dāpnādi q̄ tūc
erūt oīo dissimiles sic videbūt eū i glīa corpali sic
eē scribit mat. 24. et tūc plāgēt oēs trib⁹ terre et
videbūt filiū hoīs venietē in nubib⁹ celi cū ꝟtute
magna ꝛ maiestate ēt si soli bōi sint ei⁹ gloriā cor
poralē tūc visuri nō ꝓpt illā visionem corpis sui si
cut tūc erit erūt ei similes qm̄ similitudo ista non
pricipaliter accipit silitudo cognoscēs corpaliter
ad cognitū qm̄ i hoc modic⁹ erit fruct⁹ nec in hoc
extollet stat⁹ nr̄ pcipue sicut io. vt hoc extollere.
dicēs ꝙ nūc sum⁹ filij dei sz nūdū appuit qd̄ erim⁹
ꝛc. cū igt silitudo futura cū deo tāq͡ꝫ p̄cipuus fru
ctus nr̄ a io. i hoc loco ponat q̄ fruct⁹ nobis non
erit ꝓpter visionē corpalē āt visionē alicq͡ꝫ corpis
seu hūanitatis xp̄i ꝯn̄s ē ꝙ cā illi⁹ silitudinis erit
visio ei⁹ dine substātie sicuti ē. s. nuda aptaꝛ clara
ꝙ ēt paulus apostolus ad col.3. sub alijs verbis
sic ondit mortui ei estis ꝛ vita vr̄a abscondita est
cū xp̄o i deo cū ei xp̄s appuerit vita vr̄a ꝛ vos tūc.
appebitis cū ipo i glīa volēs dr̄e vitā beatam ad
huc eē abscōditā nō i hūanitate xp̄i sz i deo cum
xp̄o vn̄ adiūgit cū appuerit vita vr̄a oñs ꝙ ꝑsōa
xp̄i erit vita vr̄a .s. imediata cā ipsius nō ei⁹ hūa-
nitatis ꝛ ꝙ illa vita i apitiōe xp̄i in iudicio nobis
appebit. s. vita nr̄a non solū xp̄s fm hūanitatē q̄z
sic maneret vita vr̄a abscōdita i deo sicut añ cum
igt deitas nobis appebit sic nos appebim⁹ i glo-
ria q̄a cū ista apitio vite nr̄e nobis ꝛ nr̄a appitio
in glīa nō tūc appebit hoīb⁹ cōturbatis. s. ipijs ꝛ
dāpnādis iō ꝓphā eximi⁹ dt ꝙ tūc erim⁹ abscōditi
i abscōdito faciei dei i ps.30. istomō deducēt ipij i
infernū muta fiēt labia dolosa q̄ loqūt aduersus iu
stum iiquitatē i supbia ꝛ i abusiōe q̄ magna mul-
titudo dulcedinis tue q̄ abscondisti timētib⁹ se ꝑ
fecisti eis q̄ sperāt i te i cōspectu filior hoīz absco
des eos i abscondito faciei tue a conturbatione
hominum ꝙ de claritate diuinitatis non de cor-
porali facie christi oportet intelligi quoniam iusti
non erunt absconditi in facie christi corporali nō
dubium sed in claritate seu clara apparitione di-
uine substantie ꝛc.

Cap. 4.

Unde idem propheta ps
41. istam claritatem videre sitiens si-
cut ceruus sitiēs fontes aquarum cla
mauit ad dominum. Queadmodum
desiderat ceruus ad fontes aquarum
ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit ani-
ma mea ad dominum fontem viuum quando ve-
niam ꝛ apparebo ante faciem dei non ante faciem
corporalem intelligens sed claritatem diuine essē
tie cum ipsa sit fons viuus non facies christi cor-
poralis nec putes eum solum desiderasse vt nude
faciē dei videre vt hoc intelligas apparere ante
faciem dei apparebat cuius oculis omnia nuda
sūt ꝛ aperta sicut dicitur ad heb.4.c. nec sitit hoc
tam ardenter propheta sed ad deum fontem viuū
sitit vt possit sitim suam extiguere faciem eius vi-
dendo hoc enim in vsu loquendi dicimus ꝛ appa
rere ante faciem alicuius. s. eius faciem apte vide
re nec iste propheta hoc iussit exponi ps. lxxxiii.
isto modo. q̄ dilecta tabernacula tua domine vir
cōcu. ꝛ de si. a m. in atria dn̄i cor. m. ꝛ ca. m exul in
de vi altaria. t. do. in sese lau. te. beatus vir cuius
est auxiliuz abs te ascensiones in corde suo dispo-
suit in valle lachrimarum i loco quē posuit vbi in
amorem vere beatitudinis future raptus ipsū de-
um qui est beatorum regio spiritualis amplissima
nunc vocat tabernacula nunc altaria nunc atria
cum tamē michil aliud desiderauit nisi deum viuū
vt exprimit ꝛ ꝯr̄ ostendens expressius quē cōcupi
uit tam ardenter ꝛ ꝙ pro illo defecit ꝛ qualiter ꝑ
christum datorem noue legis ad illud finaliter ꝑ-
uenitur adiungit Etenim benedictionem dabit le
gislator ibunt de virtute in virtutem videbitur de
us deorum in syon. ecce q̄ eleganter quasi expo-
suit quo modo concupiuit ꝛ exultauit in deum vi-
uum quod in priori ps. dicit. Apparebo ante faci
em dei mei. s. vt iret de virtute in virtutez donec vi
deretur deus deorum in syon seu in ierusalem q̄
sursum est ꝛ libera que est mater nostra vt dicit a
posto. ad gal.4.c. vnum igitur intellexit in duob⁹
ps. ꝑ appa. ante faciem dei ꝛ ꝑ videre deum deo-
rū in syon. s. eius faciem seu claritatem ꝛ ob hoc
enim volebat carni deficere ꝛ omnibus sensibus
corpis vt illam visionem accipet qm̄ non dubium
sciebat moysi dictum exo.33.c. Non poteris vide-
re faciem meā non enim videbit me homo ꝛ viuet
Et ibi moysi ante dicenti ostende michi gloriā tu-
am qd̄ sub alijs verbis ibi dixit ostende mihi faci
em tuā vt ꝛ sciam te responsum fuit ego ostendam
oē bonum tibi ex quibus nō dubitauit sibi ꝓ firmo
cōcludit ꝙ ipsum ꝛ suam essentiam clare ꝛ nude
videre posset saltem post mortē quia hoc moysi ne
gatum non fuit ad plus nisi pro vita presenti ꝛ ꝓ-
missum post mortem iuxta verba dei predicta vi-
des igitur in hijs locis ex circunstantiis scriptu-
re visionē facialem dei vocari visionem diuine sub
stantie clare ꝛ nude apparenter videnti ꝛ eius nu
dam ꝛ apertam claritatem eius facialem appella
ri qua claritate est maxime noscibilis sicut homo
per faciem q̄uis transumptiue facies dei in in scri
pturis aliter sepe sumatur ꝙ vt puto facile depre-
hendere poteris ex circunstanti littera aut ex alio
loco scripture cōuincere vbi similis est modus lo
quendi ꝛ narrat equalis aut similis. s. ꝑ facie cor
porali aut figura creature in qua apparuit sicut

nota qd̄ sit appere ante faciē dei

iacob dixisse legitur vidi dn̄m facie ad faciem ge-
ne.32. cap. ꝛ exo.33. dicit loquebatur dominus ad
moysem facie ad faciez sicut loqui solet homo ad
amicum suum quoniam facies corporis i qua an
gelus apparuit gedeoni dicta est facies angeli iu
dicum.6. vidi angelum domini facie ad faciē aut
pro presentia dei placida vel eius aspectu seu pro
eius presentia primitiua sicut sepius inuenitur in
ps in scripturis propheticis sed huiusmodi dicta
si sine animo contentioso considerentur nullate-
nus infirmari poterunt quin in locis per me supra
adductis diuine essētie clara visio ꝛ aperta ac nu
da in futuro habenda a fidelibus describatur et
etiā angelis in presenti.

Capm. 5.

Hanc visionem nudam a
postolus paulus .ij. ad cori.5.c. vocat
ambulationem per speciem ita dicēs
scientes quoniam dum sumus in hoc
corpore peregrinamur a domino per
fidem enim ambulamus nō ꝑ speciē audemus au
tem ꝛ bonam voluntatem habemus magis pere-
grinari a corpore ꝛ presentes esse ad deum quod
dictum si consideretur attentius clare probat vt
michi videtur totum nostrum propositū nemo eni
dicere potest apostolum intelligere ambulare per
speciem esse cognoscere deuz solum priuatiue qm̄
hoc est magis ambulare per spei carentiam vnde
constat apostolum velle dicere ambulare spiritua
liter per visionem aptam ꝛ claram diuine essentie
vnde enim alias tolleret fides non video ꝛ preci
pue fides trinitatis non enim potest ex aliquo effe
ctu trinitatis seu cognosci sicut ex effectu omni-
potentis proprie si effectus finitus sit talis potest
omnipotentia vera scientia deprehendi quoniam
non dubium quin omnis effectus trinitatis posset
a deo produi ex tota potentia vnde omnino vide
tur ꝙ trinitas in vna essentia simplici stari non po
test cum ibi sit sola distinctio relatiua que in nullo
creabili creato poterit inueniri nisi ipse relationes
nude ꝛ clare appareant cum nullus effectus illaz
distinctionem possit sciētifice ꝛ sufficient iferre qd̄
insuper aliud sit q̄ veritas in euangelio Jo.14. di
lectoribus suis promisit ꝙ sue diuine substātie nu
da ꝛ clara cognitio non video cum dicit. Qui dili
git me diligetur a patre meo ꝛ ego diligam eum ꝛ
manifestabo ei meipsum nō enim tam magnā pro
mitteret manifestationē sue humanitatis quā i iu
dicio mali videbunt ꝙ etiā constat ex hoc quoniā
hoc idem rogat patrem sub alijs verbis. ca.17. ita
dicens. pater quos dedisti michi volo vt vbi ego
sum illi mecum sint vt videant claritatē meaz quā
dedisti michi qua dilexisti me ante constitutionez
mundi vbi hoc clamat ante constitutionem mun-
di referri debere ad illud quod immediate prece-
dit charitatem meam quā dedisti michi non ad a
liud coniunctum qua dilexisti me quoniam edo-
cemur ex simili sententia prius in eodem. c. vbi dici
tur. Et nunc clarifica me tu pater apud meipsum
claritate q̄ habui anteq͡ꝫ mundus fieret ꝛ sic con
stat ꝙ rogauit patrem vt sui essent in futuro vbi ip
se ꝛ illi suam claritatem viderent q̄ habuit apud
patrem ante constitutionem mundi ꝛ hoc est ꝙ in
14. capitu. dicit manifestabo ei meipsum. s. meam

nota quid sit videre deuz facie ad faciem

claritatem eternam que non est aliud ꝙ mea cla-
ra essentia vnde in capitulo quarto dicit hec in ꝓ
uerbijs locutus sum vobis venit hora cum iam
non in prouerbijs loquar vobis sed palam de pa
tre meo annunciabo vobis.

Cap.6.

Hanc visionem diuine sub
stantie tanꝗ premium meritorum pre
sentium describit ysa. cap.33. sui libri
hoc modo qui ambulat in iusticijs et
loquitur veritatem qui proicit auari
ciam ex calumpnia ꝛ excutit manus suas ab om-
ni munere qui obturat aures suas ne audiat san-
guinem et claudit oculos suos ne videat malum
iste in excelsis habitat et munimenta saxorum su-
blimitas eius ꝛ panis ei datus est ꝛ aque eius fi-
deles sunt regem in decore suo videbunt et oculi
eius cernent terram delonge vbi visionem nudā
diuinitatis videtur intelligere ꝛ visionem regis in
decore suo propheta insuper dauid beatitudinem
nostram finalem prenuncians in ps.35.per hunc
modum dicit inebriabuntur ab vbertate domus
tue ꝛ torrente voluptatis tue potabis eos prudē
ter pro causa subiunxit quoniā apud te est fōs vi-
te ꝛ in lumine tuo videbimus lumen ostēdens cau
sam huius beatitudinis affluentis esse visionē lu-
minis quod est deus in lumine dei qui lux est mun
di quoniā si lumen aliud intellexisset videndum fo
re non esset visio illius creati causa nostre beati-
tudinis ꝛ cum hoc inpertinenter pro causa visio-
nis illius luminis creati subiunxisset apud te est
fons vite quoniā illa duo sibi non pertinent apud
te est fons vite ꝛ in lumine tuo videbimus lumen
creatum causam igitur beatitudinis voluit affir-
mare visionem luminis qd est deus in lumine suo
quā sententiā dicit ysa. sub hijs verbis non erit ti
bi sol amplius ad lucendum per diem nec splen-
dor lune illuminabit te Sed erit tibi dominus in
lucem sempiternam ꝛ deus tuus in gloriam tuam
ysa.6.ca. hoc est eni videre in tuo lumine ꝙ domi-
nus sit in lucem sempiternam ꝛ hoc est videre lu-
cem suam ymo se lumen qd deus qui lumen est sic
enim in gloriam scꝫ obiectum clarificans. Et pe-
trus apostolus eandem perscripsit sentētiam sub
hijs verbis donec dies illucescat ꝛ lucifer oriatur
in cordibus vestris secunde petri primo capitulo
in lumine in quo videndus est dominus ꝓpter ei9
claritatem dinā ꝛ lumen videndum scꝫ deum luci
ferum oriētem appellans qd enim cuiꝗ oritur ab
illo videtur.

nata de nuda ꝛ clara visiōe dei

Cap.7.

Item de domino nostro
iesu christo vero deo ꝛ homine quid
potuerunt dicere nunquid dicere au-
dent ꝙ ipse secundum animam ratio
nalem non nude nec clare videt suaꝫ
diuinam essentiam si enim eam non videt ex neces
sitate vnionis posset stare vnio cum omimoda igno
rantia seu nescientia quoniā vnio ꝛ si non necessa
rio efficit nudam visionem deitatis in anima xpi
multominus efficit aliꝗ aliam ipsius noticiam cū
quelibet alia eius noticia sit remotior ab vniōe ꝙ
ista ꝛ sic habent dicere consequenter ꝙ stante vnio
ne ypos. possit christus secundum animam omnia
ignorare sicut alius homo quisꝗ nec ignorās po
tuit esse beatus vnde consequenter habent dicere
non esse ex vnione beatum ꝛ pariter nec aliquod
donum habere preter eius substantiam sicut nec
habent in ortu anime hominum aliorum quoniaꝫ
non magis ad vnionē consequitur donū aliquod
ꝙ donum sapientie aut scientie que igitur vtilitas
vnionis si anima christi propter esse vnitam in nul
lo sit melior quo ad actum aut habitum si autem
de eius anima hoc affirmant scꝫ ꝙ habet visionē
nudam dine essentie de nostris hoc negare nō po
terunt quoniā si apostolus prime ad cor.15. recte
arguit resurrectionem nostram ꝛ gloriam esse fu-
turam corporis quia christus gloriosus in corpo
re resurrexit pariter argui potest gloria visionis
die in nostris animabus futura ex huiusmodi glo
ria i anima capitis nostri xpi IOHANNES
prestolare parumper. Ecce videris affirmare ex
vnione nature humane cum diuina natura visio-
nem dine essentie cū igitur diuina essentia ex vnio
ne pariter potes inferre totam scientiam diuinam
et omnes ydeas omnium scibilium ab anima xpi
nude ꝛ clare videri ꝛ ita potes concludere ꝙ ani
ma xpi habuit scientiam infinitam scilꝫ actualem
scientiam omnium scitorum a deo quod est omni
no impossibile quoniā cum eius anima sit creatu
ra finite potentie nō potest capere actualiter sciē
tiam infinitam. RICARDUS. sicut infra pa-
tebit diuina natura est obiectum liberrime agens
et liberrime se ostendens et ob hoc non ex hoc ꝙ
se ostendit nude per modum quo est essentia abso
luta qualis ostensio videtur consequi ypo. vnionē
cui videtur beatitudo annexa statim consequitur
ꝙ se ostendit per modum quo est ydea cuiusꝗ na
ture creabilis aut create quia huius ostensio nō
videtur necessario consequi vnionem nec ad eam
essentialiter ꝑtinere sicut ostensio absoluta essen-
tie tanꝗ cognitio beatificans videtur necessario
vnioni annexa in hoc ꝛ sibi similibus nos carna-
les non possumus ꝗtum michi videtur scientificā
deprehendere veritatem sed quod ꝓbabilius esti
mamus proferimus.

nota istas rationes.

Cap.8.

Vero ꝗuis ad vnionē nō
sequitur necessario visio nuda diuine
essentie nichilominus tamen ex alijs
capitulis vt videtur possumus in aīa
xpi affirmare fuisse ꝛ esse huiusmodi
visionem hoc enim michi videtur io. affirmare io
hannis 4. cum dicit qui de celo venit super omēs
est ꝛ quod vidit ꝛ audiuit hoc testatur ꝛ testimo-
nium eius nemo accipit vbi vult dicere ꝙ sicut ter
renus terrena loquitur sic celestis iste xps qui su-
per omnia est celestia loquitur scꝫ trinitateꝫ ꝛ vni
tatem in essentia diuina cuius testimonium certū
esse conuincitur quia quod vidit ꝛ audiuit hoc te
statur manifeste innuens ꝙ xps secundum huma
nitatem vidit ista celestia potest tamen accipi hoc
dictum secundum diuinam naturam scilicꝫ qd vi-
dit ꝛ audiuit hoc testatur eo ꝙ immediate premit
titur qui de celo venit super omnes est ꝛ christus
secundum humanitatem non venit de celo sed se-
cundum diuinitatem nisi quia eodem capitulo an
te christus ipse simili vsu modo loquendi dixit ni-
chodemo. Amen amen dico tibi quia quod sci-
mus loquimur ꝛ quod vidimus testamur de eodē

ꝓbatio ꝙ xps secūdū hūanitateꝫ vidit essētiā diuinam

et secundum illud videtur dictum testatio vero nō
dubium secundum humanitateꝫ eius fiebat. vnde
colligitur rationabiliter visionē secundum huma
nitatem etiā debere intelligi vtrobiꝗ vt sit sensus
qd vidimus de diuina natura secundum naturā as
sumptam testamur secundum eam per eandem na
turam ꝛ ꝙ vidit ꝛ audiuit. s. de ineffabili diuinita-
te secundum naturam suam assumptam hoc testa
tur secūdum eandem naturam hanc eandem sen-
tentiam christus ipse. c.5. affirmat consequēter cū
dicit Amen amen dico vobis non potest filius ꝗc
ꝙ facere a se nisi quod viderit patrem facientem.
Constat ꝙ filius non potest videre patrem facien
tem nisi videat patrem ergo sequitur filium vide-
re patrem nec est hoc accidens in natura diuina
vt intelligamus hoc christum velle dicere ꝙ fili-
us secundum diuinitatem non potest a seipso quic
ꝙ facere nisi quod viderit patrem facientem quo
niam consequenter sequitur pater enim diligit filiū
et omnia demōstrat ei que ipse facit ꝛ maiora hoꝝ
demonstrabit opera sicut enim pater suscitat mor
tuos ꝛ viuificat neꝗ enim pater iudicat quemquē
sed omne iudicium dedit filio ꝛ cito post potesta-
tem dedit ei iudicium facere quia filius hominis
est que sunt dicta de filio secundum humanitatem
quomodo enim verum esset pater non iudicas
quemquem sed omne iudicium dedit filio nisi se-
cundum humanitatem hoc intelligeretur cum se-
cundum diuinitatem eque iudicet pater sicut fili9
sicut ergo secundum humanitatem filij pater dat
filio iudicatiuam potestatem sic secundum eandē
humanitatem demonstrat filio quecunꝗ facit ꝛ se
cundum eandem est dictum filius non potest quic
ꝙ facere nisi quod viderit patrem facientem ita vt
intelligatur ꝙ filius secundum humanitatem i ol
suo opere nude patrem conspiciat sicut ipē hoc ci
to post affirmasse legitur hoc modo nō possū ego
a meipso facere quicꝙ sed sicut audio iudico idē
auditionem ꝛ visionem appellans secundum hūa
nitatem videtur esse dictum quoniam secunduꝫ di
uinitatē a seipso potuit facere quod voluit vnde le
gitur. c.10. dixisse de anima sua nemo tollit eam a
me sed ego pono eam a meipso igitur hec accipiē
da sunt hoc modo vt filius secundum humanita-
tem semper in operando intueatur apud patrem.
s. in patris specie subleuate nude videatur quid fa
ciat quia iuxta meum sensum ipse stati clarius pa
tefacit sequitur enim ibi ꝛ iudicium meum iustum
est quia non quero voluntatem meam sed eius vo
lūtatem qui me misit si ego testimonium perhibeo
de me ipso testimonium meum non est verum sed
alius est qui testimoniū perhibet de me ꝛ scio ꝙ ve
rum est testimoniū eius. ꝛc. ꝙ hoc video apud pa
trem meum speciem ꝛ audio hoc apud eius vocē
eque aliud non sunt ꝙ sua esse sic enim sequit qui
misit me pater ille testimoniuꝫ perhibuit de me nec
vocem eius unꝗ audistis neꝗ speciem eius vidi
stis vbi supplendū puto sicut ego audio vocē eius
et speciem eius video ob hoc enim videtur nega-
re ab eis ignorantibus vt innueret ea sibi attri-
bui.

Cap.9.

IOHANNES ista libē
ter accipio perge vlterius.
RICARDUS beatus dyonisius
cui isti patentur ascribunt nostre sen-
tentie contrarium multis locis expres
sit nostrum propositum ecce enim in de celesti ierar
chia. c.2. exponens quid sit intellegendum per cō
cupiam attributam in sacris eloquijs spiritib9 ce
lestibus dicit amorem diuinum intelligere oportet
eius qui super rationem ꝛ intellectum immortali-
tatis ꝛ indeclinabile ꝛ in remissum desiderium ei9
qui supsubstantialiter caste ꝛ impassibilis contem
plationis eius que ad illam puram ꝛ supremaꝫ ca
ritatem ꝛ non apparentem ꝛ pulcherrimam decē
tiam eterne vere intelligibilis cōmunicatiōis vbi
exprimit supsubstantialiter castam ꝛ impassibilem
contemplationem que aliud non est ꝙ in contem
platione supsubstantiali bonitatis ipsam contem
plationem efficiētis supersubstātialiter castā ꝛ im
passibilem sicut amor sibi annexus est amoris im
mortalitatis que est sup rationem ꝛ intellectum. s.
dei ꝛ sicut communicatio ēt ꝙ dicit coniunctā est
cōicatio illius supreme claritatis ꝙ dicit non ap-
parentem que est super rationē ꝛ intellectum sic ꝙ
naturaliter non potest attingi ego in hoc dicto ali
um sensum actorum non video ꝛ. ca. 7. dicit supre-
mam adornationem ꝙ deum immediate colocari
ꝛ preoperatrices theophenias ꝛ ꝑfectiones in ip
sam velut in proximam in illam defferri vnde con
stat ꝙ vult affirmare diuinam virtutem operatricē
omnium illis apparere principalius ꝙ alijs sepi
us repetit isto cap. ꝛ ibi. c.7. ostendens supreme ie
rarchie auctoritate perficiuntur dicit eas esse ꝑ
fectas non vt varietatis sacre resolutiua scia illu
minatas sed vt ꝑsona ꝛ superexcellente deificatione
repletas ꝛ ad immortalē ꝛ i intelligibilē decētiam
vt fas in contemplatione adducunt ꝛ diuinarum
operationū scientificas rationes vt primo ꝛ circa
deum existentes edocētur ꝛ pñr dicit quod illa su
prema ierarchia immediate extēditur in ipsā ielar
chiam ierarchisante multo lumine perfectā ꝛ pri-
mo lumie plenā ꝛ addit sic prima celestium substā
tiarum adornatio in circuitu dei ꝛ circa deum im-
mediate stans ꝛ simpliciter ꝛ indesignanter circui
ens eternam ipsius cognitionem secundum supre
mam vt i āgelis semper mobilē collocationē mul
tas quidem ꝛ beatas videns pure contemplatio
nes simplices aut immediatos fulgores illumina
tas ꝛ dino nutrimēto repletas multo quidē primo
data fusione vna autem inuariata et viuifica ie-
rarchie epulationis vnitate in hijs cōstat magnū
dyonisiū velle intelligere ꝙ ille virtutes supreme
deificatione replete contemplantur inmortalē ꝛ in
telligibilem decentiam. s. diuinā essentiam ꝛ ꝙ edo
centur imediate a deo rationes scientificas diuia
rum operationum tanꝗ multo luie perfecte ꝛ pri
mo luminis plene quod non est aliud ꝙ plene deo
cū ipse sit lumē primū ꝛ sic cernūt indesignāter eter
nā dei cognitionem quod aliud non est nisi primo
lumine qd est deus sic plenas esse indesignāter ꝑ
contemplationem seu visionem quā intendunt in
diuina cognitione. s. artem qua facta sunt oīa vi-
dentes vt dicit pure ipsius dei contēplationes ac
per hoc diuino nutrimēto replentur vt dicit ꝙ nu
trimentū multum est. vt dicit primo data fusione

nota auctoritatē beati dionisij

scilicet ꝙ primo funditur multis et copiose et est vnum propter vnitatem thearchice epulationis .s. quia est epulatio diuina vnius diuine essentie simplicissime.

Cap.10.

nota ista de scia diuina

Hec moueri debes si primum lumen simplicissimum qd deus est simplices fulgores appelles quoniam rationem illius locutionis pri⁹ exposuit in primo capitulo dicens ad simplicem extendamur ipsius radium eternũ nec ipse aliquando a propria singulari vnitate alia littera habet in trinitate relinquitur ad anagogicã autem ⁊ viuificam premissorum contemperantiam vnde decenter multiplicatus ⁊ procedens manet intra seipsum inuisibiliter in maiori ydemptitate vniformiter fixus vbi vult dicere ꝙ radius diuin⁹ est semper in se fixus inuisibiliter ⁊ immobili ydẽptitate ⁊ multiplicatus dicitur propter diuersam eius susceptionem in diuersis vnde dicit post. ca. decimoquarto. ꝙ intellectui aliquãdo visionũ dissimilitudo participationes facit differentias paruas vel magnas obscuras vel claras vnius ⁊ simplicis ⁊ semper similiter habentis ⁊ semper expãsi fontem radij sic enim supra capitulo isto scientiam diuinam vnam ⁊ simplicem et scienficas rationes diuinarum operationũ nichilominus illam sepius nominauit ⁊ capitulo quarto de diuinis nominibus dicit ꝙ diuini intellectus angeli moueri dicuntur circulariter vniti in pricipiatis ⁊ in terminatis illuminationibus pulcri ⁊ boni pluraliliter vnum lumen eternum inprincipiatum ꝓpter effectus multiplicatos ⁊ illuminatiões appellãs vt autem scias istud nutrimẽtum diuinum seu epulationem diuinam consistere in fruitione essentie clare vise secundum istum magnum doctorem ecce in de ecclesiastica ierarchia capitulo primo. sic dicit de hac suprema ierarchia quedam volũtas est rationalis salus earum ꝙ secũdum nos ⁊ que sup nos substantiarum hoc autem non aliter fieri potest nisi deificatis hijs qui saluantur deificatio autẽ est nostri ad deum vt possibile est assimilatio ⁊ vnio omnium aut communis ierarchie finis est ad deum ⁊ diuina accepta dilectio ⁊ in deo manent ⁊ vnione sãctificata ⁊ ante hoc quidã aliqua contrarijs perfecta ⁊ inconuertibilis recessio cognitio entium secundum quod essentia sunt sacre veritatis ⁊ visio ⁊ scientia vniformis perfectionis diuina participatione ipsius vnius impossibilis inspectionis cibatio nutriens itelligbilis ⁊ deificãs omnium ipsam vides ꝙ dicit salutem consistere in deificatione sicut hoc capitulo septimo dicit substantias supremas esse perfectas tali deificatione et deificationem dicit esse assimilationem ⁊ vnionem ad deum quam vnionem ⁊ assimilationem describit in hoc cõsistere seu integrari ex quinto exarcta dei ⁊ diuinarum dilectione vnitiue ⁊ manentes in ipso deo sacrificata scilicet sacre oblata et fixa ex cognitione entium secundũ ꝙ entia sunt qualis non est cognitio nisi visione suarum rationum clare in arte preoperatrice non dubium ⁊ visione ⁊ scientia sacre veritatis scz diuine essentie q̃ veritas est ex participatione diuina scz supernaturali vniformis perfectionis scz perfectionis semp vnomodo manentis ⁊ ex cibatione nutriente inspectionis seu visionis ipsius dei vnius scz q̃ vni⁹ est sed ante hoc est alia preparatio vt dicit scz perfecta ⁊ inconuertibilis recessio a contrarijs scilz ab omnibus impeditiuis non potest igitur dubitare quin finalis habitudo seu deificatio vt hic vocat consistit in clara ⁊ nuda cõtemplatione dei visione seu inspectione diuine essentie hanc visionem clarã affirmat manifestissime inde celeste ierarchia capitulo decimoquito. ostẽdẽs quare supremi ordines spirituum celestium aliquando aq̃le appellantur sic dicens estimandum ea que aqle regale ⁊ altiferum ⁊ titinelum ⁊ ad potentificũ alimẽtum accutum ⁊ vigil ⁊ incursiuum vnde machinatiuum ⁊ ad copiosum ⁊ multiplicati luminis radium thearchice solaris emissionis in mediam virtutum suauissimis extensionibus non impedite secũdum rectum ⁊ indeclinabiliter speculatiuũ q̃uis enim hec verba inexercitatis in sermonibus huius sancti doctoris videantur obscura tamen apud exercitatos in suis scripturis claret ĩ hoc dicto ꝙ ideo angeli comparantur aquilis et aquile appellantur quia sicut aquile ad suum alimentum intuendum habent acutum vigil ⁊ incursiuum ⁊ vnde machinatiuum ⁊ virtutem sanã visiuam inspectiuam indeclinabiliter secundum rectum aspectum solem corporalem sic habent spiritus celestes virtutes visiuas suauissimis extensionibus secundum rectum ⁊ indeclinabilem speculandi radium multi habens theartice scilz diuine solaris emissionis sic vt in reuerberato ex indeclinabili aspectu speculantur ⁊ vident radium solis iusticie ⁊ ibi parum ante ostẽdens qualiter angeli dicuntur habere oculos dicit hoc esse ad manifestandum in eis per visiuas virtutes ad diuina lumina clarissimum christum vnde constat ꝙ vult intelligere angelos clare ⁊ nude respicere seu videre deum seu diuina lumina scz solem iusticie sicut predixi sicut oculi corporales solem respiciũt corporalem nec video ꝙ aliud intelligit capitulo quarto de diuinis nominibus cum dicit ꝙ diuini intellectus scz angelici moueri dicuntur circulariter vniti in principiatis interminatis illuminationibus pulchri ⁊ boni.

angeli cõparãt aquilis

Cap.11.

IOHANNES cur non potest intelligi lux creata per radium diuinum sicut per radium fontanum de quo hic superius est locutus.

RICARDUS. quia lux creata nõ est angelis pro obiecto faciẽte seu beatificante sicut dicit radium fontanum semper sequitur se habente ⁊ similiter expansum ꝙ luci create non conuenit ⁊ in capitulo tertio vocat eum radium thearchicum pricipaliter lucidũ quale nichil est preter deum ⁊ in capitulo quarto de diuinis nominibus dicit ꝙ sẽper sol ⁊ per se bonum omnibus existẽtibus analogice supermittit totius bonitatis radios propter hoc substiterunt intelligibiles ⁊ intellectuales virtutes oẽs ⁊ substãtie ⁊ virtutes et operationes propter hos sunt vnde cõstat ꝙ iste radius oẽs creaturas precedit quicq̃ ipsorum effector que propter eius multiplicem distributionem ab ipso facto sepe vt supra dixi plures radij appellatur sic hoc capitulo quarto. dicit ꝙ per se bonum lumen seu lux vocatur ⁊ dicitur lumẽ in-

telligibile quod super omne lumen bonum vt lumen fontanum ⁊ superemanans luminis effusio ⁊ capitulo primo dicit per se bonum in se ipso manente firmat super substantialem radium ⁊ ibi cito post insuper substantialem radium sed ꝙ fas apponimus in quo omnes termini oĩm cognitionem super ineffabiliter preexstiterunt que manifeste ostendunt ꝙ radius iste diuina est claritas seu substantia nec vsq̃ vt puto inuenies hunc doctorem diuinum seu thearticum seu fontanum radium aliud appellare q̃ diuinam essentiam suas creaturas analogice illustrantem cuius rationem facile potes aduertere quoniã lex creata in angulo non procedit per alias naturas ⁊ ideo nec radius congrue dici potest sicut nec lux existens in sole radius appellatur sed lux incedens per substantiã dyaphanã radius appellatur vnde in ecclesiastica ierarchia capitulo secundo vocat diuine beatitudinis bonitatem lumen ĩtelligibile qd super expandit radios super intellectuales naturas seu sint bone seu sint male addens ꝙ cum spõtanea petens se auertit ab illo lumine intelligibile amore malicie claudẽs naturaliter infinitas ipse ad illuminari virtutes excidet a presenti lumine non recedente semp splẽdente ipsi oculos claudente ⁊ aduerse occurrente benigne non est aliud lumen q̃ deus qd oculos mentales claudenti substrahitur ⁊ iterum aperienti occurrit quoniam lux creata tanq̃ accidens in subiecto si substraheret periret.

radi⁹ fõtanus ẽ diua essentia

Cap.12.

IOHANNES Dic plura si placet. RICARDUS Sanct⁹ dyonisius in de ecclesiastica ierarchia capitulo decimotertio comparat diuinum radium radio solari in participacione eius a spiritalibus substantijs in hoc ꝙ sicut solaris radij distributio in primam materiam sibi coniunctam bene distribute incedit omnibus clariorem ⁊ per ipsam manifestius resplendere facit proprios splendores accedens autem crassioribus materijs obscuriorem habet distributiuam superapparitionem sic secundum eandem naturalis bone ordinationis rationem supernaturaliter omnis adornationis visibilis ⁊ inuisibilis ierarchia scz diuinitatis adornationis principium proprie luminis dationis claritatem primo apparenter cum ditissimis fusionibus super primis substantijs manifestat ⁊ per has que post ipsas substantias diuino radio participãt ipsi enim cognoscentes primo deum ⁊ diuinam virtutem superpositam desiderantes eas que post ipsas substantias ipse ad simile q̃ta virtus conformiter extendunt copiose ipsis credentes superuenientem claritatem ⁊ cursus ille substantijs ⁊ secundum vnam q̃ prima ea que post hanc tradit donatum ⁊ in omnes analogice prouidentia pertransiens diuinum lumen vnde ex quo istam claritatem luminis dati a deo scz diuini radij sicut ipse auctor adiungit primo apparenter manifestat primis substantijs celestibus omnino consequitur ꝙ ipse substantie illam claritatem vident alias eni nec manifestaretur eis nec primo apparenter eis funderet ꝙ etiã consequẽter ipse adiungit hocmodo est igitur oĩbus illuminatis principium qd est illuminari de⁹ quidem naturaliter ⁊ vere ⁊ principaliter vt luminis substantia et ipsius esse vbi manifeste dicit ꝙ deus est substantia luminis ⁊ videndi causa essendi ipsius in alijs igitur ⁊ est lumen ⁊ claritas ⁊ radius luminis visus ab angelis quod lumen quam claritatem quẽ radium superiores primo apparẽter videant vel vident ⁊ consequenter inferiores analogice per superiores hoc insuper eodem capitulo parum ante affirmat quẽdam alium dixisse quadam ratione nõ valide incõueniente hoc modo ꝙ thearchica virtus per omnia incedens irretentibiliter trãsit omnibus rursus inapparibilis non solum vt ab omnibus segregata sed ⁊ vt occulte ad omnia dimittens per visiuas ipsius operationes sed tamen ⁊ omnibus intellectibus analogice super apparet Ecce q̃ clare ⁊ nude illum alium cuius dictum commendat dixisse ꝙ thearchica virtus que transit ⁊ incedit irretentibiliter per omnia qualis virtus nulla est nisi domin⁹ ipse omnibus inapparabilis scz naturaliter secundũ illud quod est totaliter sicut apparet omnibus intellectualibus nec dubium quin illi eam vident q̃bus sic super apparet. Item de ecclesiastica ierarchia capitulo sexto dicit ex deo quidam immediate primas pillas autem rursus ex deo subiectas analogice ipsas illuminari manifestissimas manifestius thearchica radij claritates quomodo em recipient inferiores angeli a superioribus manifestissimas diuini radij claritates nisi eas nude et clare conspiciant quoniã per manifestissimas vĩ genus clarissime cognitionis exprimere ideo non aliunde vt videtur vocat iste doctor angelos specula clara ⁊ purissima ac splendidissima inde diuinis nominibus capitulo quarto. Et in de celesti ierarchia capitulo tertio nisi quia eis nude ⁊ clare tanq̃ obiectum potest lucere et apparere lux suprema radius supremus thearchicus in illo et capitulo quarto probatur ꝙ in angelis nõ est malum per hoc ꝙ angelus est ymago dei et manifesti luminis speculum purum splendidum immaculatum inconterminatum incoinquinatum suscipiens totam si fas est dicere pulcritudinem boniformis deiformitatis ⁊ immixte refulgens in se ipso q̃admodum possibile est bonitatem eius ꝙ in abditis silentij ⁊ in capitulo tertio de celesti ierarchia specula clarissima ⁊ immaculata susceptiua sub spẽ principaliter lucidi ⁊ atheargici radij hec omnia satis affirmant ꝙ iste sanctus doctor volebat dicere angelos diuinam essentiam nude ⁊ clare videre ⁊ animas debere eam similiter in futura vita videre

Cap.13.

IOHANNES hic posco a te dissolutionem vnius obiectus ecce enim a sancto dyonisio adduxisti ꝙ supremi angeli thearchicum radium seu diuinum lumen tradunt inferioribus nec diuine illuminationis participatio est in inferioribus nisi per priores sicut iste sanctus auctor affirmare sepe videtur ĩde ecclesiastica ierarchia ca.3.4.5.7.8.⁊ 13. in tantum ꝙ superiores dicun doctores inferiorum deiformiores operatores diuinorum in ipsis sicut dicit capitulo decimotertio et inferiores ad supremos tanq̃ ad doctores diuinorum cooperatores referunt vt dicit ibi capitu

Obiectio ꝯ predicta

lo .13. omnem sacram et dei mutatiuam opera
tionem ⁊ sunt eis principiū omnis sacre ⁊ dei co-
gnitionis ⁊ dei mutationis vt per illos in omnes
et in nos thearchica illuminatiōe distributa cum
ergo visionem nudam diuine essentie nō possit al-
tera creatura alteri creature tradere quia est sup
eius potētiā et naturam ymo si posset hoc facere
posset vnus angelus alterum angelum beatifica
re quod inconueniens valde videtur. Consequi vi
detur ꝙ beatitudo illorum inferiorum non consi-
stit in nuda visiōe diuine essentie. Item ex quo an
geli boni fuerant omnes simul beati seu confirma
ti in beatitudine non videtur ꝙ vnus alteri beati-
tudinem tradidit cum causa semper precedit effe
ctum. RICARDUS. diuinum lumen qd nu-
de visuȝ immediate beatificat quod est deus vt su
pra ostēdi ideo nulla creatura causaliter ⁊ imme
diate sed solum ministerialiter et mediate alteri
creature tradere potest sicut nec excercendo sa-
cramenta ecclesie possunt ierarche seu sacerdo-
tes taliter immediate tradere spiritum sanctū seu
gratiam spiritualem sed tantum possunt efficere
sacramēta quibus perfectis deus ipse per se ime-
diate dat spiritum sanctum sicut enim legitur A-
ctuum.8.ca. qui cum venissent orauerunt pro ipsis
vt acciperent spiritum sanctum ⁊ sequitur tūc im
ponebant manus super illos ⁊ accipiebant spiri-
tum sanctum. Ecce ꝙ apostoli orabant vt alij spi
ritum santum acciperent non eum eis tradebant
nec hierarchizati in ecclesiastica ierarchica qui an
nos discretionis attingunt spiritum sanctū in ba-
ptismo aut in confirmatione accipiunt nisi prius
instructi in fide per ierarchas ad deum cum reue-
rentia ⁊ amore se sancte ⁊ caste conuertant cū eū
hoc fecerunt deus ipse in collatione sacramenti
immediate per se ipsum gratiam ⁊ spiritū sanctū
tradidit sicut pulcre tradit sanctus dyonisius in
de ecclesiastica ierarchia capitulo quinto ostēdit
ꝙ baptizandus primo informandus est a suo an-
docho id est ductore ⁊ consequēter a ierarcha e-
narrat ei diuina ⁊ sancta conuersatio ⁊ ipse requi
situs si sic viuere velit sancte ⁊ pie fatet se hec vel-
le facere ⁊ sic eum baptizat ⁊ manus sibi imponit
et tunc dicit dyonisius sic ad deum reductum di-
uina beatitudo ad sui ipsius participationem sus
cipit ⁊ proprium lumen queadmodum quoddam
ipsi signum tradidit diuinum perficiens commu-
nicatorem diuinorum hereditatis ⁊ sacre ordina-
tionis quorum est symbolum sacrum a ierarcha
accedenti data significatio ⁊ sacerdotum saluta-
ris descriptio saluandis ipsum cōnumerans. Ec
ce ꝙ ierarcha non perficit nisi symbola scilȝ sacra
sancta ⁊ diuina beatitudo reductum per sacra
et doctrinam ad ipsum ita ꝙ cum reuerentia ⁊ ar
denti amore cupiat fieri deific⁹ ⁊ deo insolubiliter
adherere ad sui participationem suscipit ⁊ ꝓpriū
lumen tanꝗ quoddam signū sibi tradit similimo-
do dicit iste sanctus fieri ierarchizationem in ie-
rarchia angelica vt in celesti ierarchie capi.13. di-
cit omnibus igitur illuminatis principiū eius qd
est illuminari deus quidem natura ⁊ vere princi-
paliter vt luminis substantia ⁊ ipsius esse ⁊ vidē-
di causa deiformiter autem ⁊ immutatiue ea que
secundum partem supposita ei que post ipsum vni
cuiqꝫ in diuino lumine per ipsum in illam superue
hi. Et statim post propter quod ⁊ omne sacramē

creatura mediate solum alterā beatificat

tum ⁊ dei mutatiuam operationem ad deum quis
dem vt causam referunt ad primos autem difor-
mes intellectus vt primos operatores diuinoruȝ
et doctores angeli igitur alios ierarchizātes nō
eis imprimunt beatificam visionem aut lumen sub
stantiale sed eos de alijs vtilibus instruunt vt per
huiusmodi instructionem ardenter ⁊ desiderāter
et reuerentur se ad deum conuertant ⁊ sic disposi-
ti immediate a deo luminis diuini vel verius dei
luminis visionem accipiant per quā prius in sua
arte ignorata conspiciunt nec per alium modum
prout angelus alteri angelo diuinum lumē quod
deus est tradere aut in alio angelo eiusdem lumi-
nis claram visionem efficere quod non est ꝓprie
efficere sed verius ad causā suscipiendam subie-
ctum preparare seu disponere vt possit clarā vi-
sionem artis supreme ab ipsa arte immediate sus
cipere qui modus tradendi lumen diuinum in nul
lo infringit illud quod supi⁹ probauim⁹ sicut vi-
des scȝ ꝙ angeli beati nude ⁊ clare vident diuinā
essentiam neqꝫ vsꝗ sanctus dyonisius alium mo-
dum aut confirmat traditionis radij ierarchia-
ci seu supremi luminis esse in angelis Quis eius
verba in locis tactis per te superius si nude acci-
perentur ⁊ non cōferantur ad alia dicta ipsius ex
pressiora in locis alijs possent alium erroneū sen
sum pretendere quia etiam talis visio diuini radij
non est pars beatitudinis essentialis quoniā bea
titudo consistit in visione dīne essentie vt est essen
tia non vt sapientia ideo ⁊ non arguit ꝙ angelus
vnus beatitudinē in aliquo alio modo efficiat sed
erant simul omnes angeli beati immediate a deo
sine ministerio alicuius alterius eorūdem quoniā
alias posterius beati occasionem standi in bono
preceteris scilȝ cognitionē beatitudinis aliorꝫ qd
non erat conueniens habuissent si tibi autem pla
cet dicere ꝙ sicut lux in medio propinquo soli si-
mul cum sit ex causa lucis in medio remotiori es
sic esse posset de dei pōa si ipsa media simul essent
pariter dicat de deo ⁊ angelis statuisse vt quic
quid perfectionis fieret mediantibus prioribus
etiam voluntate priorū adhuc nature ordine pre
cedente dum tamen hoc posset deffendere non re
sisto quia hec videntur huius sancti verba sepe ꝓ
tendere. Constat autē ex premissis siue primo mo
do diximus siue secundo angelos in presenti di
uinam videre essentiam nude ⁊ clare et homines
in futuro similiter eam esse visuros.

Cap.14.

RICARDUS dic tu qd
contra hoc hēs. IOHANNES
contra hoc dicit apostolus de deo ꝙ
lucem habitat inaccessibilem quam
nullus hominum vidit sed nec videre
potest prie ad thy.6. quod dictum plane obuiat ꝓ
dicte tue sentētie ⁊ ibi capitulo primo. dicit regi
autem seculorum immortali inuisibili soli deo ho
nor ⁊ gloria quod autem est inuisibile nec ab an-
gelo nec ab homine potest videri ymo apostolus
hoc sepius replicat scȝ ꝙ filius est ymago dei inui
sibilis ad col. primo ⁊ secūde ad cor.4. secundū
vnam litteram ⁊ ad ro. primo dicit apostolus inui
sibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspi-
ciuntur ⁊ ibi ca.11. dicit ꝙ incomprehēsibilia sunt
iudicia eius inuestigabiles vie ei⁹ prime ad cor.

soluunt auctoritatesꝗ videt dre oppositū de clara dei visione

secūdo capitulo dicit nemo nouit ea que dei sunt
nisi spiritus dei. Et sanctus dyonisius sic dicit ꝙ
deus est omnibus inuisibilis innominabilis occul
tus omnibus quem nullus vidit neqꝫ videbit ⁊ est
inapparibilis inuestigabilis ⁊ multa similia sepe
dicit in de celesti ierarchia ⁊ in diuinis nominibus
et in de mistica theologia ⁊ in suis epistolis ꝗ om-
nia cum multis dictis similibus in scriptura vidē
tur manifeste pretendere ꝙ deus nō potest in sua
diuina substantia nude videri ab aliqua creatura
pro hoc insuper video rationem multiplicem quo
niam in omni nuda visione ⁊ aperta oportet vidē
tem ⁊ rem visam proportionari adinuicem alioqn
res visa videntem corrumperet quoniam omnes
philosophi dicere solent ꝙ etiam finitum sensibile
tantum excellens quod corrumpit sensum nō om
nino sentitur vnde dicit ar.primo methaphisice ꝙ
oculus nitticoracis non potest solem videre ꝓpter
eius improportionem ad tam excellens obiectuȝ
Constat autem ꝙ diuine substātie infinite ad crea
tam virtutem visiuam quecunqꝫ sit illa nulla sit
proportio vnde cōsequi videtur ꝙ substātia a nul-
la creatura videri potest clare ⁊ nude sicut nec sol
si esset luminis infiniti ab oculis carnalibus vide
ri posset sed statim visum corrumperet videtur ēt
ꝙ actus videndi obiectum debet esse proportio-
natus obiecto alioquin per illum actum obiectū
videri seu nude cognosci non posset sicut est in vi-
sione corporea ⁊ sic si obiectum infinitum clare vi
deretur esset actus videndi illud in creatura in
finitus qd esse non potest quod potest confirmari
per hoc ꝙ actus quo clare ⁊ nude videtur obie-
ctum infinitum est in infinitum perfectior et no-
bilior ꝗ actus quo videtur obiectum finitum
quoniam si aliqua accidētia sint substātia similia
perfectio seu nobilitas visiōis est a nobilitate ob
iecti igitur videtur sequi si aliqua accidētia sint si
milia ꝙ vna est proportio obiectorum in perfectio
ne seu nobilitate actuum quibus videntur et sic
consequitur ꝙ actus videndi obiectum infinitum
scȝ deum est in infinitum perfectior seu nobilior ꝗ
actus quo videtur obiectum finitum sed quod in
infinitum excedit finitum aliud in perfectione seu
nobilitate non dubium est infinitum ⁊ sic conse
quitur ꝙ actus videndi deum nude si esset perfe-
ctionis eēt infinite istud videtur firmari per alium
modum quoniam illud quod obiectuȝ est infinitū
imprimit videnti ipsum ꝑ quod assimilatio cogno
scentis ad cognitum non est finitum quoniam sic
per illud impressum non videretur fieri perfecta as
similatio videntis ad rem visam ita vt illam clare
videret secundum illud quod est quoniam finituȝ
clare non potest representare per assimilationem
infinitum secundum illud quod est ⁊ sic consequi-
tur si illud impressum representat nude ⁊ clare in
infinitum obiectum assimilando illud videnti ꝙ il
lud sit infinitum quod quia esse non potest videtur
omnino consequi ꝙ diuina substantia a creatura
nude ⁊ clare videri non potest videtur insuper ꝙ
si quis clare videret diuinam substantiam cum di
uina substantia sit eius sapiētia seu scientia ille nu
de videret totam sapientiam diuinam seu scientiā
et ita nichil posset eum latere dum illam sapientiā
sic clare videret quod tamen ipsa sapientia in eu-
uāgelio negat expresse de angelis mat.24. ⁊ mar.
13. cum dicit de die ⁊ hora nemo scit neqꝫ āgeli ce

sequūt rōes

lorum si insuper aliqua creatura clare videret q̄c
quid substantie diuine scientie videndo illam illa
creatura actu sciret infinita cū diuine scientie sint
subiecta scibilia infinita scȝ figure ⁊ eius linea ac
puncta que sunt in mūdo aut omnia possibilia fie
ri que non dubium sunt infinita cum igitur in crea
tura actu vidente diuersa sit respectu diuersorum
actus videndi diuersus consequitur ꝙ creatura si
mul posset habere actus visionis infinitos diuer-
sos ⁊ simili ratione actus diligendi infinitos ⁊ di
lectiones infinitas distinctas ⁊ sic esset perfectio-
nis infinite ex quo haberet in se perfectiōes actu
distinctas infinitas

Cap.15.

RICARDUS quis igno-
res hec obiecta tua dissoluere sicut for
te nō omnia nosti explicare dubia que
possunt suscitari tibi inter trinitatem simplicem in
finitam ⁊ ministerium incarnationis domini ihesu
christi ⁊ circa sacramentū altaris sicut fateor me
nescire non tamen debes tā patenti assertioni scri
pture infallibilis repugnare sed potius eius alti
tudinem admirari ⁊ dissolutionem huiusmodi dif
ficilliū questionum doctoribus reseruare verum-
tamen accipe quod deus pro presenti michi vi-
dere concessit videtur michi enim preter commu-
nem vsum quo dicim⁹ aliquid inuisibile quia ocu
lo corporali videri non potest in sacris litteris et
scripturis doctorum sanctorum ⁊ philosophorū
ꝙ multipliciter deus inuisibilis dicitur vnomodo
quia a carnaliter viuentibus nude ⁊ clare visione
intellectus videri non potest secundomodo quia
per nullam diligentiam ad eius nudam ⁊ claram
visionem potest creatura attingere tertiomodo ꝙ
licet clare ⁊ nude videri posset a creatura super-
naturaliter adiuta tamen propter eius infinitatē
plene secūdum illud quod est siue perfecte siue ꝓ
portionaliter nobilitati siue infinite sue essentie a
creatura videre non potest ad quē modum perti-
net modus inuisibilitatis ⁊ impalpabilitatis ⁊ in
accessibilitatis que dicūtur cōtra passiue de quo
loquitur beatus dyonisius in de diuinis nominib⁹
capitulo septimo dicens huiusmodi dicta de deo
non significant priuationem sed potius excellen-
tiam sicut enim dicit ipse consuetum est theologis
contrapassiue in deo ea que priuationis abnega
re sic ⁊ inuisibilem aiunt eloquia omnino manife-
stam lucem ⁊ multum laudabilē ⁊ multum ineffa-
bilem ⁊ immunerabilem ⁊ omnibus presentem et
ex omnibus inuentum incomprehensibilem ⁊ in-
uestigabilem hoc itaqꝫ modo ⁊ diuinus apostol⁹
laudare dicitur stultitiam dei apparens in ea pre
ter rationem ⁊ ibi cito post siue intellectu enim ⁊ i
sensibile secundum superexcellentiam non secun-
dum defectum in deo ordinandū queadmodū ir-
rationabile reponimus ei qui super rationē ⁊ im
perfectionem super perfectio ⁊ imperfectio ⁊ im-
palpabilem ⁊ inuisibilem caliginem lumini inac-
cessibili superexcellentiam inuisibilis luminis .4.
modo dicitur a sanctis patribus ꝙ deus inuisibi-
lis incognoscibilis ⁊ indicibilis ⁊ non intelligibi-
lis scȝ quia a nobis in hac vita de cursu commu-
ni nulla potest haberi simplex cognitio que essen-
tialiter ⁊ vniuoce representat eius essentiam cui⁹
causa est quia omnis nostra cognatio simplex est

de⁹ d̄r inuisibilis multipliciter

generata a naturis creatis ⁊ ideo nulla talis sim
plex competit creationi vniuoce sicut iuxta sancti
dyonisij dicta inferius ostendetur sed potius signi
ficat primo diuinos effectus seu processus nō ip-
sorum auctorem iuxta hos modos inuisibilitatis
incomprehensibilitatis ⁊ inaccessibilitatis dei in
telliguntur omnia per te adducta superius ⁊ que
cunque alia de dictis sancti dyonisij precedentia ꝙ
deus a creatura nude ⁊ clare videri non potest.

Cap. 16.

Iuxta primum modum di
cit in de ecclesiastica ierarchia sanctus
dyonisius capitulo primo etenim neque
possibile aliter nobis supersplendere
thearchicum radium nisi varietate sa-
crorum velaminum ⁊ hijs que secundum nos ꝓ-
uidentia paterna connaturaliter ⁊ familiariter ꝑ
paratū vbi michi videtur vult dicere ꝙ nobis car
naliter viuentibus non potest super substantialis
radius nisi sacris velaminibus apparere per quē
modum dicit inde celesti ierarchia capitulo quar
to ꝙ apparitiones diuine que facte erant patri-
bus in figuris ⁊ simbolis facte fuerunt eis mini-
sterijs angelorum ⁊ addit ibidem. Si autem quis
dicat ⁊ per se ⁊ immediate fieri sanctorum theos
phanias distat hic sapienter a sacris eloquijs qd
ipsum quidam quecunque est fidei occultum null9
vidit neque videbit vbi supplendum est in hac vita
mortali ꝙ autem ita intelligat pater per illud qd
immediate adiūgit theophanie autem sanctis fa
cte secundum decedentes deo per quosdam vel
que sacris ⁊ videntibus analogas visiones mani-
festationes vbi affirmat apparitiones aliquas di
uinas factas sanctis aliquibus in hac vita pro-
portionales cum eis ⁊ deo decentes ⁊ negat visio
nem eis posse fieri secundum occultum dei vnde
ab eisdem precipue pro eodem statu negat vnum
quibus aliud affirmat concedit autem pro statu
presenti aliquas fieri visiones symbolicas igitur
pro statu presenti dūtaxat negat alias eis sup vi-
siones diuinas non simpliciter pro vita futura iux
ta hunc modum accipi potest illud io. 1. in prima
sua epi. ca. 4. vbi dicit deū nemo vidit vnquam scʒ nu
de ⁊ clare nemo viuens carnaliter vidit deum ne-
que videbit per hunc modum dicit sanctus dyoni-
sius de diuinis nominibus ca. 7. ꝙ verum est dice
re ꝙ deum non cognoscimus non ex ipsius natu-
ra incognoscibile enim ⁊ omnem intellectum ⁊ ra
tionem superexcedens sed ex omni entium coor-
dinatione vbi vult dicere quantum michi videtur ꝙ
est incognoscibilis ex sui natura scʒ quod est inco
gnoscibilis a nobis nude ⁊ clare ⁊ solum est a no
bis cognoscibilis ex omni entium coordinatione
scʒ ex suis effectibus per hunc modum accipitur
illud capitulo secūdo de diuinis nominibus quo
niam quidem est fontana diuinitas pater filius āt
etiam spiritussanctus deigene deitatis si sic opor-
tet dicere germinationes a deo plantare ⁊ velut
flores ⁊ supersubstantialia lumina a sacris elo-
quijs accipimus qualiter autem hec sunt neque di
cere neque intelligere est possibile sed vsque ad hoc
omnis eius que secūdum nos intellectualis opa
tionis virtus quoniam omnis diuina paternitas
et filiatio donata est nobis per quem modum ac-
cipi potest illud de diuinis nominibus ca. 5. in pri-

appiciones dei ātiquis patrib9 fuerunt facte ministerio angelorum

de9 i p̄nti solū cognoscit p effect9

mo quoniam sermonis intentio non est super sub-
stantialem substantiam secundum ꝙ super substā
tialis manifestare ineffabile enim hoc vt incogni
tum ⁊ omnino de immanifestabili ⁊ per ipsam ex
tollens visionem ita vt accipiatur hoc dictum ꝓ
statu presenti ex quo enim talis manifestatio sup
substātialis deitatis excellit visionem que est gra
dus perfectissimus cognoscendi deum in vita pre
senti consequens est vt taliter manifestare eam sit
ineffabile ⁊ incognitum in presenti nobis carnali
bus ex quo tamen dicit ꝙ hec manifestatio excel-
lit visionem ⁊ innuit eam esse possibilem potest a-
perte intelligi iuxta secundum modum. ⁊ tertium
sic illud ibidem capitulo septio. accipi potest deū
cognoscimus non ex ipsius natura incognoscibi
le enim hoc ⁊ omnem intellectum ⁊ rationem sup
excedens sed ex omnium entiū coordinatione vbi
vult dicere ꝙ in hac vita mortali deum cognosci-
mus abstractiue scʒ per cognitionem causatam a suis
effectibus non intuitiue scʒ nude ⁊ clare videndo
eum hec cognitio est super omnem intellectum no
strum ⁊ rationem nec haberi potest nisi superna-
turaliter in vita futura vnde consequēter dicit ꝙ
est ipsius vt intelligentia ⁊ ratio et scientia et ta-
ctus ⁊ oppositio ⁊ fantasia ⁊ natura ⁊ alia omnia
et neque intelligitur neque dicitur neque nominatur.
Ista hoc modo intelliges.

Cap. 17.

Iuxta secūdum modum di
cit capitulo secundo de diuinis nomini
bus ꝙ ea que secundum nos iesu diui-
na formata rō ⁊ ineffabilia est verbo dei ⁊
incognita intellectui omni ⁊ prestantis-
simo honorabilissimorum angelorum quod dictū
sic accipi potest licet posset tertio modo apte in-
telligi scilʒ ꝙ dicta incarnatio est omnibus natu
raliter incognita ⁊ etiam supremo ordini angelo-
rum nec a quoquam inuestigari potest ex naturalib9
vnde iste auctor dicit capitulo septio de celesti ie-
rarchia ꝙ questio ysa. 63. ca. quare rubrum est in-
dumentum tuum questio fuit supremorum ange-
lorum ad christum ⁊ responsio que ibi precedit scʒ
ego qui disputo iusticiam ⁊ iudicium salutare re-
sponsio erat domini iesu eos docentis ex quo igi-
tur dicit hoc ministerium eis esse incognitum et
etiam consequenter per christum fuisse ab eis co-
gnitum consequens est vt cognoscibilitas intelli
gatur ex naturalibus auctoritate ipsis non simplici-
ter iuxta hunc modum accipiēdum puto illud qd
de prima ad thy. ca. 7. obiecisti scʒ ꝙ deus lucem
inhabitat inaccessibilem quam nullus hominum
vidit sicut nec videre potest subaudiendo ex suis
naturalibus ⁊ similiter illud ibi capitulo primo in
uisibili soli deo et illd ad col. ⁊ ad cor. ymago dei
inuisibilis et illud ad ro. primo inuisibilia dei ⁊c.
Et illud ad ro. 11. incomprehensibilia sunt iudicia
eius ⁊ inuestigabiles vie eius. Et illd ad cor. ne
mo nouit que dei sunt nisi spiritus dei ⁊ multa simi
lia que omnia preterea puto dixisse apostolum ꝙ
ex naturalibus a nulla creatura cognosci potest
quem sensum manifeste pretendit illud verbum in
uestigabiles quod verbum ad cognitionem natu
ralem pertinet q̄ inuestigando acquiritur nec a-
postolus intelligit per hoc ac eis similia negare
eum supernaturaliter posse videri ⁊ ꝙ supernatu

nota de incarnatione xp̄i quō fuit ab angelis cognita

turaliter possit accessus hri ad eū ⁊ eius sēsus co
gnosci vn̄ ysa. 64. dicitur oculus non vidit deus
absque te que preparasti expectantibus te vbi innu
it illa per diuinū subsidiū posse videri que ex natu
ralibus videri nō possūt vt apte dici possūt inui-
sibilia ⁊ visibilia inuisibilia naturaliter ⁊ visibilia
supernaturaliter hoc mō ipse filius intelligere vo
luit patrē suum esse ignoscibilem cū dicebat neque
enim patrē quis nouit nisi filius ⁊ cum voluerit fi
lius reuelare mat. xi. vt intelligamus ꝙ nullus ꝓ-
ter filiū nouit patrē ex naturalibus qui tn̄ post re
uelationem filij potest cognosci ex alijs hoc mō di
cit sanctus dyonisius i pricipio celestis ierarchie
ꝙ simpliciter diuinus radius manet semp intra se
ipsū inuisibiliter immobili ydēptitate vniformiter
fixus inuisibiliter vbi vr̄ michi dicere ꝙ ex natura
libus inuisibilis est omnibus creaturis p quē mo
dū ibi. c. 2. supremā claritatē cuius angeli hn̄t im
passibilē contēplationē esse nō apparentē quasi.
s. ex naturalibus oibus esse occultā quantum hoc di
ctum iuxta tuū modū apte posset intelligi sic mi-
chi videtur vult dre. c. 13. ꝙ thearchica virtus oi
bus est inapparibilis nō solū vt ab oibus segre-
gata sed vt occulte ad oia dimittens eius p visi-
uas operationes quod ego puto dictū quo ad ap
paritionem ex cognitione naturali qm̄ supernatu
ralem eius cognitionē immediate adiungit hoc
modo sed tamen oibus intellectualibus analogi
ce super apparet ⁊ propriā luis dationē tradens
venerabilē substātijs per ipsas nec primas i sub
iectiuas ipsius vn̄ ornatē ipsam distribuit illud tn̄
dictum hoc est dictum alterius vt dicit non suum
iuxta hunc modū intelligo illud qd dicit. c. 4. de di
uinis noibus. s. ꝙ aia deiformis facta per vnionē
incogniti inaccessibilis luminis appōit ⁊c. ita vt
intelligatur lumē inaccessibile q2 naturaliter nul-
lus ad ipsuʒ potest accedere ⁊ sic de mistica theo
logia ⁊ hoc sepe ꝓpter istā naturalē inaccessibili-
tatē vocat caligo silentiū tenebra ignorantia ⁊ si
milia nō tn̄ negatur p hoc qn̄ nude supnaturalit
videri possit ⁊ hoc expsse affirmat ca. 1. de mistica
theologia hoc modo qm̄ ⁊ multorum sermonū ⁊ bo
na oim cā ⁊ breuiū sermonum etiā ⁊ sine sermone
vt neque sermonē neque intelligētiā hn̄s ꝓ oibus ip
sam supnaturaliter suppositā esse ⁊ solis incircū
velate ⁊ vere manifestā hijs q ⁊ imūdā oio ⁊ pura
et trāscendētia oēʒ oim sctorum exterminatā ascen-
sionē supascendūt ⁊ oia dia lumina ⁊ sonos ⁊ ser
mones celestes derelinquūt ⁊ caliginē itroeūt vbi
vero est vt eloqa aiūt q̄ sup oia ecce ꝙ dicit ꝙ sol
lis incircūuelate manifestat q̄ oia imūda dereliq
runt idē est aūt incircūuelate ⁊ nude Nō tn̄ puto
eū hic loq de visiōe ei9 clara ⁊ nuda ⁊ btīfica sed
de nuda ⁊ caligiosa vt infra dicetur.

Cap. 18.

Iuxta tertiū modum osten
ditur icognoscibilis ipsis supmis sera
phin vt michi vr̄ ysa. 7. ca. p hoc ꝙ dua
bus alis velabāt faciē ei9 innuendo p
hāc velationē ꝙ ad pfectā ⁊ dignā sue
nature cognitionē attigere oio nō p̄nt iuxta hūc
modū pōt illud intelligi li. de di. no. quasi i fine ne
que vna vnitas vel trinitas neque nūerus neque singu
laritas vel fecūditas neque aliud qd entiū cognito
rū educit eā q̄ sup oēʒ ⁊ rōnē ⁊ intellectū occulta-

quō deus icognoscibilis aliquomō ipis seraphin

tionē eius q sup oēʒ ⁊ rōnē ⁊ intellectū supsubstan
tialiter superexistētis supdeitatis sed in inuiis segre
gata est ꝓpter qd ⁊ ipsi eā q̄ p abnegationes reuer
sionē ꝑhonorauerunt vbi māifeste ondit ꝙ occul
tatio dina est segregata īnuiis ⁊ ꝙ nomen cogni-
tum alicui entiū eduxit scʒ pfecte expmit seu plene
patefacit illā occultationē vn̄ ca. 14. dicit ꝙ ꝓfun
dū dei dicendū omnibus existentibus incōprehen
sibilem occultationē ⁊ ignorantiam pari modo di
cit epistola sua tertia ꝙ occultum ipsius domini ie
su absconditum est nullo sermone nulla mente se-
cundum qd ipsum est eductum misterium sed ⁊ di-
ctum ineffabile manet intellectum ignotum sic di-
cit primo capitulo de diuinis nominibus ꝙ ipsius
diuinitatis quedcunque est scientia ⁊ contemplatio
omnibus in via est existentibus vt ab omnibus su
persubstantialiter segregata ⁊ multos theologo
rum inuenies non solum vt inuisibilem ipsam ⁊ in
comprehensibilem laudantes sed ⁊ inscrutabilem
simul inuestigabilē vt non existente vestigio neque
vno ad occultum ipsius infinitatis peruenientiū
vbi causam inuisibilitatis eius secundum illud qd
est ⁊ etiam eius incomprehensibilitatis videtur di
cere quia est segregata supersubstantialiter scilʒ
incomparabiliter ab omnibus ⁊ eius causam in-
scrutabilitatis affirmat infinitatem sui vestigij cu
iuscunque quod representare posset perfecte ⁊ ple-
ne suam infinitatem occultam non negans per
hoc eius nudam visionem a vere beatis quā libere
eis vidit quoniam immediate huic dicto subiūgit
sic nō tamen incommunicabile est vniuersaliter est
per se bonum neque viuentium sed in seipso manēt
supersubstantialem firmans radium vnius cu-
iuscunque entium analogicis illuminationibus bo
ni decenter superet vel superapparet ⁊ ad possibi
lem ipsius contemplationem ⁊ communicationem
et assimilationē extendit sacros intellectus vt fas
ipsi ⁊ sacre decenter apponentes ⁊ neque ad supe-
rius moderate i dicta theophania ⁊ impossibilita
tis procaciter euitātes neque ad inferius ⁊ ea que
ad deterius remissione relabantes sed ⁊ bene pos
sibiliter ⁊ indeclinabiliter ad radium ipsius super
splendētem extēsos ⁊ cummēserato lucidarum il
luminationum amore cum reuerentia sacra ⁊ ca-
ste ⁊ sancte alijs eleuatas vbi dicit ꝙ per se bonū
extendit sacros intellectus scilicet angelicos in-
tellectus vt ibi consequenter exprimit ad possibi-
lia ipsius contemplationē dicit etiā ꝙ iudicā theo
phaniā. s. dinā appitionē ⁊ dicit eos extēsos ⁊ ele
uatos amore indeclinabiliter ad radiū ipsius sup-
splendentē q radi9 nō aliud est quam ipsuʒ p se bonū
q2 dicit ꝙ p se bonū firmat illū supsubstantialē ra
diū manētē i seipso sicut ibi pn̄r dicit ꝙ occultum
thearchie est supitellectū ⁊ substantiā sacris itelle
ctum reuerentijs iperscrutabilibus respectu illi9
scʒ nō valētib9 illd pscrutari vt pfecte illd itelligūt
mō pdicto. s. plene et pfecte vt ꝓportionaliter sue
essentie nō negās p hoc qn̄ āgeli videāt nude eis
apparentem diuinā essentiā suo mō sed hoc cōse-
quēter affirmat distiguēs cognitionē nostrā in p̄-
senti vita respectu dinorum in vita futura qm̄ erim9
equales angelis dicit nos i p̄nti supersubstantia
circūvelate ⁊ varietate symbolorum partibilium co
gnoscere tūc aūt qn̄ incorruptibiles efficiemur et
christiformē ⁊ btīssimā cōseqmur quietē semp cū
dño secundū eloquiū erim9 visibili quidem ipsius

radi9 dinus est dia bonitas

theophania et omnino castis speculationibus re
pleti manifestissimis splēdoribus circunfulgente
vt discipulos in ipsa diuinissima transformatione
intellectuali aut ipsius luminis datiōe ipassibili im
materiali intellectu participantes ꝛ ea que super
intellectum visionem insuper apparentium radio
rum ignotis ꝛ beatis operationibus ꝛ in diuinio
re mutatione supcelestium equalis angelis enim
vt eloquiorum veritas ait Erimus ꝛ filij dei resur
rectionis filij existentes Ecce ꝙ facti equales an
gelis erimus participantes ea q̄ super intellectū
visione insuper apparentium radiorum ignotis ꝛ
beatis apparitiōibus vnde ex quo nichil erit tūc
sup intellectū nisi sola deitas cōsequit ꝙ ipsa tūc
supappebit ꝛ nobis ꝛ angelis iuxta hūc tertium
modū dicit dyonisius li.de di.noibus ca.1. loqns
de radio diuino supsubstantiali post oīm aūt sensū
nos difformē intelligentiā requiescere faciētes no
stras intellectuales opationes in sup substantia-
lem radiū secundū qđ fas apponimus in quo oēs
termini omniū cognitionum ineffabiliter preexti
terūt quē neq₃ itelligere neq₃ dicere neq₃ totaliter
aliqualiter contēplari semp ab omnibus ipsu₃ se
gregatum esse sup incognitū ꝛ oīm quidē substan
tialium cognitionū ꝛ virtutū terminationes simul
et omnes supsubstantialiter in seipso preaccipien
tem oibus aūt incōprehēsibili virtute ꝛ super ce-
lestibus intellectibus superfirmatum si enim co-
gnitiones oīm sunt ꝛ in entia tantū habēt q̄ vltra
omnē substantiā ꝛ ab oī cognitione est supeleua-
tus ꝛ quidē si melior est omi re ꝛ oi cognitione et
supintellectū vniuersalit ꝛ substātiā collocatur ei
quidē existēs certū acceptiuus ꝛ cōprehensiuus
et preacceptiuus oibus aūt p se vniūsaliter incō
prehensibilis ꝛ neq₃ sensus ipsius neq₃ ymagina-
tio neq₃ nomen neq₃ ratio neq₃ tactus neq₃ scien-
tia qualiter de diuinis noibus negociabitur ser-
mo vbi ꝙtū michi videtur ex causa duplici osten-
dit supsubstantialē radiū in quo sunt omnes ter-
mini oīm cognitionū esse nō intelligibilē ꝛ indici-
bilē ꝛ nō totaliter aliqliter cōtēplatibilē ꝛ vniūsa
liter incōprehensibilē hijs enī terminis vtimur q₂
sc₃ in ipso sunt supsubstantialiter oēs termini oīm
cognitionū ita ꝙ ille radius est incōtemplabilis
totaliter ꝛ incōprehensibilis ꝛc. q₂ continet actu
distincte cognitionē terminantē oīa scibilia sc₃ in
finita Et natura virtus finita pōt actu distincte si
mul tot cognoscere et q₂ est supremis virtutibus
angelicis supfirmatus ꝛ supeleuatus ꝛ vltra om
nem substantiā ꝛ melior omī re ꝛ supintellectum ꝛ
rationē infinitā ꝛ segregatus ab omnibus vult di
cere ꝙ iste radius substantialis qui est deus est in
comprehensibilis inuisibilis et ita de ceteris hu-
iusmodi q₂ est supfirmatus in infinitum scilicet im
proportionatus cuilibet cognitiue virtuti create
vnde non potest cognosci ab aliquo plene ꝛ pro-
portiōabiliter dignitati sue nature vt vere dici pos
sit ꝙ neq₃ sensus ipsius est neq₃ scientia plena seu
totalis vniuersalis comprehensiua ipsius vt ipse
exponit.

radiꝰ diuꝰ est icognoscibilis ꝓpt duas cās.

Cap.19.

SEcundum eundē modū
dicit eođ ca.1.de di.no. supsubstātiali
tatē thearchicā.i.diuinā pncipātē sup
excellēter segregatā ab oibꝰ ꝛ eē sup
oēm hitā itelligētiā mētē ꝛ visiōe₃ ꝛ ꝙ est verbu₃
indicibile irrationabilitas intelligenda ꝛ immobi
litas ꝛ ca.2.vocat eam supersubstantialē occulta
tionē q₂ mō pdicto creaturis oibꝰ ē occulta ꝛ ibi
ꝓpter eandē causa₃ vocat eā ignorantiā q₂ ad co
gnitionē eiꝰ plenā ꝛ pfectā aut ꝓportionalē sue es
sentie ab oibꝰ ignorat ꝛ ca.4.eā appellat sepe si
lentiū i abditis qđ p eođ accipit q₂ verbū eiꝰ sub-
stantiale itellectualiter audiri nō pōt pfecte ꝛ ple
ne seu cōdigne sue essentie ab aliqua creatura sic
dicit in de celesti ierarcha ca.12.Quis ꝛ thearchi
ca occultatione sic dicit in de ecclesiastica ierar-
chia sup substātialiter ab oibus segregata ꝛ sup
locata ꝛ nullo ipsi entiū similinoiari ꝓprie ꝛ tota
liter potēte itelligēs ꝙ dia essentia quo ad cogni
tionē qdē pfectā seu plenā aut sibi cōdignā ē ab
oibus occultata q₂ nullū creatū aut creabile pōt
esse sibi ita simile ꝙ possit eā ꝓpe ꝛ totaliter pate
facere aut ēt noiare hoc insup pōt apte itelligi 4.
mō pn̄t aliqua istoꝝ satis apte iuxta ēm modū in
telligi.s.ꝙ ꝓpt naturalē i accessibilitatē ad eū cla
re videndū ꝛ nude seu eiꝰ vbū eternū audiēdū nu
de ꝛ apte hoc ꝛ in de mistica theologia ꝛ alibi dr
caligo tenebra ignorātia occultū pfundū silentiū
indicibilitas intelligibilitas ꝛ multa similia nō q₂
absolute supnaturaliter i hac vita creatura rōna
lis ip₃ clare ꝛ nudevidere nō pōt p hūc modū ter
tiū apte accipit illud de di.no.cap.2.ea q̄ ēm nos
iesu dia formatio ꝛ ineffabilis est verbo oīm ꝛ in
cognita intellectui oīm ꝛ ipi prestāti honorabilis
simoꝝ angeloꝝ sc₃ pfecte ꝛ plene sic enivr ꝯīr ex
ponere discurrēdo p diuersa cōcernētia illam for
mationē sc₃ ꝙ ignorat ex virginalibꝰ sanguinibꝰ
plasmatus ē ꝛ qualiter siccis pedibus corpaliter
vel corpalē molē hn̄tibus ꝛ pōdus ambulauit su
per humida quecūq₃ q̄ sunt supernaturalia.

Cap.20.

IUxta hunc modum vide
tur michi illud apte posse intelligi de
tione cadentibus erant dissimiles ⁊ minus poten
tes contra scripturã que dicit luciferum sublimio
rem ⁊ potioribus donis omnibus alijs fuisse do=
tatum, sicut enim scribitur de rege tiribin eius
persona eze. 28. Tu signaculum similitudinis ple=
nus sapientia ⁊ perfectus decore in delicijs para
disi fuisti omnis lapis preciosus operimentũ tuũ
sardius ⁊ torpazion ⁊ iaspis crisolitus ⁊ onix be=
cillus saphirus carbunculus ⁊ smaragdus aurũ
quoqꝫ opus decoris tui ⁊ foramĩa tua in die qua
conditus est preparata sunt tu cherub extensus ⁊
protegens ⁊ posui te in mõte sancto dei in medio
lapidum ignitarum ambulasti perfectus in vijs
tuis a die conditionis tue donec inuẽta est iniqui=
tas in te. Constat ꝙ de stantibus ⁊ cadentibus e=
rant plures in donis consimiles ⁊ per cõsequens
illud de illis qui peccauerũt poterant peccare sic
de illis qui steterunt peccare etiam poterant ⁊ e=
conuerso similiter si quis vero dixerit ꝙ ista distin
ctio angelorum qui steterant ab alijs qui pecca=
uerant nõ infert aliquã dissimilitudinem ĩ virtuti=
bus seu donis sicut nec predestinatio in bonis et
prescientia in malis ad penam seu preparatio in=
fert sicut ⁊ nos asserimus aliquã distinctiõeꝫ do=
norum in illis ante penã huic transuersationi hoc
modo occurritur ꝙ melior est natura que non po
test peccare de facto ꝙ̃ illa que non potest nõ pec
care de facto quoniã ingenio cuiuscũqꝫ clarescit
ꝙ eligibilior est natura hoc modo ĩpeccabilis ꝙ̃
necessitati peccati seu peccandi obnoxia cum cui
ꝙ̃ non dubium si optio sibi daretur potius
eligeret esse in cõditionibus illius ꝙ̃ alterius nec
est natura melior seu eligibilior altera nisi aut in
essentia aut in virtute aliqua seu dono aliam na=
turam excedit non autem ita est de predestinata ⁊
prescita ad penam que nature si aliud nõ obuiat
non minus eligibiles aliquali conditioni existant
euitabilitatem quorũdam insuper futurorum ostẽ
dit petrus apostolus secunde epistole sua capi=
tulo primo cum dicit qua propter fratres magis
satagite vt per bona opera certam vestram voca
tionem ⁊ electionem faciatis hoc enim facientes
non peccabitis aliquando sic enim habundanter
ministrabitur vobis introitus in eternum regnum
cui simili dicitur apoc. 3. tene qꝺ habes vt nemo ac
cipiat coronam tuam ⁊ dominus similem senten=
tiam protulit in euuangelio cum dicebat conten=
dite intrare per angustam portam luc. 13. ⁊ io. secũ
da sua epistola videte vos metipsos ne perdatis
ꝙ operati estis sed vt mercedem plenam accipia
tis quod enim dicit vt certam faciatis electionẽ
vestram satagite clare affirmat ꝙ aliquando erat
incerta electio ⁊ ita euitabilis sicut illud aliud te=
ne quod habes vt nemo accipiat coronam tuam
manifeste ostendit illum perdere eam posse sicut i=
dem petrus apostolus in fine epistole sue expressit
cum dicit vos ergo fratres prescientes vos met=
ipsos custodite ne insipientium errore traducti ex
cidatis a propria firmitate cui non dubium quin
ipsi a firmitate sua poterãt excidere quos ne deci
derent ⁊ vt se custodirent tam vigilanter aũt mo=
nuit ⁊ sequitur consequenter ꝙ salus illorum eui=
tabilis erat vnde in persona sua epistole secundo
capitulo ammonet isto modo non reddetis malũ
pro malo neqꝫ maledictum pro maledictio sed e=
conuerso benedicẽtes quoniã in hoc vocati estis
vt benedictionem hereditate possideatis qui enĩ
vult vitam diligere ⁊ dies videre bonos ꝓhibeat
linguam suam a malo ⁊ labia sua ne loquãtur do
lum Cõstat autem cohibitionem lingue seu refre
nationem sicut iacobus loquitur sue epistole ca=
pitulo primo cum dicit Si quis autem putat se re
ligiosum esse non refrenans linguam suam sed se=
ducens cor suuꝫ huius autem vana est religio ad
loquendum malã ostendere facultatem quoniam
impetum ⁊ promptitudinem ad male loquendum
cohertio seu refrenatio manifestat que duo male
loquendi potentiam presupponunt et sic omnino
consequitur ꝙ bene loqui seu benedicere poterat
euitari ab eis sicut qui resistunt dyabolo fortiter
sicut idem apostolus ipse petrus hortatur capitu
lo quinto facultatem consentiendi sibi se manife=
stat habere mirum est enim qualiter in cor homi=
nis potest ascendere vt dicat illum ineuitabiliter
cauere consensum dyabolo suggerenti qui ei for=
ti resistentia cum tedio ⁊ labore dissentit.

Cap. 14.

Aliam euitabilitatis a=
ctuum humanorum accipe rationem
non dubitas hominem iuxta scriptu=
ram genesis secundo ad ymaginẽ dei
factum non minus ambigis ymagi=
nis naturam in tribus anime rationalis potẽtijs

Nota quõ aĩa ẽ creata ad ymaginẽ dei.

precipuis scz memoria intelligentia et voluntate
fundari nec ordinem naturalem harum potentia-
rum ignoras scz ꝙ memoria ad intelligentiam si-
ne qua ipsam memoriam iudicaremus superfluã
et intelligentia ad voluntatem sine qua etiam qua
si superuacanea videretur naturaliter ordinatur
quoniam memoria ad finem naturalem seu super
naturalem consequendum hominis sine intelligẽ
tia nec sine volũtate possz attingere si hoc vides nõ
dubitas quin in statu innocentie nostrorum pmo-
rum parentum q̃diu fuerunt innocentes harum
positarum ordo prefixus ꝛ natura diuine ymagi-
nis in eis illesus permãsit non autem fuisset ordo
illesus si ratio aliquid volendum ꝛ diligendum su
per omnia ꝛ alia secundum ordinem sue dignita-
tis aliter amanda cũ amoris perseuerentia rectis
sime iudicabat ꝛ volũtatis de facto res ipsas eas
dem sic velle ꝛ sic amare nõ valuit vnde clarescit
ꝙ primi parentes in paradiso peccare poterãt qđ
nota de libertate primorũ parentum i statu innocentie — fecerunt ꝛ in recto amore rerum cognitarum secũ
dum rationis iudicium perseuerare etiam potue-
runt ꝛ contradictionis libertatem peccauerunt.
Item non videtur ꝙ in eis fuisset natura diuie y-
maginis nisi sic similes deo fuissent in volendi po
tentia sicut in memorandi ꝛ intelligendi potentia
extiterant si autem eos deo conformes in poten-
tijs illis prioribus factos fuisse non hesitas nul-
larum alias creaturarum omnium memoriã pos
sent acquirere ꝛ omnia memorata actu intelligen
di conspicere ita vt quid respuendum quid volun
tate amplexandum esset iudicio rationis secerne
rent non ergo minus debes ambigere quin om̃ia
iudicata secundum intelligentie rationem potue-
runt respuere et amare cum igit̃ mulier de pomo
vetito edere suadẽte dyabolo cogitabat iudicãs
sic affirmat scriptura hoc esse cõtra diuinum pre
ceptum huic iudicio perseueranter se poterat cõ
formare ꝛ circa transgressionem suam futuram li
berrime poterat precauere michi enim videtur si
alia ratio in mundo non esset hec vna pro elisiõe
tue opinionis sufficere elegãter affirmatur ꝙ deo
eccle. 15. ca. vbi sic scribitur deus ab initio consti-
tuit hominem et reliquit eum in manu consilij sui
adiecit precepta ꝛ mandata sua si volueris man-
data conseruare seruabunt te ꝛ ipsam fidem placi
tam seruare apposuit tibi aquam et ignem ad qđ
volueris porrigere manum tuam ante hominem
vita ꝛ mors bonum et malum quod placuerit illi
dabitur ei quid enĩ est aliud ponere hominem in
manu consilij sui nisi eum talem facere vt consiliũ
salubre sequi valeat aut quid aliud est ad quod vo
lueris manum porrigere nisi ꝙ ad vtrumqꝫ libe-
re potes voluntatem extendere scilz ad aquam et
ignem bonum ꝛ malum vitam ꝛ mortem o q̃ lon
ge distant ad quod volueris porrige manum tuã
et ad malum ineuitabiliter manum extẽde q̃ etiã
longe separantur abinuicẽ ante illũ vita ꝛ mors
bonum ꝛ malum quod placuerit illi dabitur ei et
ante illum mors ꝛ malum que necessitate assequi
tur eadem sententia planius sequitur capitulo 7.
isto modo creauit deus de terra hominem ꝛ secũ-
dum ymaginem suam fecit illum ꝛ iterum conuer
tit illum in ipsam ꝛ vestiuit illum virtute numeruz
dierum ꝛ tempus dedit illi ꝛ dedit illi potestatem
eorum que sunt super terram posuit timorem illi⁹
super omnem carnem dominatus est bestiarum ꝛ
volatilium creauit ex ipso adiutoriũ simile sibi cõ-
silium ꝛ linguã oculos ꝛ aures ꝛ cor dedit illi ex-
cogitãdi disciplina intellectus repleuit illos crea
uit illis scientiã spiritus ꝛ sensu impleuit cor eorũ
et mala ꝛ bona ostendit illis posuit oculum ipso-
rum super corda ipsorum ostendere illis magna-
lia operum suorum vt nomen sanctificationis col
laudent ꝛ gloriari in mirabilib⁹ ipsius vt magna
lia enarrent opera eius adiecit illis disciplinam
legem vite hereditauit illos testamentum eternuz
constituit illi ꝛ iusticiam ꝛ iudicia sua ostẽdit ꝛ ma
gnalia eius honoris vidit oculus eorum ꝛ hono
rem vocis audierũt aures illorum ꝛ dixit illis at-
tendite vobis ab omni iniquo ꝛ mãdauit illis vni
cuiqꝫ de proximo suo vbi clare describitur homi-
nis prima creatio secundum diuinam ymaginem
et consequenter explanatur virtus huius ymagi-
nis in scientia ꝛ prudentia aut consilio ꝛ etiam in
laudatione ꝛ glorificatione ipsius ꝛ vt iuxta scien
tiam dictam attenderent ab omnimoda re impia
vnde cõstat ꝙ hoc facere potuerãt alioquin sum
me sapiẽs hoc eis nullatenus pcepisset sicut nec
homo sapiens sic mandaret ymo ex hoc ꝙ consi-
lium ꝛ conscientiam dedit illis ad illum effectum
sicut habet hec littera vt consilium ꝛ rationem a-
marent conformiter aperteqꝫ consequitur ꝙ pote
rant suo consilio ꝛ accepte prudentie conformi-
ter diligẽt seu amare deũ qs ergo audet de illis a
struere vos ambo statim de necessitate ꝛ ineuita-
biliter agetis inique quibus deus precipit atten-
dite vobis ab omni iniquo hanc etiam sententiaz
salomõ breui sermone complectitur cum dicit so-
lum hoc inueni ꝙ fecerit dominus hominez rectũ
et ipse se infinitis miscuerit questionibus ecclesia
stes 7. Cum enim rectitudo precipue in bonitate
consistat satis ostendit voluntatem rectam fructũ
et fidem esse beatorum precedentium cum descri-
bendo perfectionem creationis humane affirmat
ꝙ deus fecerat illum rectum que rectitudo si ser-
uari non poterat non habeo se inmiscuit questio
nibus sed sicut brutum questionibus fuerat neces
sarie immixtus.

Cap. 15.

Ecce etiam pro hac liberta — pbatio de eadẽ libertate ꝯdictõnis ex libro iudicium
te contradictionis in volũtate huma
na testimonium habemus angelicuz
et humanum iudicum 23. vbi sic scribi
tur dixit mãne ad angeluz domini ob
secro te vt acquiescas precibus meis vt faciam⁹
tibi hedũ de capris cui respondit angelus si me
cogis non comedam panes tuos si autem vis ho
locaustũm facere offer illud domino vbi mãne ro
gauit angeluz vt acquiesceret suis pcib⁹ et hedũ
comederet ꝙ nullatenus ipse aut aliquis sensat⁹
fecisset nisi estimasset ꝛ supposuisset quod de facto
eiusmodi precibus inuitatus acquiescere potuis-
set ne dubitas quoniam mãne potius supposuit ꝙ
inuitatus potuit recusare quod petijt quoniã euz
non tantis precibus requisisset ꝛ sic libertatẽ con
tradictionis esse in ipso inuitato supposuit angelus
etiam supposuit in mãne voluntatem siue liberta-
tem ꝯdictionis ad eum cogendum ꝛ non cogen
dum cum dicit si me cogis non comedam nullus
enim nisi stolidus cuiqꝫ sic dixisset nisi ei qui eũ co
gere scz inuitare vt sceleris sui potuisset cũ ille nõ

amplius inuitauit ꝛ sic angelus libertatem ad co
gendum in eo esse supponit hãc libertatem ange-
lus supposuit esse in loth. cum sibi dixerit sicut le-
gitur gene. 19. salua animam tuam ꝛ noli respice-
re post tergum vestes in omni loco circa regio-
nem sed in mõte saluum te fac ne tu simul pereas
vbi potes plura aduertere que angeli suaserunt
quorum nullum suasissent nisi supponẽtes ꝙ loth
illud facere potuisset nunquid enim angelus nũ
cius dei vt virum iustum a malorum consortio li-
beraret illi suaderet ne post tergũm respiceret ãt
ꝙ non maneret in regionibus finitimis sodomorũ
sed ꝙ in monte se saluaret vbi supposuit ꝛ estima-
uit ꝙ vir ille iustus hoc potuisset siue potuit effice
re ꝛ tamen ille non fecit quoniã respondit nõ pos
sum in monte saluari ne forte apprehẽdat me ma
lum ꝛ moriar est ciuitas hic iuxta ad quam pos-
sum fugere parua ꝛ saluabor in ea nunquid non
modica est ꝛ viuet anima mea dixitqꝫ ad eum ec-
ce in hoc etiam suscepi preces tuas vt nõ subuer
tam vrbem pro qua locutus es festina et saluare
ibi qr non potero facere quicqꝫ donec igrediaris
illuc ideoqꝫ nõ frustra dixisset illi angelus festina
nisi estimasset ꝙ posset tardare sicut nec tu cõscie
tia tua teste seruo tuo mittendo diceres festina ve
nire aut festina illuc accedere nisi supponeres ꝙ
posset tardare ꝛ tibi suadenti aut precipiẽti etiam
quõ hec libertas fuit in balaam. — obedire hanc libertatem supposuit angelus in ba
laam ꝛ balaam in seipso sicut legitur numeri ca-
pitulo 22. modo peccaui balaaz peccaui nesciẽs
ꝙ tu stares contra me ꝛ nunc si displicet tibi vtva
dam reuertar ecce ꝙ balaam estimauit et suppo-
suit de seipso ꝙ de facto poterat reuerti non tamẽ
est reuersus sed consilio angeli acquieuit ꝛ ita nõ
dubium quin estimauit etiam ꝙ potuit vltra pro-
cedere sequitur ait angelus vade cum istis sed ca
ue ne aliud q̃ precepero tibi loquaris an non
supposuit angelus ꝙ balaam aliud loqui potuit
qui comminatus est ei Caue ne aliud loquaris ꝛ
nichilominus non dubitauit angelus quin balaã
sequi potuit eius consilium quoniam ꝛ sic egit nõ
dubium quin deus hec ꝛ similia gessit per ange-
los ꝛ ob hoc sequitur ꝙ deus in istis hominibus
supposuit hanc libertatem contradictionis fuisse
sicut ꝛ angeli supponebant sicut sequitur iudicũ
secũdo capitulo Ascẽdit angelus domini de gal
galis ad locũ flentium ꝛ ait eduxi vos de egypto
et introduxi vos in terram pro qua iurauit patri-
bus vestris et pollicitus sum vt non facerent irri-
tum pactum meum vobiscum in sempiternum ita
dumtaxat vt non faciatis fedus cum habitatorib⁹
terre hui⁹ ꝛ aras eorũ subuerteritis ꝛ noluistis au
dire vocem meam. Cur hoc fecistis q̃obrẽ volui
eos delere a facie vestra vt habeatis hostes ꝛ dij
eorum sint vobis in ruinam vbi patenter exprimi
tur libertas cõtradictionis fuisse in populo cum
ei dixit angelus ymo deus per angelum nolui-
stis audire vocem meam cur hoc fecistis si enim
secũdum tuam nouam sapientiam velle vt preci-
pitatur omnino de facto non poterant rationabili
ter se excusando respondere poterãt ad illud cur
ergo fecistis quia voluntas tua fuit vt nos velle
aliud non possemus ꝛ ideo hoc fecimus vt igitur
inexcusabiles in hoc facto reddantur sicut repu-
tantur a deo consequitur ꝙ de facto vocem domi
ni audire poterant Item deus summe sapiẽs nec
frustra perfecisset pactum cum eis sub conditiõe
quã pscicuerat eos nõ posse perficere sicut nec ho
mo sapiens ita dũtaxat vt non feriretis fedus eo
rum et aras subuerteretis cum nec cum ipsi aras
subuertere nec fedus non inire voluerunt.

Cap. 16.

Vno si acute conside-
res iuxta tuam dyabolicam sa
pientiam omnis peruersus tam
homo q̃ angelus excusationẽ
plenam in suis operibus habe
ret aut habere posset si tue opi — nota istã rationẽ cõtra ineuitabilitatẽ futuri cõtingẽtis
nionis existerent sicut estimas
quod esse deberet quoniam cũ
opus peruersum eligeret statuentes se idem age-
res cum cito estimarẽt ꝙ illud non possent obmit
tere quoniam crederent illud ineuitabiliter esse fu
turum eo ꝙ voluntas dei esset vt fieret omnis cre
dens vnum deum habẽs ingenium satis nouit ꝙ
nulla potest esse causa ineuitabilitatis talis effe-
ctus cuiusqꝫ nisi voluntas dei fuerit causa eius si
enim aliquis eorum scilz aut homo aut dyabolus
resiliret volens illud committere contra conscien
tiam suam diuine voluntati resisteret ꝛ peccaret ꝛ
per consequens iuxta conscientiam suam confor
mando se voluntati diuine plenam excusationem
haberet ymo si recte sentis de hmõi opere in ca-
su gratiam reportaret si agens illud faceret vt se
diuino beneplacito conformaret vbi gratia si po
pulus iste totius huius doctrie tue fuisset sicut eũ
debuisse esse estimas cum statuit in corde suo cum
gentibus terre illius fedus inire estimare debuit
fedus illud suum esse futurum ymo non dubiũ qn
taliter estimauit ꝛ ita illud suum esse futurũ secun
dum tuam doctrinam insanam estimare debuit fe
dus illud suum futurum ineuitabiliter sibi fuisse
futurum ex hoc ꝙ xps voluit ita fore cuius volũ-
tati non potest creatura resistere ꝛ ita non debuit
illud obmittere ne deo supuacue repugnaret sed
potius illud fedus debuit perficere seu inire vt se
beneplacito diuino etiam gratiã promerendo sal
tem suo iudicio conformaret Item cõuincitur se-
qui de dyabolo cum temptatiõnẽ ꝛ peccatũ mor-
tale suadet hominibus scilicet ꝙ peccatum homi
nis ab eo suasum ꝛ suam suasionẽ cum statuit ea
peragere estimauit esse futura et consequẽter tue
opinionis existens iudicat illa ineuitabiliter es
se futura sic eo ꝙ deus vult ea fore cuius volun-
tati ipse scit se non posse resistere si igitur dyabo-
lus iuxta suum iudicium diuino beneplacito se cõ
format reperire non vales vnde istum in isto ope-
re reprehendas ita ista tua insana opinio non tan
tum maiora maleficia mundi excusat sed etiam vi
lificat deum ꝛ per consequens pro eis dampna-
tione tanqꝫ iniquum condempnat ꝛ sic subuertit
omnis articulus fidei xpiane quoniam si deus sit
iniustus ꝛ impius non est deus non est pater om-
nipotens non est creator ꝛ ita de ceteris quorum
nullum potest impio cõuenire vides ne inquit ba
ratrũ iferno profundius quo pergit tua brutalis
opinio Quis enim non semper excusetur homo vt
placet quibusdam voles illud fieri qđ estimat deũ
velle fieri quoniam sic homo excusaretur volendo
patrem suum mori et virum iustum occidi et alia
istis similia tamen semp excusabilis redditr vnus-

quisq̃ in opere suo cum estimat nõ ex ignorantia
crassa ⁊ ipse agit illud qđ deus omnino vult fieri ⁊
multo est excusatio plenior si illud agit qđ ipse cre
dit deum ineuitabiliter velle fieri per ipsum alio-
quin qualiter ipse non esset deo obediens saltem
secundum suum iudicium habes ostẽdere seruus
inquit qui non cognouit voluntatem domini sui ⁊
non se preparauit ⁊ non fecit secundum volunta-
tem eius plagis vapulabit multis luc. 12. ca. qua-
lis in obediẽtia non argui potest si non conformet
voluntatem suam passioni alterius aut actui alie
no quoniam obedientia non ad ea extenditur sed
solum ad propria.

Cap. 17.

Hanc libertatem contradi-
ctionis exprimit moyses ꝓpheta deute
ro 30. ca. sub hijs verbis mandatũ hoc
quod ego precipio tibi hodie non supra
te est neq̃ procul positum nec in celo sic
tamen vt posset dicere quis nostrum valet ad ce-
lum ascendere vt differat illud ad nos vt audia
mus atq̃ opere compleamus neq̃ transmare po
situm vt excuseris ⁊ dicas quis ex nobis transfre
tare poterit mare ⁊ illũ ad nos vsq̃ differre vt pos
simus audire ⁊ facere quod preceptum est sed iux
ta est sermo valde in ore tuo ⁊ in corde tuo vt fa-
cias illud ⁊ considera ꝙ preposuerit hodie in cõ
spectu tuo vitam ⁊ bonum ⁊ econuerso mortem ⁊
malum vt diligas dominũ deum tuum ⁊ ambules
in vijs eius si autẽ aduersum fuerit cor tuũ ⁊ au-
dire nolueris atq̃ errore deceptus adoraueris
deos alienos ⁊ serujeris eis predico tibi hodie ꝙ
pareas et paruo tẽpore morieris in terra ad quã
iordane transmisso ingredieris possidendã testes
inuoco hodie celum ⁊ terram ꝙ proposueram vo
bis hodie ⁊ vitam ⁊ bonum benedictionem ⁊ ma
ledictionem elige ergo vitam vt ⁊ tu viuas ⁊ semẽ
tuum hoc enim clare exprimit ꝙ non solum pote-
rat populus domini mandatum obseruare sed ẽt
ꝙ quia non erat procul positum sed iuxta in ore ⁊
in corde faciliter poterat illud explere ⁊ capitulo
immediate sequente ad eundem populum ita di-
cit Ego enim scio contẽtionem tuam ⁊ ceruicem
tuam durissimam adhuc viuente me ⁊ ingredien-
te vobiscum semper contentiose egistis contra do
minum q̃to magis cum mortuus fuero et statim
post noui enim ꝙ post mortem meam inique age-
tis ⁊ declinabitis cito de via quã ꝓcepi vobis vbi
non solum ostendit ꝙ populus poterat obmittere
obseruantiam diuini mãdati sed etiam illud de fa
cto obseruare obmisit ipso viuente ⁊ ipso mortuo
etiam illud obmitteret ⁊ sic ad obseruandum mã
data libertatem cõtradictionis exprimit fuisse in
illis ꝙ insuper dicit testes inuoco hodie celum et
terram ꝙ proposuerim vobis hodie vitam ⁊ bo-
num benedictionem ⁊ maledictionem elige ergo
vitam manifeste ostendit ꝙ ipse libertatem cõtra-
dictionis in ipsis esse supposuit scilicet eligendũ
bonum quia alias eis vt bonum eligerent nõ sua
sisset ⁊ ad non eligẽdum bonum quia ob hoc eis
ita suasit quia credidit aut saltem timuit ꝙ bonũ
eligere nolent sicut series littere ꝓfert in cortice.

ꝓceptũ diuinũ quõ ẽ in libertate nostra.

Cap. 18.

Exortationes etiã suasio
nes ⁊ comminationes ⁊ promissiões
euanescerent si peccata ⁊ merita ho-
minum ineuitabiliter euenirent quia
in sacra scriptura exprimit ꝙ ad hoc
fiant exortationes ⁊ cõminatiões ⁊ hmõi alia vt
exhortati a malis operibus reuocentur sicut legi
tur eze. capitulo secũdo. Et dices ad eos hec di-
cit dominus deus. Si forte vel ipsi audierint ⁊ for
te quiescant quoniam dominus exasperans est si
igitur ineuitabiliter fuerant in malo permansuri
iuxta istam sapientiam tuam ex quo non erant cõ
uersuri propter sermonem prophete sicut dicitur
ibi tertio capitulo frustra deus fecit propter istum
effectum prophetam eos hortari frustra enim fe-
cit omne quod non potest consequi suum effectũ
qđ diuino operi nemo sanꝰ ascriberet ⁊ nichilomi
nus illud aduerbiũ forte satis aperte insinuat ꝙ
non erant ineuitabiliter in malo permãsuri sed ꝙ
poterant audire prophetam ⁊ a malo quiescere a
lioquin nequaq̃ aperte dictum fuisset sic loquere
eis si forte audiant ⁊ quiescant ⁊ tamen vt dixi ip
si in malitia perdurabant nõ enim simul stare pos
sunt ineuitabiliter aut necessitate non audiant nõ
quiescent ⁊ forte audient ⁊ acquiescent cui simile
dicit saluator mat. vndecimo capitulo. Et tu ca-
pharnaum nunquid tu in celum exaltaberis vsq̃
infernum demergeris quia si in sodomis fuissent
facte virtutes que facte sunt in te forte mansissent
in hanc diẽ verũtamẽ dico vobis quia tre sodomo
rum remissius erit in die iudicij q̃ nobis si vero fa
ctis huiusmodi virtutibus in sodomis ineuitabi-
liter fuissent conuersi ⁊ ita permansissent aut si ni
chilominus perijssent quomodo forte mansissent
neutrum enim horum stare potest cum forte quo-
niam neutra pars fortuit sed ineuitabiliter euenis
set Attende insuper illud quod saluator de corro
zai ibi premittit hoc modo ve tibi corrozain ve ti-
bi bethsaida quia si in tiro ⁊ in syudone facte fuis
sent virtutes que facte sunt in vobis olim in cine-
re ⁊ cilicio penitentiã egissent verũtamen dico vo
bis tyro ⁊ sydoni remissius erit in die iudicij q̃
vobis et videbitis ꝙ non durius fuerunt passure
corrozaim ergo ⁊ bethsaida grauius deliquerũt
et cum econuerso si vtriq̃ necessitate ineuitabili
mali manserunt ipsi qui ineuitabiliter delique-
runt scilꝫ corrozaim ⁊ bethsaida leuius peccaue
runt q̃to enim secundum te malũ est magis ineui
tabile tãto minus est culpabile constat aũt vt se-
cundum te loquar si cum hoc adiutorio virtutũ
factarum tyrus ⁊ sydon penitentiam egissent si-
cut saluator affirmat cũ quo tamen adiutorio cor
rozaym ⁊ bethsaida in peccatis magis ineuitabi
liter in malitia persisterunt ⁊ sic contra iudicium
saluatoris remissius eis q̃ tyro ⁊ syndoni forte fu
turum in iudicio consequatur ⁊ sic posita ista ine-
uitabilitate obdurationis malorum magis red-
duntur excusabiles maiorem occasionem resipiẽ-
di habentes scꝫ mali xpiani q̃ mali pagani docti
q̃ indocti quoniam ipsi ineuitabilius in malo per
sistunt contra hanc clarissimam sententiam salua
toris ⁊ contra illud etiam si non venissem ⁊ locu-
tus eis non fuissem peccatum non haberent ioh.
15. ca. et contra illud io. 14. si ceci essetis peccatũ
non haberetis ⁊ contra illud secunde petri. 2. ca.

exhortationes ⁊ suasiões auferrũt ieuitabilitatẽ futurorũ ꝯtigentium

melius enim erat illis non cognoscere viam iusti-
cie q̃ post agnitionem retrorsum cõuerti hec eñ
et similia satis ostendunt ꝙ docti peccant grauiꝰ
q̃ indocti.

Cap. 19.

Hec potestas exprimitur
geñ. secundo capitulo vbi legitur do
minum dixisse ad caym quare iratus
es et curconcidit facies tua nonne si
bene egeris recipies si autẽ male sta
tim in foribus peccatum aderit sub te erit appeti
tus eius ⁊ tu dominaberis illiꝰ quid est aliud sub
te erit appetitus eius .s. peccati q̃ ꝙ tu appetitũ
potes sicut dñs vitare flectere regere sicut seruũ ⁊
nichilominus cõstat ꝙ caym nõ vitauit peccatũ
scꝫ homicidiũ de quo nõ dubiũ ibi dñs est locutus
ymo hanc libertatẽ contradictionis dñs in caym
fuisse supponit cũ sibi expressit si bene egeris reci-
pies si aũt male statim in foribus peccatũ aderit
nequaq̃ eñi de bono opere ⁊ ꝑuerso sibi expressis
set sequelã nisi ipe vtrũq̃ agere potuisset sicut nec
angelus nec homo sapiens cuiq̃ marie si ꝓsciret
qđ aliud esset accñs de sequelis actus alicuius ⁊
omissionis ipsius talit ꝓnunciaret nisi supponeret
ꝙ posset illum omittere et volo te acute aduertere
ꝙ ꝓpter hoc dicitur ꝙ in volũtate hoĩs est dñiũ su
per peccatũ ⁊ sup appetitũ ipsius q̃ ipsa volũtas
potest ⁊ ea repmere ⁊ põt etiã eis consentire alio-
quin nõ valebis repire libertatẽ aliã respectu suo
rum operũ in hoĩe q̃ in cane. cõstat eñi canẽ spõ-
tanee seu volũtarie oẽs suũ actũ extrinsecũ mediã
te appetitu suo spõte ꝓducere licet ineuitabiliter
cuius tamẽ ineuitabilitatis causa nõ videt nisi na
tura sue volũtatis q̃ sic instituta est vt ineuitabili
ter cuncta velit qualẽ ineuitabilitatẽ in actibus
humane volũtatis affirmas aut affirmare debere
cõuinceris qñ aut dices naturam volũtatis hũa
ne a deo taliter institutã vt ineuitabiliter cuncta
velit ⁊ erit naturaliter similis volũtati canis vt di
xi quo ad potestatẽ volẽdi quã libertatẽ cõiter ap
pellamus aut finges aliquã aliã causam occultã
ineuitabilitatis actuum hũanorũ q̃ canũ qualem
eque si placet fingere potes in cane ⁊ nõ eius na-
turã nec poteris repire vñ natura causãs efficiat
illã ineuitabilitatẽ nisi illa causa occulta quã pos
sis de natura hoĩs inuenire nisi forte recurras ad
rationis iudiciũ qđ est in hoie nõ in cane sed certe
ad diuersitatẽ huius libertatis in vna volũtate et
alia nõ facit q̃cq̃ iudiciũ rationis quod est in vo-
luntate hũana sepius distortũ q̃ rectũ q̃ vtrumq̃
semp sequit ieuitabiliter ex sua causa occulta quã
fingis nec libertatẽ cõtradictiõis liberũ esse põt
vñ nõ magis facit ad libertatẽ secundũ hoc iudi
ciũ rõnis seu discursus ex quo est hoĩ oĩo ineuita
bilis q̃ faceret simplex respectu volũtati cognitio
qualis nõ dubiũ est in cane attẽde iterũ ꝙ si dixe-
ris naturã volũtatis in hoĩe nõ esse cãm huius in
euitabilitatis suorũ actuũ ⁊ naturam volũtatis in
brutis brutalis dixeris cãm esse ieuitabiliter ope
rum voluntatis brutalis hẽs dře ꝯñr ꝙ volũtas
hoĩs naturaliter seu ex natura sua est libera hac
libertate sed est cohita seu restricta ab alia cã oc
culta ꝙ sentẽtia vt puto deffendi nõ põt prĩo qđẽ
qñ institutio naturalis hmõi videretur supflua .s.
instituere naturã cũ potẽtia naturali q̃ semp ⁊ ne-

nota de caym

nota de opibus brutorũ

cessario esset a suo actu cohabita secundo quidẽ
quoniã si recte existimes eo ipso ꝙ voluntas a sua
origine sic a deo fuerit instituta vt eo modo semp
esset restricta seu cohibita aperte consequitur ꝙ
naturaliter extat ex modo restricta omnis eius di
spositio sibi indita a deo in sua prima origĩe in pri
mordiali rex institutione ⁊ sibi naturaliter ⁊ ita cõ
sequit ꝙ ista restructio est naturalis voluntati hu
mane ymo vt verius loquar non est tunc dicenda
restrictio sed institutio naturalis ⁊ ita omnino cõ
sequitur ꝙ voluntas hominis sicut ⁊ canis volun
tas est naturaliter productiua sui actus intrinseci
cuiuscunq̃ vt dixi ⁊ ꝙ ipsa natura voluntatis hu
mane ita est causa ineuitabilitatis sui actus sicut
voluntas brutalis ⁊ ꝙ sunt omnino consimiles in
libertate vt dixi ymo consequitur ꝙ voluntas hu
mana naturaliter est libera libertate cõtradictio-
nis ⁊ quod est determiata naturaliter ad partẽ al
teram dũtaxat sicut voluntas brutalis que duo si
bi inuicem manifeste repugnant verum est igitur
ꝙ libertas contradictionis est in hominis volun-
tate que libertas a deo exprimitur cum dicit sub
te erit appetitus eius ⁊ tu dominaberis illius.

Cap. 20.

Non est ista mea sentẽtia
sed est processus tui phi tertio ethico
rum a principio vsq̃ ad nonũ capitu
lum de fortitudine scilicet ꝙ virtutes
et malitie morales sunt in nobis volũ
tarie ⁊ in nostra potestate seu dñio ⁊ consequitur
operationes earum sed nõ omnino similiter sicut
dicit in fine 8. ca. quoniã vt dicit operationũ a pri
cipio vsq̃ in finem domini sumus scientes quoniã
secundum singula habituum seu pricipij adiectio
non cognita queãdmodũ in egrotationibus sed
quia in nobis erat sic vel non sic vti ꝓpter hoc vo
luntarij vbi clarissime dicit ꝙ a pricipio erat in no
bis sic vel non sic vti quod non est aliud q̃ ꝙ liber
tate contradictionis vti potuimus in operibus mo
ralibus ⁊ non vti quã sententiam sub alijs verbis
sic dicit operationum a pricipio vsq̃ ad finem do
mini sumus scꝫ quo ad potestatem eas agẽdi sed
habituum sumus domini quo ad principium eorũ
scꝫ ꝙ p libertatem cõtradictionis seu electiõis ar
bitrarie poteramus habitus a principio acquire
re seu respuere non amplius ea cum adiectio fa-
cta est scꝫ confirmatio habitus sicut est in egrota
tionibus. Exemplum vero istud de quo meminit
de egratationibus ibi aũt posuerat in eodem ca.
hoc modo si autem non ignorans aliquis opera-
tur ex quibus erit iniustus volens iniustus vtiq̃
erit non tamen si velit iniustus existens requiescet
et erit iustus non enim qui egrotat sanus ⁊ si con
tingat nolens egrotat ⁊ in continenter viuens et
inobediens medicis tunc quidẽ igitur non inerat
ei egrotare obmissio enim non adhuc vbi aptissi-
me tradit nostram sententiam scꝫ egrotus factus
egrotus non potest esse sanus cum voluerit q̃uis
a principio poterat egritudinem euitasse quoniã
tunc vt exprimit inerat ei non egrotare scꝫ facul-
tas egritudinẽ euitãdi ⁊ ex hijs philosophus tuus
colligit ꝙ virtutes ⁊ malitie sic sunt in nobis vo-
luntarie ⁊ in nostro dñio quo a pricipio anteq̃ ha
beantur poteramus vel sic vel sic vti ⁊ ob hoc vir
tutes acquirere seu abicere sicut ante egrotatio-

ꝓbatio ex phõ.

nota quõ ꝟtutes sũt ĩ ptãte nr̃a ⁊ similiter malicia.

nem poteramus non egrotare ⁊ ꝙ operatiões virtutum ⁊ maliciarum sic sunt in nostra voluntate ⁊ in nostro dñio ꝙ a principio acquisitionis habituum sumus potẽtes sic vel nõ sic operari quã cõclusionem a principio illius capituli deducit per hoc ꝙ quia finis est volibilis ⁊ que sunt ad finem sunt consilia vtilia ⁊ eligibilia consequens est circa operationes q̃ sunt circa hec q̃ sint voluntarie et sic consequẽs est ꝙ virtus ⁊ malicia sunt in nobis quoniã in quibus est operari est ⁊ etiam non operari ⁊ in quibus non est operari est etiam operari quare si operari est bonum in nobis existens ⁊ nõ operari in nobis erit malum existens si non operari sit bonum existens in nobis operari malũ est existens in nobis Si autem ⁊ bona ⁊ mala in nobis operari similiter autẽ ⁊ non operari hoc autẽ est ⁊ bonis ⁊ malis esse in nobis ẽt decentibus ⁊ prauis esse. Ecce conclusio philosophi ꝙ virtus et malicia sunt in potestate nostra quoniã per hoc probat ꝙ circa singulas ꝟtutes ⁊ malicias ⁊ operari ⁊ non operari bene operari ⁊ male operari ẽ in nobis seu in nostro dñio consequenter primo capitulo idem ꝓbat per singula plura atqꝫ diuersa primo per hoc ꝙ legislatores puniunt operantes mala non violenter neqꝫ per ignorantiam qꝛ huiusmodi operum ipsi operantes non sunt causa secundum ꝙ legislator hos prouocat hos prohibet que autem nõ in nobis sunt nullus prouocat operari quoniã nichil est suadere de talibus Itẽ tertio dicit ꝙ legislatores eos qui turpia ignorantur ex ignorãtia cuius ignorantie causa est in operantibus sicut ebrios dupliciter increpant qꝛ prĩcipium est in ipsis dominus est enim eius qui non potest inebriari. Item puniunt eos qui faciunt ea que sunt in legibus que oportet scire ⁊ nõ sunt difficilia similiter puniunt alios in quibus ignorantia propter negligentiam quia eius ꝙ est esse negligentes dñi sunt. Ecce qualiter probat ꝙ virtus ⁊ malicia sunt in nobis volũtarie qꝛ scꝫ alias sponte male agentes legislator non recte puniret nec ad bonum prouocaret nec prohiberet malũ nec puniret malum nec puniret ignorãtes ebrios nec leges quas oportet scire ex quo ergo lator legis sic agit hoc testificamur ꝙ operãtes sunt dñi operationum suarum ita ꝙ possunt eas a principio non facere sicut possunt eas agere ebrius enĩ vt dicit dominus est eius quod non est inebriari ⁊ negligentes dñi sunt eius quod est esse diligentes qui igitur dicit omnia ineuitabiliter contingere destruit omnia ista clarissime quoniã et ebrius ineuitabiliter fit ebrius secundum sic dicẽtem nec est dominus eius quod est non inebriari quoniã non ebriari fuit sibi impossibile sicut iebriari erat sibi necessarium seu ineuitabile ⁊ negligens ineuitabiliter fit negligẽs nec in eius potestate erat eẽ diligens sed hoc erat ei secundum tuam sapiẽtiã omnino impossibile ⁊ nullus est dominus suorum actuum vt possit eos anteq̃ fiant omnino non facere ⁊ nullus poterit cauere virtutes aut vitia q̃s ab initio fuerat habiturus si ineuitabiliter fuerãt future. Item inde secundum casum de voluntario ⁊ in voluntario ⁊ ecce habes qδ ea que homo facit metu pene sunt voluntaria cum fiunt ꝙ probat per hoc ꝙ in operante est principium mouendi organicas partes quorum autem principium in ipso est operari ⁊ non operari ⁊ talia sunt volũtaria vbi ineuitabilitas operationis future si in ipso operante est operari ⁊ non operari principium et ob hoc talia voluntaria proprie appellant vbi etiam manifeste potes colligere libertatem volũtatis quã contradictionis appellamus.

Cap. 21.

Tez ista opinio destruit electionem destruit consiliationẽ seu consilium quoniã idem est consiliabile ⁊ eligibile sicut dicitur sexto capitulo. quorum natura est de necessariis sicut dicitur quinto capitulo ⁊ sexto ⁊ etiam secũdo periarmenias neqꝫ de hiis que eterna sunt ãt de hiis que naturaliter fiunt neqꝫ de hiis q̃ a fortuna contingunt sed de solis operabilibus p nos sunt cõsilium ⁊ electio Cum igitur nemo dubitet quin consilium sit circa vtramqꝫ partem contradictionis ⁊ electio aliquando fit respectu illius ꝙ non fiet consequens est ꝙ illa respectu quorũ sunt consilium ⁊ electio possunt fieri ⁊ vitari scꝫ ꝙ vtraqꝫ pars cõtradictionis in eis potest fieri a nobis qui igitur hoc cõsequẽs negat inficit antecedẽs ymo si quis dicit electionem ⁊ consilium esse de ineuitabilibus dicere potest ea esse in angelis quoniam ex recta ratione voluntarie operantur contra philosophum . quinto capitulo. asserentem ꝙ non omnis questio est consilium sed omne consilium est questio nõ aũt est in angelis questio seu dubitatio de hiis que secundum rationis iudiciũ exequuntur. Item vbi est desidia ibi est negligentia propter quã quis vituperatur sicut dicit philosophus tertio ethicorũ. 8. ca. Si desidia omnis et similiter negligentia ineuitabilis est omnino insanit enim qui eum vituperat qui non facit ꝙ facere non valuit aut eum qui agit illud ꝙ euitare nõ potuit ⁊ presertim si ipse ineuitabilitatis illius cã non fuit omnes enim leges penales iuste eum dũtaxat pro facto prohibito dampnant qui illud potuit precauere quoniã probata ineuitabilitate siue impossibilitate illud cauendi leges eum absoluunt sicut occidens hominem volentẽ eum occidere probata impossibilitate euadẽdi absoluitur et furans victum seu vi rapiens ex patenti indigẽgia a lege nullatenus condempnatur ⁊ ita de cunctis similibus si igitur omnia que eueniũt sunt ineuitabilia nullus erit per iustam legem aliquã puniendus quoniã in nullo casu est cuicunqꝫ possibile futura prohibita precauendi sicut hoc vere legitur de legibus punitis sic idem sequi conuincitur de omnibus legibusque omnia merita bonorum remunerant scꝫ ꝙ non iuste hoc faciunt quoniam pro hiis actibus qui apud hominem sunt necessarii seu ineuitabiles nullum premium aut gratia sue laus aut honor omnino debetur ⁊ sic per hanc positionem destruitur tota doctrina moralis vtvides que non est precise nisi de virtutibus et viciis penis ⁊ premiis vt populus recte viuat que omnia harum rerum predicta ineuitabilitate tolluntur.

feuitabilitas circa futura cõtigẽtia destruit cõsiliũ ⁊ electionem

IOHANNES nõ habeo rata omnia predicta quoniã tenem⁹ ꝙ angeli boni laudabiles sunt in suis operibus qui obedientes deo excercent et angeli mali vituperabiles quoniã inobedienter ⁊ contra rationem opera sua agunt et tamẽ tenemus cõmuniter ꝙ nec boni possunt peccare seu deficere nec mali mereri seu proficere. Item sicut angelus bonus nõ potest peccare seu deficere sic non potest suum omnino opus futurum cauere quoniã si illδ posset cauere posset peccare quia posset sibi iniunctũ obmittere nichil enĩ agunt angeli boni nisi quod deus ꝑcipit vt agant quoniã diuina voluntas eis patens precipitur et habetur merito pro precepto non ergo est ineuitabilitas operis necessaria ad hoc vt laudabile ipsum opus reddatur ac etiam virtuosũ sicut tu superius statuisti pariter dicimus de angelis malis q̃ non possunt proficere seu mereri ⁊ pari modo ꝙ non possunt vitare quin male agãt ⁊ vituperãtur quoniã nunq̃ desinunt mala velle vnde xp̃s sathanam vituperauit in euuãgelio cum ipsum temptauit vade inquit retro sathanas mat. 4. ca. non est ergo euitabilitas operis necessaria ad hoc ꝙ op⁹ reddatur per bonũ aut malũ sicut tu posuisti iam supra. RICARDVS ⁊ angeli boni ⁊ mali potuerunt opera sua vitare quoniã a principio boni peccare poterant ⁊ mali peccatum vitare ⁊ sic tũc saltem poterant omnia cauere bona et mala que postmodum egerunt tua aũt opinio patenter affirmat ꝙ nullus homo futurum suum opus nũq̃ poterit euitare ⁊ sic nec congrue obicis de bonis angelis neqꝫ de malis est aliud qδ tuum obiectũ absoluit scꝫ ꝙ nũq̃ est factum hominis aut angeli confirmati laudabile aut vituperabile proprie sicut nostra opera dicimus laudabilia aũt vituperabilia scꝫ ita ꝙ eis pro huiusmõi operibus pena debeatur aut premiũ sicut multis est visum quod michi non displicet quoniã ad talem laudabilitatem seu vituperabilitatem exigitur vt videtur ĩ angelis contradictionis non tamen absoluta libertas que non dubium magis est in angelis q̃ in nobis hominib⁹ ⁊ hoc modo ego prius accepi quoniam sic phũs videtur ⁊ alii phĩ sunt locuti vt estimo vnde sic nec angeli boni laudabitur nec malũ vituperabiliter operantur quoniã eis pro ipsorũ operibus penitus nulla merces compensatur de operibus ineuitabilibus eorum semper intelligo nunquid opera habeant ex libertate cõtradictionis procedentia secundũ nostram sententiam alibi est locus tractandi Et sequitur ⁊c.

Nota quõ ãgeli potuerãt opa sua vitare.

Cap. 23.

IOHANNES Rogo vt hoc saltem breuiter tangẽdo ostendas seu suadas. RICARDVS de malis angelis videtur ꝙ eorum opera ineuitabilia non sic sunt vituperabilia. s. vt pro eis continue suarum penarum infernaliũ mereantur augmẽtum quoniam cum sine fine malam sint voluntatem ⁊ malicias habituri semper et sine fine cresceret pena ipsorum qδ esse non potest cur enim potius debeat crescere pena ipsorũ pro vna mensura q̃ pro alia propter eũdem actũ omnino non video. Item sequi videtur de bonis angelis ꝙ si pro actu aliquo sint amplius premiũ habituri ꝙ ipsi in perpetuum crescerent in merito et pari ratione in premio quoniam si nunc per sua opera merentur illud precipue facerent per act⁹ intrinsecos dilectiõis dei ⁊ angelorum ⁊ hominũ quoniam actus extrinseci non sunt meritorii nisi propter intrinsecos ⁊ cum sint tales actus in eternum intrinsecos habituri perpetuo in eis fieret felicitatis augmentum qδ nec omnino congrue nec etiam esse potest nisi essent capacitatis immense ⁊ hoc sequitur de bonis angelis ⁊ de malis cõmuniter quoniam ista perpetua augmentatio pene sicut augmentatio premii continua ⁊ eterna capacitatem exigit infinitam IOHANNES gratum habeo ꝙ hoc pauca tetigisti de xp̃o nõ video quid possum obicere quoniam ex quo erat omnipotens euitabiliter omnia sua opera egit quoniã omnipotens quecunqꝫ potest facere potest obmittere. Et ideo cur ipse secundum ea que supra tractasti mereri non poterat omnino non video. RICARDVS recte de xp̃o domino nostro oĩpotente intelligis sed intellectum tuum minus solide conaris astruere ipse enim mereri poterat ꝓprie sed non inde qꝛ erat omnipotens sed quia secundum humanitatem contradictionis libertatẽ habebat ⁊ gratiam alioquin ante incarnationis tempus meruisset ⁊ modo pater ⁊ spiritus sanct⁹ pariter mereretur ꝙ non credimus nisi hoc dicatur q̃. equiuoce cum nostro merito. quoniam nullum premium eis pro hiis que agũt debetur alioquin cum nullum omnino recipiant nec est qui illud reddere eis posset irremuneratum semper maneret opus eorum meritorium ꝙ veritas vel equitas non permittit Quis enim honorem laudem et gloriam recepturi sint ab omnibus bonis perpetuo ⁊ a quibus recipiant in presenti cum hoc non eis redditur per modum premii suis operibus cõpensandi sed per modum debite reuerentie ꝑter bona recepta quomodo deus noster iesus meruit et quid ⁊ qualiter seu q̃tũ ⁊ a quo sua merita fuerint compensata non opus est hoc modo discutere nec illud facere cõmode hoc possemus quoniam latius differere me cõpellis in hac materia q̃ sperabam.

Capitulum. 24.

IOHANNES. ꝓmissa que ꝓfers de legibus punitiuis ⁊ premiatiuis si valeas robora per scripturam quoniã non omnes hanc opinionem tenentes phisica tanq̃ sufficientia argumenta recipiunt. RICARDVS. christus eandem in euuangelio tibi demonstrat mar. secundo capitulo vbi affirmat dauid excusatum a lege quia necessitatem habuit cum ipse et qui cũ ipso erãt panes propositionis cõedebant ꝙ non licuit edere nisi solis sacerdotibus et tamẽ hec necessitas nõ fuit ineuitabilitas absoluta sed ineuitabilitas quo ad conseruationẽ corporalis salutis q̃to magis absoluta ineuitabilitas ipsum vel alium transgressio legis fecisset immunẽ seu excusabilẽ reddidisset scꝫ si illud fecisset ꝙ oĩo vitare non potuit sic xp̃s mat. 12. ca. ex hoc facto dauid conuicit phariseos ⁊ siliter ex hoc ꝙ lꝫ in sabbato

nota de legib⁹ pũitiuis

de fouea ouem extrahere non obstante precepto de festiuitate sabbati quia necessitas idigẽtie legem excusat sed forte dicturus es q̃ in facto isto dauid fuit cum illa necessitate corporalis salutis ineuitabilitas absoluta quia ex quo factus fuit illudq̃ egit ipse illud vitare non potuit et sic hic fuit duplex necessitas supradicta ⁊ ita forte tibi videtur q̃ ẽtus talis duplex necessitas factum excusasset non propter hoc statim consequitur q̃ sola necessitas ineuitabilitatis excusat si inẽ sic dixeris lectionem xp̃i non recte intelligis quoniam xp̃s dixit dauid fuisse excusabilem propter necessitatem scz propter necessitatem scz propter indigentiam hoc ergo causa sola sufficienter excusat aut sententia xp̃i plenam excusationem non continet ymo hec sola sufficeret ⁊ si nulla facti ineuitabilitas ibi esset ⁊ si hec sola causa sufficiẽter excusat quecunq̃ maior sit potuit excusare ⁊ ita in euitabilitas cum sit maior causa q̃ talis indigentia corporalis ipsa sola vbicunq̃ fuerit excusabit

nota quõ dõ fuit excusat? come dẽdo pães ꝓpositiõis.

Cap.25.

SEd hic habes sepius q̃ ignorantia transgressionem legis excusat vnde xp̃s dicit io.15. Si non venissem ⁊ locutus eis non fuissem peccatum non haberent nunc autem excusationem non habent de peccato suo si opa nõ fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum nõ haberent nunc autem viderunt ⁊ oderũt me ⁊ patrem meũ sed vt impleatur sermo qui scriptus est in lege eorum quia odio hũerunt me gratis ⁊ io. 24. ca. phiseis interrogantibus ex indignatione nunqd ⁊ nos ceci sumus respondit xp̃s si ceci essetis peccatum non haberetis nunc vero dicitis q̃ videmus peccatum vestrum manet et apostolus paulus dicit gratiam ⁊ misericordiam consecutus sum quia ignorans feci in incredulitate prime ad thy. primo ca. ⁊ multa sunt dicta similiter que sanctis affirmant ignorantiam excusare peccatum et multo fortius violentia ⁊ indigentia quas nomine necessitatis ⁊ vt plurimũ scriptura itelligit peccatum excusant ⁊ de multo maiori ineuitabilitas absoluta peccatum semper excusat. Item est alia via qua ex hoc q̃ ignorantia excusat peccatũ probatur propositum IOHANNES. illam ostẽde. RICARDUS. nunquid omnis ignorãtia excusat hominem a peccato quoniam constat aliquos facere malum ignorãter ⁊ si scirẽt illud malum esse ⁊ nichilominus illud ipsum peragerent sicut carnis voluptatibus dediti etiam ignorantes q̃ peccant sic agerent si scirent omnia opera sua esse peccata. IOHANNES. videtur michi q̃ omnis proprie per ignorantiam operans cum efficitur sciens penitet facti sui non autem agit hic ignoranter peccãs vt de voluptuosis superius expressisti ⁊ ideo non omnis ignorãtia peccatum excusat vt videtur. RICARDUS. recte respondes vnde eccle. 14. de muido scribitur si bene fecerit ignoranter ⁊ non volens facit vbi vtrumq̃ adiungit scz ignorantiam ⁊ carentiam volũtatis adbonũ ⁊ sicut in tali operãte ignorantia nõ est causa opis mali sed malavoluntas q̃ opus illud ageret etiã si illud malũ agnosceret igr̃ vbi ignorãtia nõ est causa opis ibi ignorãtia nõ excusat nec causa operis esse videt vt dicis ⁊ ratione nisi in illo q̃ amota ignorantia operis penitet cũ illius operis recordatur sed hoc habes ita acciperent talis ex causa tẽpore medio malus nõ fiat qñ post opus per ignorantiã factũ posset subuerti ⁊ approbare maliciose qõ egit ⁊ ita nullatenus penitere si tñ talis qualis erat in initio operis permaneret cũ ex ignorãtia malum cõmissum esse cognosceret peniteret ⁊ sic facto ostẽderet q̃ si a principio aũ operatũ scientiã habuisset illud nullatenus peregisset sed illud volũtarie precauisset igitur ex hoc manifeste cõsequitur q̃ ipse a principio illud opꝰ poterat euitare qñ cũ scia respectu mali illud voluit euitare etiam sine illa scientia illud idẽ poterat precauere alioquin ⁊ sciẽti ⁊ necessitatẽ obmissionis ⁊ ignorãtia ineuitabilitatẽ cõmissionis efficeret cuius cõclusionis falsitatẽ in te ipso septissime experiris qui stãte eadem sententia huiusmodi vno tẽpore opus peragis ⁊ alio tempore illud obmittis ⁊ de ignorãtia cõfiteri illud idẽ oportet et ob hoc xp̃s hanc libertatem cõtradictionis in peccante scienter supra expressit cũ dicit vt ipleat sermo qui scriptus est in lege eorũ qz odio habuerunt me gratis in hoc clare ostendens q̃ scientia nullam operis aut obmissionis ipsius necessitatẽ adducit ex quo illi contra iudicium rationis ipm oderunt qõvocat vt michi videt gratis odire. Si enim scientia aliquã necessitatem obmissioni operis perueri aut eius cõmissioni imponeret vt potius obmissioni q̃ contra eius iudiciũ cõmissionẽ hanc legem ineuitabilitatis induceret cum igitur in odiente xp̃m gratis illud non agat omnino cõsequitur q̃ illud odium a contradictionis libertate procedat constat igitur ex hoc q̃ ignorantia agentem non excusat quia ignorans ab initio habuit liberatem contradictionis ad opus.

in peccante scienter ẽ libertas contradictiõis

Cap.26.

QUod clarius in penitẽte scienter de malo commisso potes aduertere etiam experimento in te ipso adducere scilicet q̃ qui cõmissa penitet habet voluntatem non solum opus tale non committendi secundo Sed etiam q̃ si esset in dispositione prioti quã ante ꝑpetratum habuerat illud opꝰ nequa q̃ committeret ymo hec voluntas videtur necessaria cuilibet veraciter penitẽti vt in hui? libri principio tibi dixi sicut qui penitet veraciter virginitatis amisse si vere penitet vellet eam seruare si iam de nouo eius perditio imineret ⁊ plangẽs recessum suum a loco in quo precipiebatur manere si vere penitet vellet si ibi esset non recedere sed manere ⁊ ita de cunctis similibus sed frustra sic vellet ⁊ stolide si opus a principio vitare non posset sicut nec secundum tuam sapientiam ⁊ vitare potuerat non autem puto q̃ audeas affirmare talem aut frustra aut insipienter sic velle cum sic velle valde sit deo acceptum consequitur ergo q̃ in alia dispositione existens poterat ⁊ posset si esset illud peccatum euitare tuam igitur conscientiam adduco in testem q̃ tu cum pterit tui peccati penites apud te ipsum cum doloze cordis sic asseris q̃ in illa dispositione si esses in qua immediate anteq̃ peccasti fueras eligeres nõ peccare ⁊ illõ

peccatum penitus declinares non dubium ergo quin sic asserunt omnes penitentes aut ergo omnes errant asserentes ⁊ iudicantes q̃ ineuitabiliter peccauerunt q̃ demẽtis est etiam estimare ãt sic penitentes veraciter sic iudicãt ⁊ omnino conuincuntur q̃ sua peccata que egerant poterant pcauere ex quo recte ⁊ vere iudicant ⁊ asserunt ⁊ si in statu priori per omnia essent ⁊ omnino precauerent.

Cap.27.

IOHANNES. Valde hac ratione cohortor quoniam i me sic esse vt dicis cum vere penitẽo negare non possum nisi dixero qõ nec volũtas mea nec meus assensus seu assertio est super hoc q̃ si in illa dispositione sola quã ante habebam nũc essem ipsum peccatum vitarem sed vtrumq̃ est super hoc q̃ sine illa dispositione essem cum hoc q̃ scirem ea que nunc scio scz q̃ turpe erat sic agere ⁊ ẽtum per hoc deũ offendi ⁊ alia que ad penitendum in presenti me mouent ⁊ precipue si habuissem voluntatem quam habeo in presenti illud peccatum vitare non poteram non enim sequi videtur si cum vna dispositione poteram peccatum vitare ⁊ illud cauissem ergo cum alia dispositione poteram precauere. RICARDUS. Adhuc clamo redi ad cor tuum ⁊ conscientia tua te iudicet scz an voluntas et assertio tua de quib? fit mentio fuerũt super voluntatem quã nũc habes an sint solum super dispositionem quã ante peccatũ hũeris de illa voluntate ⁊ illa assertiõe iam loquor quas necessarias inuenimus superius cuilibet veraciter penitenti etiam si discutias potes videre q̃ cum penitẽs de virginitate amissa ⁊ asseris q̃ omnino nollens eã perdere si modo immineret de nouo eius perditio sed eam tenaciter conseruares non asseris q̃ hoc faceres si hanc volũtatem presentem habes quoniam potius hec tua volũtas presens facit te ita asserere ⁊ est causa penitentie tue ⁊ talis doloris nec assertio tua nec illa voluntas super alio est q̃ super cautione peccati si in illa dispositione esses dũtaxat quã ante cõmissum peccatum habebas alioquin si cum hoc esset super hac bonavoluntate q̃ habes ipsa sui ipsius efficiens causa esset ex quo ipsius existentia ponitur modificatio prima ad hoc qõ ipsa ponatur vellem inquit si hanc voluntatem haberem qõ idem est ac si diceres vellẽ si sic vellem vbi clarissime hec voluntas statuitur et supponitur causa sui sicut de voluntate presenti vides hoc sequi ita de assertione presenti hoc sequitur scilicet si dixeris hanc tuam volũtatem bonam presentem qua vales seruare virginitatem si obmissionis sue periculum imminere esse modificatam per hoc scilicet si hanc assertionem haberes qua te nunc futurum asseris quoniam sic assertio esset modificata per existentiã sui ipsius hoc modo ego sic agerem si casus huius immineret si haberem hanc meam assertionem contra hoc assertio in presenti ⁊ sic hec assertio presupponit sibi vt sit q̃ omnino esse non potest ⁊ ob hoc potes aduertere q̃ cum dicis in corde tuo veraciter penitẽdo ego virginitatem meam inuiolabiliter retinere si primo modo casus prioz sue amissionis adesset pon adictis modificando si hoc vel illud habes in presenti ⁊ tunc non habebam sed affirmas exprese q̃ indispositione priori si illam dispositionẽ haberes virginitatis amissionem caueres q̃ ex alio capite facere aduertere licet quoniam penitentia que est respectu commissi ⁊ voluntas illa sibi conuincta qua velles illud non committere sunt pariter modificate quo ad scientiam ⁊ alias dispositiones habitas tempore delicti cum enim vere penites q̃ in dispositiõe illa q̃ habebas tempore peccati tui peccasti ⁊ velles vt asseris si sic esses illud peccatum vitare ex quo igitur penitentia de commisso non supponit pro tempore delicti nisi dispositionem tunc habitam consequens est qõ nec ista voluntas supponit aliam modificationem pro eodem tempore criminis perpetrati. Constat igitur conscientia tua testante q̃ omnes veraciter penitentes de peccato commisso in cordibus suis asserunt se velle huiusmodi peccata cauere si in presenti primo peragenda occurrerẽt aut omnes vere pententes hoc false affirmant q̃ qui dicit instanus putatur aũt ipsi peccata sua hmõi imminentia poterant precauere de probationibus pro presenti ista sufficiant a modo exequamur promissa aut scilicz dissoluamus obiectus cõtrarios ⁊ eos ex eorum propriis radicibus infirmemus.

Explicit liber decimusquintus.

Incipiunt capitula libri decimi sexti.

IN quibus soluũtur tria prima motiua scilicet de infallibilitate scripture de prescientia diuina ⁊ de prouisõe diuina tacta in principio libri precedentis pretẽdentia ineuitabilitatem omnium actuum humanorum ⁊ inuestigantur rãdices motiuorum illorum atq̃ tolluntur ex eorum propriis principijs et habet vigesimas quarta capitula.

Primum capitulum soluit obiectum precedentis libri de fallibilitate facte scripture ostendens modum infallibilitatis illius et excusat scriptores a mendatio possibili inscripturis.

Secundum capitulum obicit cõtra responsionem precedẽtis capituli ⁊ soluit tractans de assertione xp̃i nũqd potuit falsa fuisse ⁊ de multiplici conscientia ipsius.

Tertiũ capitulum obicit secũdo principaliter de diuina prescientia ⁊ ostenditur ex emplo corporalis speculi ꝙ euitabilitas prescitorum non arguit fallibilitatem diuine scientie.

Quartũ capitulũ obicit de cognitione beatorum in verbo diuino qua non obstante possent beati decipi ⁊ deducitur ⁊ concluditur ita esse de deo ⁊ soluitur ipsa obiectio affirmãdo tanꝙ ꝓbabile qꝺ nec anima xp̃i nec anima creature preuidet futura intuitiue in verbo diuino ⁊ nichilominus aducitur vna ratio probans non obstante prescientia dei euitabilia posse esse

Quintũ capitulũ obicit de omnipotentia prescientie diuine ⁊ soluit ostendens omnipotentem dei scientiam exigere aliqua esse euitabilia et ostendit diuinam prescientiam non esse causam rerum prescitarum in quantum talis est

Sextum capituluꝫ obicit contra vnum prius suppositum ⁊ soluit ostẽdens causaꝫ euitabilitatis rerum esse causam earum ⁊ etiã ꝓbat ineuitabilitatem si ponatur causam efficientem quoquomodo habere reprobans quodã exẽplum de ineuitabilitate cuiusdã ad carcerem impellente eum legis ministro ⁊ sunt ibi tres radices.

Septimum capitulũ ostendit generali ratione supra ex omnipotẽtia voluntatis diuine ꝙ voluntas dei respectu actuum humanorũ eis ineuitabilitatem adducit ⁊ distinctis multiplicibus scientia ⁊ potentia ⁊ voluntate diuina illud idem ostendit eadem ratione expressius.

Octauum capitulum obicit ⁊ soluit ostendens aperta ratione ꝙ nec voluntas diuina immediate procedens causa esse potest improducibilitatis rerum quas euitabiles appellamus.

Nonũ capitulũ obicit de volũtate humana ⁊ soluit ostendens ꝙ nunꝙ voluntas humana causa eẽ potest improducibilitatis acta sibi natura possibilis ⁊ illud ideꝫ excludit de volũtate diuina.

Decimũ capitulũ obicit ꝙ voluntas dei quia est causa prior in tẽpore ⁊ etiam causa eterna rerum non potest per actum humanum non esse aut non fuisse causa ipsa

Undecimũ capitulũ ostẽdit rõne patenti ꝙ causa prior in tempore per actionẽ cause posterioris potest respectu cause certi effectus nunꝙ causa fuisse ⁊ per exemplum manifestum in voluntate nostra ⁊ eius operibus hec ostendit.

Duodecimũ capitulũ idẽ ostẽdit ex dictis euuangelij et ex ratione sumpta a iusta primitione dampnatorum sciliꝫ ꝙ peccatum ipsorum seu eius futuritio ab eterno fuit causa quare deus voluit malos dampnare non econtra.

Decimũ tertiũ capitulũ ostendit ex multiplici auctoritate scripture ꝙ factũ humanum seu volũtas sepe est causa quoquomodo cur deus multa facit ⁊ fecit ⁊ ab eterno facere voluit

Decimũ quartũ capitulũ obicit contra euitabilitatem actuuꝫ humanorum ꝑ hoc qꝺ nullus potest dei voluntati resistere aut eam efficacẽ aut ĩ ifirmã efficere ⁊ sunt quattuor obiectus de geñ. vlti. hester. 13. ad. cor. 9. ⁊ iob. 14.

Decimũ quĩtũ capitulũ ꝓbat ex omnipotentia dei ꝙ aliqua eius nolita possunt a creatura caueri absqꝫ hoc ꝙ diuine voluntati resistatur aut ipsa fiat inefficax.

Decimũ sextũ capitulũ obicit ex euitabilitate diuini voliti quod voluntas diuina argui possit infirma ⁊ soluit ostendens ꝙ non ob hoc minus est potens sicut nec voluntas humana obicit etiam iteꝝ difficulter adiciens fidei rationem ꝙ volitum a deo potest nunꝙ fuisse prescitũ.

Decimum sepimum capitulũ vt aliam rationem inducat distiguit de multiplici voluntate diuina ostendens ꝙ nec voluntas dei qua vult rem fieri aut qua vult rem fore in ꝙtum talis est causa operum humanorum efficiens.

Decimũ octauũ capitulũ ostẽdit particulariter ꝙ nec potẽtia volitiua diuina nec actus volitiuus diuine complacentie qui nec dici potest proprie efficax potens aut impotẽs fortis aut debilis de infirmitate aut impotentia aut inefficatia argui potest ⁊ si volitum eius possit caueri

Decimũ nonũ capitulũ illud idẽ ostendit de omni genere actus voliti diuini operati ad extra respectu actuum humanorum scilicꝫ ꝙ nullus potest argui inefficax etiam si vnum volitũ possit a creatura caueri

Vicesimũ capitulũ obicit ⁊ soluit ostendens ⁊ plenius ꝙ nullus actus volitiuus diuinus respectu actuuꝫ humanorum potest argui inefficax vel infirmus etiam si suum volitum possit a creatura vitari

Vicesimũ primũ capitulũ obicit contra de actu volitiuo diuino cogitabili quo ita vult res humanas fieri vt si voluntas hũana eas non ageret ⁊ ipse eas immediate produceret ⁊ dissoluit probans fictuitate nullum actum talem volitiuum esse aut posse esse in deo.

Vicesimum secundum capituluꝫ obicit de ꝯformitate volũtatis diuine si potest omnibus euitabilibus conformari ⁊ soluit ostendẽs hanc cõformitatem voluntatis diuine ex summa firma inuisibilitate venire cum conformabilitate voluntatis siue virtutis create.

Vicesimum tertium capitulũ soluit obiectus 14. ca. de resistentia populi voluntati diuine per suam facturam.

Vicesimum quartum capituluꝫ ostendit ex serie littere scꝫ epistole ad ro. que abiciendo fuerat allegata ꝙ sunt aliqui actus humani vitabiles ⁊ idem ꝓbat ex auctoritatibus apoc

Finis tabule.

Capitulum primũ.

IAm vides vt estio quomõ tua opinio fidẽ xp̃ianam destruit ⁊ scripturam phisicam ⁊ diuinam ne tamẽ mole auctoritatũ te ꝑmi affirmes stantibus suis obiectibus nõ solutis videam⁹ domino nos ducente quomodo dissoluantur tua ligamina ⁊ qualia ex tuis proprijs principijs tua opinio confingatur ⁊ a dissolutione tuorum obiectuum aliud faciamus exordium.

IOHANNES. vtinam dictis facta compensares ⁊ inciperes a dissolutione mei primi obiect⁹ de infallibilitate scripture. RICARDUS. videris ex logica astute arguere ⁊ tamen peccas in logica que varios arguendi modos ostendit scꝫ ostensiuum a causa aut ab effectu aut ab auctoritate aut alios modos ꝙ plures in ostensiua argumentatione rationabiliter deduxisti nunꝙ posse ex necessario sequi contingens neqꝫ ex opposito scꝫ ex contingente sequi impossibile. In argumento vero ab auctoritate non recte affirmas nũꝙ ex necessario inferri posse cõtingens aut ex cõtingenti impossibile si necessariũ appellemus omne illud qꝺ a modo falsum esse non potest ⁊ impossibile omne illud qꝺ a modo verificari non vꝫ quoniam si necessarium illud solum dixerimus qꝺ nec potest nec potuit falsuꝫ esse ⁊ impossibile vocem⁹ qꝺ nec potest nec potuit esse veruꝫ tua obiectio nõ procedit quoniã non est sic necessarium ꝙ hoc vel illud sit vel fuerit in scriptura assertum cũ ante cõpositionem scripture illud falsum fuerit nec est impossibile qꝺ hoc vel non est vel fuit in scriptura assertum sicut tu superius posuisti cum illud pariter ante compositionem scripture verum fuerit si enĩ quisꝙ ita fide dignus est vt nũꝙ mentiatur ⁊ hoc de eo firma fide teneatur nõ dico de eo sciatur ꝙs est habens hanc fidem de ipso qui argumentũ nõ recipit ab auctoritate ipsius sic hoc ipse asseruit igitur hoc verũ est nullus vt estimo ⁊ tamen vnusquisqꝫ nouit qꝺ antecedens est necessariuꝫ primo modo prescripto ⁊ forte consequens est cõtingẽs iuxta opinionem multorum si consequẽs sic sit de futuris que pendẽt a nostro arbitrio et hoc nouit ille qui argumentum nichilominus sue auctoritatis acceptat nec ob hoc approbat argumentum quia est necessaria illacio sed quia firme fidẽ tenet quod nunꝙ de facto est antecedẽs verum sine cõsequente vnde argumentum ab auctoritate necessitatem illacionis non habet vbiqꝫ ⁊ semper secũdum fidem aliquotiens tamen scriptura tali illatione necessitatem ascribit non simpliciter dictam sed necessitatem appellat infallibilitatẽ prout priuatio ita vi priuat fallibilitatem in actum ita ꝙ dicatur necessarium qꝺ sic est infallibile ⁊ nunꝙ fallit licet fallere posset quoniã illa possibilitas apꝺ eum qui firma fide tenet ꝙ scriptura nũꝙ fallit ei⁹ auctoritatem non tollit hunc modum accipiendi necessitatem acute expedit attẽdere in scripturis que hijs verbis ad hunc sensum sepius de futuris vtuntur non pro necessitate simpliciter siue pro in euitabilitate sicut inferius planius ostendetur ꝙ niteris vltra concludere possibilitatem mendaciorum in hijs contingentibus que a prophetis alijs auctoritatibus sacre scripture leguntur asserta ⁊ consequẽter peccata ex mẽdacijs eis quo ad possibilitatem conaris ascribere imprudenter hoc infers cum mendacium non sit sine intentione fallẽdi qualem intẽtionem non probas esse aut ex nũc esse potuisse in illis auctoritatib⁹ Quis bene ostẽdas possibilitatem falsitatis in aliquibus contingentibus assertis ab eis quoniã non sequitur illa contingentia que sibi ipsi asseruerũt in sacris scripturis sunt falsa aut fuerunt tunc falsa igitur ipsi tunc dixerũt mendaciũ sed bene dixerunt ꝙ seqꝫ aut dixerũt mendacium aut decepti fuerũt et hoc secundum satis est possibile sicut est possibile ꝙ illa que ipsi asseruerunt ventura nunꝙ euenirent licet de facto credamus ꝙ in huiusmodi assertionibus scripture nunꝙ decepti fuerũt pariter tibi respondendum esset si inferres esse possibile qꝺ ipsi erant auctores nõ dico auctores deceptionum in alijs scꝫ ꝙ hoc verum est nec ex hoc potes inferre possibilitatem mendacij aut peccati quoniã non est necessaria cõtra talis decipit alios falsa ignoranter asserendo pro veris igitur fuit mẽdax aut peccator quoniã per hoc qꝺ deus hoc facere sibi indixit. Item per hoc qꝺ non intendebat decipere nec putauit se illos decipere posset ⁊ merito excusari a mẽdatio ⁊ peccato habet etiam hec difficultas locum aperte ⁊ tuam sententiam astruentes sicut apud me qui non dubito aliqua contingentia futura affirmare quoniã non negabis de his que nos futura necessaria appellamus quin deus potest facere ꝙ illa nunꝙ euenient cum deus nichil de necessitate agat ad extra ex quo potes inferre omnia que superius conclusisti vnde huiusmodi inuolutionis euolutionem ad nos ⁊ vos non valebis negare ꝑtinere cõsequẽter xp̃m tu igitur quomodo liberũ reddis ⁊ absolutũ a possibilitate mẽdacij ⁊ auctorizationis peccati ex quo ipse verus homo mortalis existens merita futura asseruit ꝙ nos cõiter necessaria appellamus ⁊ apostolis ꝓcepit vt per orbẽ illa cum diligentia predicarẽt cũ ipse posset in presenti totum mundum destruere ⁊ sic facere ꝙ illa nũꝙ eueniant scꝫ nec resurrectio mortuorum nec finale iudicium que ex fide in nouissimo tempore expectamus ⁊ per quã fidẽ saluari speramus cum ex hijs ea possis inferre que cõtra ponentẽ futura cõtingentia consequũtur ymo potes vltra inferre esse possibile apud deum ꝙ iã iustificati ⁊ saluati fidẽ non habuerunt de ꝑdictis futuris ostendit ꝙ fidẽ falsam habebant ⁊ ꝙ in fide falsa saluabantur ⁊ qꝺ deus false eorum fidei auctor erat hec enim clare sequi videntur ex hoc solo ꝙ xp̃s potest facere ꝙ mortui nũꝙ resurgãt et vt nunꝙ fiat generale iudicium quod ꝑcip iũ ipse in sua scriptura affirmat apud deũ iquitom ia possibilia sunt mat. 19. ⁊ alibi nec erit impossibile apud deum esse verbum luce. primo capitulo.

nota diuersos modos arguendi i logica.

nota de ꝯtĩgẽtia sacre scripture.

Cap. 2.

IOHANNES. Hoc fateor me inuolui nec video quomodo necessario possit esse possibile qꝺ deus falsã fidẽ auctorizauerit ⁊ multi ĩ falsa fide sũt saluati ⁊ ꝙ xp̃s fim asseruit ⁊ ita nõ eẽ possibile ꝙ xp̃s mẽdaciũ dicit ⁊ peccauit. Ricardus ꝑmũ fateor ⁊ tamen me nescire euadẽ in quo

a prima mea auditione theologie cupiebā me audire doctorem ⁊ etiam illud scio in presenti peccatum vero quod times non sequitur vt qñ dixi quoniam mendacium non est nisi cum intentione fallendi ⁊ excusata possibilitate mendacij excusatur in eodem casu possibilitas omnis peccati impossibile est enim nunc q̄ xp̄s predicta asserendo falle re intendebat ⁊ ita impossibile est q̄ tam in sic asserendo peccauit ꝯuis vt puto negari non possit iurta premissa quod possibile est q̄ in illa asserendo falsum asserunt ⁊ q̄ grauius est secundum ponentes xp̄m secūdum animā humanam omnia scire que deus scit sicut magister sentētiarum sensit et alij magistri et sancti doctores non video quin oporteat cōcedere esse possibile q̄ xp̄s scienter falsum asseruit ipsi igitur deffendant qualiter nō est modo possibile q̄ ipse contra conscientiam suam falsum asseruit ⁊ si labijs christianis liceret ꝓmere sequi videtur qō possibile est modo q̄ xp̄s dicit mendaciū scienter falsum affirmās q̄ aures mee fateor minus abhorrent quoniam harum questionum deffensio supponēdo predicto modo de anime xp̄i scientia michi non occurrit nisi quis dixerit nunc esse possibile vt xp̄s illa nunq̄ asseruit qō qualiter stare possit non video cum de huiusmodi ex prefatis ab eo ipsum legimus dixisse ⁊ nunc dixi vobis priusq̄ fiat vt cum factum fuerit credatis 10.14.⁊ mar.24. Ecce predixi vobis ⁊ consequenter describit suum futurum aduentum ad iudiciū concludens vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit que dicta manifestam assertionem inportent cum asserere nichil aliud videatur esse ꝯ aliquid voluntarie exprimere vt alius illud credat igitur videtur necessarium q̄ xp̄s illa asseruit sicut necessarium est q̄ ipse volūtarie ea discipulis suis expressit ⁊ ita crederent mittus tamen puto dicere nunc esse possibile q̄ xp̄s nec illa scripta nec eoꝝ expositionē in verbo dño secundum animam sciebat quā dicere nunc esse possibile q̄ de illis loquens aut mentitus est aut contra conscientiam sic locutus et ita peccauit ⁊ vtinam illum audirem qui hec verac̄ et eis similia deuitaret verum in hoc pūcto in quo a iuuentute mea sepius sum vexatus exprimā qō michi videtur dicendū puto de hȳs preteritis deo esse possibilia ea sola ⁊ quelz similia p futuro possibilia sunt eidem vnde igitur si pro futuro audes affirmare esse possibile q̄ xp̄s mentiatur aut contra conscientiam quic̄ affirmet aut aliqua futura ignoraret aut saltem non sciat intelligo secundum tuam naturam assumptam iuxta illud luc.2. ihesus proficiebat sapientia ⁊c. ⁊ ysa.7. est dictum de ipso anteq̄ sciat puer reprobare malum ⁊ eligere bonū derelinquetur terra quā tu detestaris a facie duorum regum suorum et sic de alȳs que in hac mate. faciūt questionem que in secundo huius tractaus ⁊ quod est sibi possibile p futuro nō neges esse possibile pro presenti sic adhuc huiusmodi articulo te impellat verum quia non video non esse possibile q̄ xp̄s multa futura ignoret secūdum animam ex quo ab anima eius stanteuntione vt multis est visum potest vt puto deus creaturarum cognitionem aufferre non audeo negare esse possibile q̄ xp̄s ignoranter falsuz affirmat intelligo de ignorantia opposita scientie acquisite quam sanctus pater augustinus cognitionem vespertinam vt multis placet appellat et ob hoc non accipio pro impossibili illud de ipso pro preteritis suis assertionibus affirmari dum tamē ab eo excluditur possibilitas mentiendi ⁊ quic̄ contra conscientiam affirmandi conscientiam dico humanam formaram ex scientia acquisita quoniā in difficultate preacta sequitur omnino esse possibile q̄ ipse asseruit falsum scienter scientia tamen diuina quoniam necessarium est xp̄m omnia scire futura diuina scientia quia deus non potest argui ät mēdacium aut peccatum ex falsa assertione cōtra illam scientiam seu contra illam conscientiam cum illa non sit naturalis assertionis principiū sed potius cognitio acquisita nec diuina natura cuius est illa cognitio proprium est assertionis illius p̄n cipium sed natura humana ⁊ ideo non est dicēdū talem assertionem esse mendacium ⁊ consequēter peccatum si non sit contra conscientiam illius nature que est illius assertionis principium naturale hac igitur difficultate obmissa in qua merito gratius doctorem acciperem ꝯ aliquid de mea temeritate affirmarē que nobis etiā vobis videtur michi cōmunis ꝯtum ad auctoritatem scripture intelligo que est infallibilis modo predicto scilicet de facto nunq̄ fallit ⁊ hoc est tenendum ex fide et ob hoc fidelis xp̄ianus ita ad herere debet tali illationi sicut illationi necessarie simpliciter quia firma fide tenet qō talis illatio nunq̄ fallit ⁊ sic debes intelligere argumentationes xp̄i ⁊ iohannis quas superius obiecisti ⁊ aliozum similiter.

nota resolutionē doctoris de futuris cōtīgētib⁹ assertis a xp̄o

nota de falsibilitate scripte.

Cap.3.

Hi igitur alia que stomacha. nec exprimere cōtra contingentiam futurozum. IOHANNES. omnes tenemus ⁊ credimus q̄ deus prescit cūcta futura quia alias ignoranter aliqua creasset qōnemo xp̄ianus aut iudeus aut sarracenus audet astruere si igitur aliqua sint non necessaria possunt non euenire et per consequens possunt non esse prescita adeo ex quo sequi michi videtur q̄ diuina scientia sit mutabilis seu variabilis sicut nostra. Si enim quisquā nostrum aliquid huiusmodi futurum presciret si illud posset non euenire consequeretur q̄ nostra scientia seu cognitio falli posset igitur e cōtra ex quo dei prescientia omnino falli non potest ineuitabiliter ⁊ necessario euenirent omnia ab eo prescita.

argumenta cōtra pscīā diuinam

RICARDUS. hec tua argumētatio equepotest fieri de omni futuro effectu quoniaz tenemus omnia futura esse contingentia apud deū qui potens est ita ea impedire vt facere sic q̄ sublatis illis contigentibus de quibus loqueris que cōtra necessaria distinguuntur nōminus in quita questione inuolueris vnde improuide opinaris contingentia hoc facere verumtamen vt tollatur tuum motiuum attēde quod deus est candor lucis eterne et speculum sine macula intelligo speculum qō non potest aliquatenus maculari vnde p̄fis est q̄ decipi non potest omnis enim deceptio aliqualis est macula si igr eēt speculū corpale cū natura tā eēt clara ac pura vt ꝯcūc̄ res corpalis exīs ipsa statim cum sua exīstētia reluceret ⁊ cum in non esse decideret in ipsa desineret relucere sic tamen q̄ illud speculuz corporale quicq̄d recipit vt radios quosc̄ reflectat non dubiū quin non mutaret spe

culum seu res corpozalis ap̄parens in ipso seu p ipsum esset seu non esset sed speculum nichilominus inmutabile remaneret si quoquo mō potes intelligere inuisibilia p ea que fecit scz itelligas deum tale speculum in quo relucent non tantum incorpozalia sed omnia corpozalia ⁊ spiritualia omnia existentia ⁊ omnia futura atq̄ omnia possibilia que cum fuerint sub vna conditione. s. sub existentia sic in ipso relucent cum fuerunt sub differē tia temporis preteriti sic relucent cum fuerint futura sic ibi apparēt ⁊ si sint possibia non futura sic sibi a seipso intrinsecus presentatur a sua natura vnde constat q̄ nullo mō falli potest sicut nos sepe fallimur ⁊ angeli falli possunt quozum natura taliter repzesentatiua rerum nec est nec capit nec potest propter hoc dici cognitio variari ꝯuis aliqua futura possint non euenire etiam nō ab eo p̄scita ⁊ nunq̄ fuisse prescita quia sicut possunt nō fore sic possunt in eo quo ad esse sub illa conditione seu sub differentia temporis non relucere ⁊ etiā nunq̄ reluisse iuxta exemplū qō posui de speculo corpali q̄ si tale esset vt supra descripsi si res aliqua existens posset non esse illa posset i illo speculo nunc non relucere ꝯuis tale speculum corpzale impossibile sit omino esse de nobis vere ita esse non potest qm̄ natura nostra talis non est natura nec talis esse potest vt res sub aliqua differētia temporis existens eo ipso sit in nobis reluceat et nobis appareat ⁊ ob hoc falli possumus Iz deus ipse falli nō possit

Cap.4.

IOHANNES. ex quo scriptura dicit hec est autez vita eterna vt cognoscant te solum verum deum ⁊ quem misisti ihesum christum. Jo.17.⁊ mat.18. angeli eozum in celis semper vident faciē patris mei qui in celis est tenendum est q̄ aie sanctozum ⁊ angeli hoc speculum sine macula continue intuentur ⁊ clare puro intuitu sicut igitur ipsum speculum clare eis relucet i se ⁊ per se cum omnia predicto modo a te de scripto superius in ipso reluceant ⁊ hoc ex natura ipsius speculi consequens est q̄ et angeli ⁊ anime omnia que in ipso speculo continentur intuentur sicut deus omnia intuetur in illo seu per illud aut saltem sequitur ita possibile esse de omnibus aut saltem de futuris contingentibus quo ad nostruz propositum sufficienter ⁊ tamen si creatura sit in ipso speculo futura videretur decipi ⁊ falli posset si ullavisa possent non euenire cum igitur deus falli non potest. nō video si illud qō ab ipso prescitur potest non fore magis etiam moueoz exvno qō a te audiuimus aliquotiēs disputare si enim contingens sit in illo speculo preuisuz ab angelo aut ab anima beata potest non euenire cum anima beata velit illud fore sicut illud prescit ⁊ sicut videt deum velle illud fore consequitur q̄ sicut anima aut angelus potest illud non prescire ita potest illud non velle cū non velit illud non fore nisi quia preuidet aut prescit illud fore sublata causa cuiuscū q̄ effectus tollitur ipse effectus ⁊ ita cum actus voluntatis quo angelus aut anima beata vult illud fore sit vnus effectus primus ⁊ presens fuit. s. a tempore quo angelus aut anima sic voluit consequitur q̄ res que est ⁊ fuit potest non esse p nunc et potest nunq̄ fuisse q̄ esse non potest quoniā omnes phi ⁊ oēs habentes rationem fatentur cōcoditer q̄ deus non potest rem preteritam facere iā non fuisse. Item posset fortius argui de alijs rebus factis a tali voluntate conformi prescientie. s. consequi posset q̄ ille res possent noz esse nunq̄ fuisse si res ita prescita posset non euenire qō videtur nimis absurdum. RICARDUS. difficultates iste ita habent locum de futuris necessarijs sicut de contingentibus quoniaz deus eque potest facere necessario futura sicut die proximum ⁊ bm alias res naturales que naturaliter aut voluntarie a creatura ꝑpediri non possunt vt non eueniant sicut potest contingentia facere non futura quomodo igitur tolli possunt eedem difficultates ponendo creaturam aliquā aut animam christi aut aliam posse in verbo seu perverbum diuinum posse intueri futura seu intuitiue ea prescire nō video ⁊ tamen per vices iam per.20. annos illud intelligere laboraui ita enim de christo potes arguere sicut de angelo aut anima cuiusc̄ beati. s. primo tempore quo venerat iherusalez postq̄ dixerat discipulis suis suam passionem futuram in iherusalem propter nos fuisse sufferendā illic accessit vt credimus q̄ possibile fuit q̄ nunq̄ pateretur si ergo sola prescientia in verbo xp̄s passionem suam presciuerat ita q̄ ex illa sola prescientia pati voluisset ⁊ ad locū passionis accedere sicut fuit possibile cum venit ierosolimis q̄ nō pateretur sic fuit possibile q̄ passionem suam non presciuit quoniam vnum ex alio sequitur. Et si fuerit possibile q̄ passionem suam non preuidit fuit possibile vt illā noluit vt videtur ⁊ per consequens fuit possibile q̄ ad locum passionis non accessit cū sublata causa tollatur eius effectus sic quia vt dixi hec difficultas est communis ponentibus contingentiam et eam negantibus ob hoc non oportet hāc difficultatem hoc loco discutere sed alius est locus aptioz si deus donauerit disserēdi de ipsa verum qui a si tibi diceretur sicut videtur multos ꝑhabere ⁊ multis ꝑhabile q̄ nulla creatura potest intuitiue prescire futura sed hoc competit soli potentie infinite tollerentur cuncta que obicit ⁊ etiam que ego de christo adieci quoniam omnia illa hanc prescientiam in angelis ⁊ animabus beatis ⁊ anima christi in dei verbo tanq̄ in speculo summo videretur ponere ideo redi ad alia q̄ supertus obicere affectasti aut in isto puncto de pscientia dei si libet proffer alia si qua habes.

nota soluti ones obiectuū ꝓcedēttum

Cap.5.

IOHANNES ex prescientia dei omnium futurozum non video me posse rerum voluntariū euentum necessarium affirmare sicut nec posse ineuitabilitatem earum arguere propter meam prescientiam earūdē si possibile esset me ea prescire quoniam non magis imponit necessitatem rebus futuris prescientia dei inquātum est sola prescientia ꝯ mea prescientia faceret ex quo mea prescientia simili sensu sicut ⁊ sua prescientia vere diceretur propter hoc q̄ clare intueor ꝓpter qō si impossibile poneretur aliquas res esse futuras vt multi ponunt veraciter contingēs quod positum est prescientis dei possibile omnino impertinens ⁊ ob hoc eo posito nullum icon

ueniens ex parte illius consequitur non minus de
us eas presciret contingētes ⁊ ita ꝑ te contingē-
ter euenirent quia essent contingentes prescite et
preuise ꝙ propter solam prescientiam rerū a deo
nullam de eis possum ineuitabilitatem conclude-
re ex quo prescientie eque conuenire potest ꝙ pre
scitum sit contingens sicut ꝙ sit necessarium si ve
ro quisq̃ dixerit prescientiam dei ineuitabilitatē
inducere non quia sola prescientia sed quia presci
entia omnipotentis non video adhuc plene quo-
modo possit refelli. RICARDUS. illud stare
non potest quoniam tanto est sapientia potentior
seu maior q̃to plura comprehendit non dubium
et ita ea que omnipotens sapientia omnia nō tan
tum existētia aut possibilia sed etiam omnia cogi
tabilia comprehendit alioquin omnipotens sciē-
tia omnino non esset potentia dei sapientie qua ꝓ
prie ⁊ essentialiter dicit̄ esse potens non est in ope
ratione ad extra sed est in extensione intriseca ad
plura scibilia ⁊ ob hoc scientia omnipotens con-
tinet plura scibilia ⁊ etiam cuncta cum igitur cō-
tingentia saltem cogitabilia sint ꝙ nemo sanꝰ po
test negare cum hec negando ea cogitet conseq-
tur ꝙ ista omnipotens scientia comprehendit ⁊ si
non vt futura saltem vt cogitabilia ⁊ pari ratione
si essent possibilia omnipotens sapiētia eo ipso sci
ret esse possibilia ⁊ multo magis vel saltem ratio
ne consimili si non solum essent possibilia sed futu
ra omnipotens sapientia ea cognoscere esse futu-
ra ⁊ ita ea presciret non est igitur prescientie dei re
pugnans in q̃tum omnipotens ea prescire quin
potius sibi hoc competit ex natura omnipotentis
sciētie nisi aliunde causa reperiatur cum ipsa con
tingentia esse non possunt volo te insuper aliud ac
cute aduertere sc3 ꝙ q̃uis sciētia dei artificis cre
ture totius sit causa rerum omnium tamen non est
dei prescientia inquantum huius causa rerū sed
potius ipsam esse prescientiam est posterius ratio
ne causali q̃ res esse futuras quoniam hoc ordi-
ne causalitatis scientia dei simplex respectu rerū
eius voluntas effectiua respectu euentus futuri
ipsarum earum futurus aduentus prescientia dei
respectu earum se habere videntur. s. ꝙ primo or-
dine causalitatis res futura est scita a deo simpli
ci cognitione sicut artificiatum faciendum simpli
ci cognitione ab artificis mente dignoscitur sc'do
rem cognitam deus voluntate causatiua seu effe
ctiua vult fore tertio sequitur ꝙ res est futura et.
4. loco ꝙ prescitur a suo artifice seu a deo est enī
prius ordine seu causalitate aut saltē ratione cau
sali ꝙ res sit futura q̃ prescita quoniam prescire
rem nihil aliud est q̃ scire rem esse futuram seu sci
rē rem futuram fore prius aut ratione causali est
rem futuram fore q̃ eam scire futuram fore quoni
am si scitur futura esse ipsa est futura non econtra
nisi forte de facto apud deum ⁊ ideo ratione cau-
sali prius est rem futuram fore q̃ eā a deo presci
ri ⁊ ob hoc hec prescientia dei inquantum huius-
modi nullius rei est causa sed est cōformitas dei
scientis in q̃tum res subest illi differentie tempo-
ris ad rem futuram seu diuine essentie ad rem sci
tam non ītelligo ꝙ in hijs a parte rei sit aliqua re
alis absit distictio ab animo christiano sed ꝙ hee
intentiones seu rationes sic signant deum ⁊ crea-
turam in ordine rationum significantium res per
modum cause ⁊ effectus nec puto ꝙ apud subtili
ter intelligentem possit negari ꝙ dixi in quo nemo
me reprehendat anteq̃ rem istam acute et q̃tum
profundius potest pertractet ex hoc enim sequi-
tur ꝙ prescientia dei in q̃tum hm̄oi nec ineuitabi-
litatem nec euitabilitatem cuiusq̃ rei adducit cū
sola causa rei effectiua sc3 que rem potest efficere
euitabilitatem aut ineuitabilitatem eius efficiat
sicut inferius ostendetur qualiter causalitatem re
spectu rerum non habet prescientia dei in q̃tum ꝑ
scientia vt patuit sic ꝙ frustra circa prescientiam
dei versantur qui causam ineuitabilitatis rerū vo
luntariarum inquirunt cum prescientia dei inquā
tum prescientia nullam ineuitabilitatem potius
q̃ tua que semper in rebus prescitis posterior po
test inducere nec prescientia in q̃tum est omnipo-
tentis si asseratur omnipotens aliquā possit ineui
tabilitatē rebus affirmare sed potius ratione am
plitudinis sue omnipotentie si quomodo dici po-
test omnipotens scilicet ratione omnipotentis di
uine scientie a qua pendent tam euitabilia creatu
re q̃ creature ineuitabilia comprehendere aut ad
eam saltem potest extendi nec alias esset omnipo
tens quoniam illa prescientia esset potentior que
vtramq̃ cognoscibilem differentiam actu aut sal
tem potestate habēt sibi substantiā ⁊ vtrāq̃ actu
aut potentia contineret vnde nisi tibi obducas ca
liginem extat perspicuum ꝙ diuina prescientia q̃
uis quoque modo dicatur omnipotens scilicet
quia potest vel potuit esse respectu cuiuscūq̃ co-
gitabilis scibilis diuisim non solum ineuitabilita-
tem rebus omnibus non inducit sed insuper clare
lucet ꝙ ipsa dei prescientia ineuitabilitatem esse ī
rebus omnino non infert quoniam si ipsa diuina
prescientia inferret ineuitabilitatem omnibus ab
ea prescitis ipsa prescientia diuinā amplitudinē
sue potentie omnipotentis minueret seu auferret
⁊ se ipsam destrueret ꝙ esse non potest si enim ex
hoc ꝙ aliqua sic prescita a diuina scientia necessa
rio seu ineuitabiliter sunt futura nulla non neces
saria seu ineuitabilia possunt a prescientia diuina
presciri sic autem non erit presciētia ipsa omnipo
tens sed erit prescientia partipotens scilicet po-
tens ad aliqua scibilia q̄ nundum fuerunt aut sūt
non dubium ad omnia ⁊ ita ipsa a se ipsa omnipo
tentiam omnino aufferret ⁊ solam partipotentiā
retineret ꝑscientia ergo diuina q̃uis dicatur om
nipotens sicut ineuitabilitatem rebus non affert
ita nec infert.

prescientia dei non arguit ineuitabilitatē rerum.

Capl'm. 6.

IOHANNES Nescio in quo possum premissis resistere ni-
si forte in hoc ꝙ supponis pro fir-
mo ꝙ sola causa alicuius effectꝰ eui
tabilitatem aut ineuitabilitatem ipsi
us efficit ꝙ michi non satis firmum apparet quo
niam euitabilitas rei potius est a sua non causa.
scilicet ab efficiente per priuationem ipsius q̃ sit
a causa ipsius quoniam causa effectus alicuius
nunq̃ eam impedit esse sed efficit ⁊ de ineuitabili
tate videtur posse intelligi ꝙ illa est in aliquo ef-
fectu omnino seu causa agente sicut reus vadēs
ad carcerem cum ministro legis voluntarie vadit
ad carcerem ⁊ si ire nollet minister legis ad eun-
dem ire impelleret ⁊ sic itio seu ambulatio sua est

ineuitabilis quia vel fieret ab ipso vel a legis mi
nistro nulla tamē videtur causa efficiēs ineuitabi
litatis illius quoniam nec voluntas euntis cum
secundum te possit illam non facere nec minister
quicq̃ de facto agit circa istam ambulationem ⁊
ita nec minister legis videtur esse causa illius.
RICARDUS de causa ineuitabilitatis actu
um voluntatis non recte hoc sentis qm̄ secūdum
tuum phm̄. 4. ethi. ⁊. 9. methaphisice vna est cau
sa operandi virtuose ⁊ non operandi sc3 nostra ra
tionalis potentia agere potens ꝯtraria ⁊ ob hoc
causa effectiua talis effectus est causa euitabili-
tatis illius sicut hm̄oi euitabilitas habet causam
q̃uis de facto euitationem eius non faciat ⁊ hoc
etiam infra plenius ostēndetur de ineuitabilitate
vero ꝙ possit esse in aliquo actu seu cum agēte nō
recte intelligis qm̄ ineuitabilitas q̃uis significe-
tur priuatiue hoc nomine tamen est realiter aliq̄d
positum. s. veniendi necessitas ⁊ ob hoc sicut dici
tur aliquo modo effectus ita oportet ꝙ aliqua sit
efficiens causa aut plures vnde in exēplo tuo vo
luntas ministri legis qui vult reum impellere siue
lit ab eundo desistere cum voluntate euntis sunt si
mul causa efficiens ineuitabilitatis itionis si ipsa
sit ineuitabilis vt affirmas quoniam ex te ineuita
bilitas illa ex illis duabus causis primis sibi con
sequitur verum si intimius perscruteris itio illa nō
potest esse ineuitabilis quoniam itio omnino non
esset nisi a voluntate euntis ꝓcederet ⁊ hoc si īcar
cerandus voluntarie ire desisteret itionem ad car
cerē omnino caueret quoniam si sua volūtas om
nino non ageret nec ipsa membra moueret sed al
ter ipse nō iret nisi impelleretur aut traheret aut
vtroq̃ modo vrgeretur ad carcerem sic ꝙ ꝑ hoc
non potes ostendere ꝙ actus voluntatis sit ineui
tabilis agenti illi nec etiam potes inferre ꝙ ille a
ctus simpliciter in se sit ineuitabilis quoniam ita
potest minister a voluntate impellendi desistere si
cut potest reus itionem voluntate obmittere ⁊ sic
nec voluntas euntis nec voluntas ministri est cā
effectiua ineuitabilitatis itionis ad carcerem etiā
nichilominus est aliud phicum satis perscrutatio
nis profunde ⁊ hic locum haberet sc3 an quid il-
le motus ambulationis productus a volūtate eū
tis ipsa voluntas cessante mouere possit ab ali-
qua causa illud nūero continari quoniā videtur
probabile ꝙ sicut ille cause sunt numero distincte
ita debent distingui ipsorum effectus sicut si due
candele simul essent lumen in vna domo seu diuer
sa lumina ex quibus fit vnum extincta vna cande
la sicut videmus ad sensum corrumpitur vnius lu
men ꝙ fiebat ab ipsa candela ⁊ remansit lumen ꝙ
fiebat ab alia vt michi videtur ⁊ est sententia ma
gni patris nostri dyonisii in lib. de diuinis noībus
c. 2. ⁊ ob hoc videtur ꝙ vtraq̃ candela habet pro
prium effectum qui per aliquā ipsarum conserua
tur sed fieri omnino nō potest aliogn extincta vna
candela cur vnum lumen potius corrumperetur
q̃ aliud nō videtur vt dicūt si igitur vere dicatur
sicut videtur probabile de quo non congruit hoc
tractare tunc actus ille ambulationis a volunta
te productus non videtur per volūtatem ministri
posse cōtinuari cessante actu volūtatis euntis ad
carcerem ⁊ sic voluntas ministri nullo modo esse
potest causa ineuitabilitatis illius itionis ad car
cerem est aliud forte qđ inficit hunc tuum obiectū
ꝙ tempore instantis in casu q̃ ponis motus am-
bulationis omnino non esset vt posset videri scili
cet in instanti quo volūtas euntis desisteret in quo
instanti si minister impelleret nō coartaret ipse nō
esset cā motus tunc existentis sed tunc extrinsece
incipiētis nec volūtas actū volūtatis intelligo tūc
omnino non esset nec vnq̃ est motus sine causa ef
ficiente vnde videri posset hoc esse sicut tuus phi
losophus in octauo phisi corū probat esse in mo-
tibus reflexis atq̃ contr arijs sc3 ꝙ priuatio mo-
tus ⁊ discōtinuatio necessario est ī medio vn̄ mul-
ta dubia ī isto casu occurrunt que te ostendere op
teret anteq̃ exemplum esset firmum ꝙ affers que
te facere posse non estimo ⁊ ideo pro instanti sup
positione ꝙ ineuitabilitas effectus voluntatis hu
mane seu ineuitabilitatis eius non nisi a sua cau
sa effectiua esse potest quoniam sine efficiente seu
effectiua causa nullatenus esse potest etiā si deus
ad omnem actum voluntatis vellet ineuitabiliter
afferre sicut de legis ministro supponis quoniam
tunc illa voluntas dei cum voluntate creature a-
gentis essent cause seu tanq̃ vna causa ineuitabi
litatis producendi effectus qui modus nec est ve
rus nec possibilis nec opinionem hanc releuans
sicut infra probabitur vt sufficienter concludere
possimus ꝙ dei prescientia nec auffert nec effert ī
euitabilitatem rebus humanis ⁊ nichilominꝰ to-
tum esse infirmū q̄cq̃ tu ecōtrario obiecisti

Vn̄ est ali qn̄ ineuitabilitas rerum.

Cap. 7.

IOHANNES Perge vlterius ⁊ hoc idem effice de dei vo-
luntate si potes. RICARDUS.
ex premissis de prescientia dei ostēsis
clare consequitur ꝙ volūtas dei nul
lam rebus ineuitabilitatē adducit q̃uis eius vo
luntas sit causa omnipotēs cum ita voluntati dei
sicut prescientie ipsius contingentia sicut necessa
ria essent subiecta si essent ⁊ hoc maxime sequitur
si dicatur precise ꝙ eadem voluntati dei ⁊ eius ꝑ-
scientie sunt ⁊ possunt esse subiecta vt plurimi opi
nantur dicentes ꝙ sicut omnia que deus vult fo-
re si vero ea que mala sunt negentur eius fieri vo
luntate omnino consequitur ꝙ illis effectibus sua
voluntas sola ītelligo q̃uis ipsa sit omnipotens
nullam ieuitabilitatem inducit quā nec ita vt pu
to desipis vt bona magna ieuitabilia q̃ mala ve-
lis afferere vnde omnino consequitur ꝙ volūtas
diuina q̃uis sit omnipotens nullam ineuitabilita
tem rebus affert cum euitabilia sicut ineuitabilia
eque sub ea sicut sub sua prescientia esse possunt
imprudentissime dictum extat deus vult me ita vel
le ergo ego ineuitabiliter ita volam cum ⁊ si con-
tigentissime ita velim deus velit omnipotente sua
voluntate ita me velle sicut omnipotenti sapiētia
ita me velle presciuerat vnde claret ꝙ volūtas di
uina omnipotens nō magis ineuitabilitatem re-
bus humanis adducit q̃ eius omnipotēs presci
entia ꝙ etiam diuina volūtas nō inferat seu argu
at ineuitabilitatem huius ex premissis facile po-
tes aduertere qm̄ vt secūdum te loquar eius pre-
sciētia necessitatem quā infert hoc modo hec res
est prescita ergo hec res est volita fore a deo secū
dum veritatem aut h oc de oībus bonis consequi
tur ⁊ ob hoc quicquid necessario sequitur ad con

Voluntas dei nō inducit aliquā ineuitabilitatem in rebus

ſequens neceſſario ſequitur ad antecedens ſi igitur ſequit neceſſario hec res eſt volita fore a deo ergo ineuitabiliter eſſet pariter neceſſario ſequitur hec res eſt preſcita a deo ergo ineuitabiliter erit aut ſaltē de reb9 bonis hoc ſeqt ſic ꝙ volūtas diuina q̄uis oīpotēs nō magis arguit ieuitabilitatē actuū humanoꝝ ꝙ̄ preſcientia eius que eſt eque omnipotens quin potius ecōtrario ſicut de preſcientia ſupra deduxi et hoc ꝙ voluntas eius eſt omnipotens habet euitabilia ſicut ineuitabilia ſibi ſubiecta quoniam ſi qua voluntas ſola ineuitabilia in poteſtate haberet ſubſtātia illa eſſet potētior aut ſaltem omnipotenti virtuti propinquior ſi cum illis ſibi ſubiectis euitabilia ī poteſtate cōtineret quoniam per hoc ſibi ād poſſibile adderetur etiam ſi eſſet prius potentia infinita quoniam in infinitis ſi eſſent negari non poſſet quī omne totum ſua parte eſt maius q̄uis etiā negaretur firmum eſſe ꝙ dico quoniam non ex eodem dicit aliquis eſſe infinite potentie ꝛ eſſe omnipotens quoniam omnipotēs nō poteſt quiſꝙ̄ intelligi niſi poſſet omnem effectum poſſibilem ſaltem diuiſim efficere ꝙ̄ aliqua poſſet cogitabilia poſſꝫ agere potenter agendo ſi eſſet ꝙ ſoli potentia rationabili poteſt veraciter conuenire infinite vero potentie res naturaliter actiua poſſet ītelligi ſed nequaꝙ̄ omnipotens cum non omnem actum potentie cōgitabilem poſſet efficere ex quo clare cōſequitur ꝙ illa potentia eſſet propinquior omni potentie ꝙ̄ haberet ſibi ſubiecta euitabilia ſicut ineuitabilia ꝙ̄ illa cui ſola ineuitabilia eſſet ſubiecta vt autem premiſſa manifeſtius tibi eluceant pertinaci tamen deffenſione caliginoſa depulſa debes attendere ꝙ ſcientia dei non enī ſolum dicitur omnipotens quia comprehēdit cuncta ſcibilia ſed etiam quia cum hoc ꝙ cōtinet omnia cognoſcibilia modū omnem cognoſcendi veraciter penes ſe habꝫ licet ſublimius ꝙ̄ habeat ſua factura intelligo ꝙ ſicut creatura ſenſitiua ſuo modo ſēſibili videt audit olfacit guſtat tangit ex hijs modis rerum naturas cognoſcit ſic deus qui omnibus rebus imbibit ſuo modo intelligibili huic cōſimili videt olfacit audit guſtat ꝛ tangit ita eadem creatura obiecta ꝛ ita ipſa dinoſcit quoniam non poſſent cognitiones hmōi ineſſe rebus artificiatis a deo niſi ſimiles ſupponerent ī arte factrice vnde videre res corporales audire ꝛ ſimilia ſepiſſime deo in ſacris litteris aſcribūtur ſic nec eſſet in animab9 ymaginatio memoratio aut eſtimatio nec breuiter in rationalibus compoſitio aut dictio predicati cum ſubiecto nec copulatio ſeu diſiūctio aut cōditionalis colligatio ſit compoſitoꝝ ſeu diuiſoꝝ nec ſillogizatio ſeu diſcurſus nec reſiſtentia preteritorum nec fides aut preſcientia futurorum nec breuiter actus alius rationis niſi in arte horum actuum operatrice primaria eternaliter fuiſſent actus conſimiles aut equiualens omnibus alijs qui ſic omnes hos ꝛ ſingulos virtualiter contineret ac ſi omnes in vno chaos intelligibili interius ꝛ eſſentialiter ſibi inhererent ita vt ſimul pro voto poſſet vti diuiſim quo ad effectus extrīſecos hoc igitur infinitas ſic omnipotens aplicando diuine ſcientie ſcilicet ꝙ oīa cognoſcibilia modis omnibus cogitationibus cognitis ſuo tamen manere intelligibili comprehendit propter hanc potentiam infinitam diuine eſſētie ipſa in ſcripturas co-

quare dicitur deus oīpotens.

gitationes pluraliter ꝛ alijs nominibus etiā pluraliter appellantur ꝛ dicitur ꝙ ſapientie eius non eſt numerus ꝛ ꝙ ſpūs ſapientie eſt multiplex pariter debes aduertere eſſe de oīpotētia diuina ſicut de omni ſcientia eius ſcꝫ ꝙ non ſolum enī dicitur omnipotentia quia omnia factibilia ſunt ſue poteſtati quoquo modo ſubiecta ſed etiā quia cum hoc omni modo potēti factiuo exiſtenti atꝙ̄ cogitabili factibilia poteſt efficere ſicꝙ non poteſt cogitari actus potens alicuius creature exiſtētis aut cogitabilis cuiuſcūꝙ̄ ſit modi quin deus illum et illo modo poteſt efficere ac ſi in ſe haberet vnam abyſſum intelligitiuā potētiarū realiter diſtictarꝫ ſimiliū in toto potentijs oībus cogitabilib9 quibus ſimul pro voto vti poſſet ſicut poſſūt eis ſimilibus vti create negare ꝛ enī dicitur deus omnipotens ꝛ ſua voluntas que eſt principiū actionis eſſe voluntas omnipotens ſcꝫ qui habet talem omnipotentiam operandi non ſicut tu poſſes minus prouide eſtimare ſcilicet ꝙ ob hoc diceretur ſua potentia omnipotens ſcꝫ quia eſt potentior qualiter potentia exiſtente aut cogitabili aut quia ſupra omnem potētiam cogitabilem finita opera poteſt efficere qm̄ poſſibile voluntarie ita conuenit agere minus ꝛ maius debilius ſicut fortius ꝛ ob hoc deus omnipotens dicitur quia habet potentiam voluntariam oīpotentem ita poteſt omnē actionē efficere ꝙ̄ nos poſſumus cogitare poſſibilē creature ꝛ ſic poteſt agere in tali actione inoīpotenter ſeu partipotenter ꝛ ꝑ potentiā omnipotentem in nullo derogando eidem ſicut tu potes agere minus potenter cum tibi placet non derogando maxime q̄titati tue poſſibile ſemper intellige ea que dico vt ea ego accipio ſicut de ſcientia ſeu preſcientia dei ꝛ eius potentia ꝑius ſic de voluntate diuina admittere te oportet ſic ꝙ in omnibus eſt preſcientie ſue conformis aut ſaltem eſt cōformis preſcientie rerum oīm ꝛ modo productionis earū que iniuſte non fient ꝛ tamē multiplex ſicut ille vñ ſepe pluraliter volūtates vocantur in ſacris ſcripturis que dicitur voluntas dei omnipotens quia habet omnipotentiā dei deſcriptā nō naturaliter ſibi herentem ymo q̄a eſt idem cum ea realiter ſi hoc ſine aſſuriatur ſue pertinentia voluntatis aduertas perſpicue ſatis videbis ꝙ diuina volūtas ſeu actum diuine voluntatis ſeu eius potentiam intelligas non eſſet oꝑs vt dixi niſi euitabilia poſſet efficere qm̄ ſi ea agere omnino non poſſet modus operandi ꝛ etiā actus cogibilis ſue poteſtas ſi defuerit ſeu illi non eſſet ſimilis et ita non eſſet voluntas oꝑs ſed eſſet ſolūmodo voluntas parſipotens ſeu aliquipotēs vt ſic loquar Si vero potes facere euitabilia apud te ꝛ ꝑ potentiam creatam intelligo quoniam talia ſunt cogitabilia conſequens eſt ꝙ talia euitabilia iam effecit quoniā nulla magis euitabilia potes excogitare vt eſtio ꝙ̄ actus intrinſecos libere volūtatis āgelice aut humane iam factos aut ſi noſtri magis euitabilia cogitare verba illa deſcribere libet.

potētia dei ꝺꝛ voluntates pluraliter i ſacra littera

Cap. 8.

IOHANNES Difficilia michi iſta videntur infirmari cum ea poſſe non video quia nec cogitare valeo q̄tum michi videtur aliqua magis euitabilia ꝙ̄ actus volūtatis nobis aut angelis in innocentie ſtatu intrinſecos ſed quid ſi dixero talia non eſſe ſimpliciter factibilia ſed repugnantiā includere eſſe eaꝝ ob hoc affirma uero ꝙ voluntas diuina omnipotēs ea non habet nec poteſt habere ſubiecta qm̄ de ſolis factibilibus ratio tuā premiſſa procedit quomodo poſſum in iſta aſſertiōe refelli. RICARDUS premiſſa mea deductio non habet ꝙ iſta tua aſſertio ſimplex refellatur ſed hoc ſolum agit vt iſtam ineuitabilitatem omnium futurorum ꝙ̄ fabricas cauſam non habeat oīpotentē volūtatem diuinā ꝛ ideo ita debes eam accipere vt cōcludat ꝙ oīs potentia voluntatis diuine exigit euitabiles creaturas niſi aliūde ſit cauſa aliqua quare tales res oīo eſſe non poſſunt hoc enim vt vides niſi tergiuerſeris ē aperte deductū quoniā nec potētia volitiua diuina nec actus voluntatis illius potentie ſi eos ratione diſtinguas eſſet omnipotens ſi non poſſet tales res ſibi habere ſubiectas niſi aliūde ſit cauſa repugnans hmōi reruꝫ eſſētie cōſtat autem tibi ꝛ omni exercitato ingenio ſicut de preſcientia iā vt deduxi ꝙ actus oꝑs diuine voluntatis repugnantiam iſtam non efficit ex quo oīpotentia eius dīe volūtatis que rōne cauſali prior eſt actu earūdem rerum exiſtentiam aut ſaltem earū poſſibilitatem exigit quoniā ſic actus voluntatis diuine ſuā cauſaꝫ deſtrueret ſeu minueret ſibi ſubſtrahendo potentiam partialem quā originali cauſalitate reſpectu eius dīe voluntatis haberet ꝙ omnino nequit intelligi quoniā q̄uis actus voluntatis dīne omnipotentiā eius primā cauſaliter vt ſic loquar reſtringat ſeu limitet ſic ſcꝫ ne omnia faciat ſeu actu producat ſed ſolum aliqua que ſue omnipotentie ſūt ſubiecta tamen intelligi nequit omnino vt ipſe actus voluntatis diuine omnipotentiam ſuā ſic minuat ſeu reſtringat vt eadē potentia ab aliqualiter faciēda potentia careat pro omni menſura quā non obſtāte actu ipſa eadem potentia diuine voluntatis haberet ſicut de preſcientia diuina eſſe ſupra diſſerui nec in tua infirma voluntate videtur intelligi ꝙ tua voluntas habeat aut haberet potentiā aliqua extrinſeca faciendi niſi actus intrīſecus poſſibilis eiuſdeꝫ obſtaret q̄uis verum ſit ꝙ voluntas tua ad multa habet potentiam ꝙ̄ actus ipſius potentie ſic reſtringit ſeu limitat ꝙ ea de facto nequaꝙ̄ efficiat quoniā hoc exigit ordo nature ꝙ potentia volitiua non exigit in actum extrinſecum niſi mediante actu ſuo intrinſeco ſicut tu ī tertio libro de anima verſus finem ī nono methaphiſice ꝛ ī alijs libris dixiſti ꝛ ob hoc actus ſuus intrinſecus limitat teriat aut cohibet potentiā non intelligo violenter ſed libere nō cuncta ſed aliqua certa que pōt efficiēdo nec cā quo ad alia poſſibilia eſſētialiter non reſtringit nec cohibet quin poſſit in illa ꝑ aliqua temporali mēſura ſi habeat theoriā que ſatis īſe exiſtat ꝑſpicua vales proſpicere nullatenus dubitabis ꝙ actus diuine voluntatis oīpotentis ſeu oīpotēs cā eſſe nō pt ꝙ oīpotētia eiuſdē dīne volūtatis res ieuitabiles nō poſſꝫ efficere ex quo aliūde ꝛ pri9 cāliter et eadē potētia exigit vt hmōi res ſicut ꝛ alia gnā oīm reꝝ cogitabiliū poſſit ꝑducere niſi aliq̄ cā ī ꝑducibilitatꝫ earū exiſtat ſiue obſiſtat fruſtra igit vt tā dixi cām ineuitabilitatis actuum humanorū ex parte omnipotentis diuine voluntatis inquiris cuius omnipotentia poſſibilitatem rerum talium eſſentiali neceſſitate continet niſi alia cauſa improducibilitatis earum obſiſtat ex quo omnino conſequitur vt ſupra deduxi ꝙ huiuſmodi res in nobis exiſtunt cum nulle res cogitabiles vt iam dixi magis euitabiles intelligi poſſint ꝙ̄ actus intrinſeci volūtati humane ſeu angelice ꝛ hoc ſi preter voluntatem diuinam nulla ſit cauſa impoſſibilitatis earum ex iſto eodem clare deducitur ꝙ actio extrinſeca voluntatis diuine cauſa eſſe non poteſt ineuitabilitatis actuuꝫ humanorum huiuſmodi quoniā ſicut voluntas dei non poteſt reſtringere aut limitare potentiam diuinam omnipotētem ratione cauſali priorem ipſa voluntate nec pro aliqua menſura poſſit in quecūꝙ̄ diuiſim prius origine ſibi ī ſubiecta ſic a multo maiori nec propria operatio diuine voluntatis quecunꝙ̄ ſit illa ſiue ſit actio a ſola voluntate diuina producta poteſt eādem diuinam potētiam reſtrīgere limitare ſeu cohibere ſeu minuere aut quomodocūꝙ̄ aliter vocare volueris reſpectu eorūdem prius origine poſſibilium iſti potentie cum ſit effectus extrinſecus ipſius diuine potētie ꝛ effectus cuiuſuis potentie nū ꝙ̄ poteſt ſic ſuam cauſam reſtringere ſeu minuere vnde aperte conſequitur ꝙ nulla actio dei ad extra cauſa eſt aut eſſe poteſt in producibilitatis rerū contingentiū ꝛ nichilominus per ſingulos modos agendi diuine voluntatis illud idem inferius particulariter oſtendetur ꝛ eadem deductione cōuincitur ꝙ nulla res cauſata cauſa eſſe poteſt improducibilitatis huiuſmodi cum omnis res creata ſit effectus voluntatis diuine ꝛ eius omnipotētis potentie.

reſpōſio ad predicta

Nota quo mōpotētia dina nō minuit potentiā creatā.

Deus non eſt cā ineuitabilitatis actuū hūanorum

Cap. 9.

IOHANNES ſi volūtas mea actuꝫ producat intrinſecum reſpectu alicuius extrīſeci ꝛ peractū opus efficiat nūquid poterit mea voluntas pro aliquo tempore quicꝙ̄ illorum producere quā tamen non dubium ante illius temporis preſentiam potuiſſet ꝛ ſic peractuꝫ ſuum proprium minuitur ſua potentia ſic inſuper quia voluntas mea agit extrinſecas actiōes per corporalia inſtrumenta que inſtrumenta naturalia non dubium continue conſumuntur ꝛ debilitātur ex opere ſicut inſtrumēta artificum videtur cōſequi ꝙ pro illo tēpore potuit voluntas opus fortius corporale efficere ꝙ̄ vnꝙ̄ potuit poſt lapſuꝫ illius ꝛ ſic videtur ꝙ propter actum proprium minuitur eius potentia ex quo illud dixi de inſtrumētis artificum inſtrumenta corporalia voluntatis mee debilitantur continue in agendo.

RICARDUS. non reperis qđ aſſumpſi nō enī dixi ꝙ effectus non poteſt ſuam aſtringere cauſaꝫ pro tempore certo futuro ſed dixi ꝙ nō poteſt potentiam eius minuere ſeu reſtrīgere pro omni mēſura ſcꝫ quin ad quecūꝙ̄ effectum ſuū pro aliqua menſura habuit facultateꝫ qđ ſufficit ad noſtrum propoſitum quoniam ex hoc manifeſte conſequit ꝙ nunꝙ̄ aliquis effectus diuine potentie cauſa eſt

se potest improducibilitatis simpliciter scilicet p̄ omni mensura rerum contingentium que ex natura omnipotentie eiusdē diue potētie sunt subiecte nisi sint improducibiles alitide vnde nec in tua voluntate aliter esse potest quoniam debilitas instrumentorū tue voluntatis q̄uis minuat potentiam quo ad aliquos effectus forsitan pro futuro non tamen illud efficit vt illi effectus sint ꝛ fuerint improducibiles a tua voluntate pro omni temporali mensura. Item non poteris habere pro firmo qui deus omnem rem sibi possibilem p̄ vna mensura ab eo non factā pro quacunq; mēsura futura possit efficere sicut forte est de tua voluntate infirma cuius potētia pendet a tempore cui subijcit̄ ꝛ ob hoc quo ad diuinam potentiā per tuos obiectus premissos aut similes non potest restringere quin semper ad quoscunq; effectus producibiles nō p̄ductos pro futuro habeat facultatē sic q̄ nec ei9 voluntas nec actio nec alius effectus eius extrinsecus potest eius potentiam oīpotentē restringere seu minuere q̄uis ea vt dixi limitet de facto aut terminet nec cuncta sibi subiecta efficiat sicut instrumentum artificis limitat seu terminat potētiā artificis ne agat aliud artificiū q̄ possit illo istrumento efficere.

Cap. 10.

IOHANNES iam michi videtur hec tertia radix mee opiniōis ex suis pricipijs esse subuersa sicuti superius promisisti ramos eius si placet sicut de prescientia effecisti propera resecare. Ecce enim q̄uis de prescientia dei q̄ nō sit causa rerum inquantum prescientia huius dumtaxat capere valeam ꝛ ideo q̄ prescientia dei respectu alicuius contingentis futuri possit per actum humanum non esse ꝛ nūq; fuisse prescientia respectu illius negare non possum tñ de voluntate dei arguit̄ ꝛ aliud dici pōt ꝛ videri. quoniam non videtur possibile q̄ creatura possit modo efficere q̄ voluntas dei respectu huius voluntatis contingentis non sit nec vnq; fuerit respectu huius sic q̄ nō videtur qualiter per creaturam aut actionem ipsius possit hoc verificari deus non vult illud fore primo quidem hoc videmr̄ quoniā diuina voluntas est prima causa omniū rerū ꝛ ideo non potest sicut eius prescientia a suis creaturis a deo productis pendere pēderet aūt dei voluntas que est ab actione creature si per actionem creature posset non esse ꝛ nunq; fuisse respectu creaturarum. Secundo quidem quia volūtas dei respectu talis effectus ab eterno erat voluntas dei respectu ipsius eternum aut nullo mō sub ratione aliqua quia est eternum potest habere pro causa rem factā in tempore quoniā causa necessario precedit causatum in tempore nunq; ipsum sequitur vnde phūs dicit. 12. methaphisice q̄ causa efficiens semper p̄cedit effectum ꝛ ideo videre non possum per creaturā aut per actionem creature sine obmissionem actionis creature fieri possit q̄ diuina voluntas nunq; fuit voluntas respectu hui9 rei vel illius demonstrate que de facto per nostram voluntatem extat futura nec q̄ per actionem creature fieri potest hec vera deus non vult hoc fore nec vnq; voluit illud fore quoniam primum horum ex secūdo

Obiectio cōtra predicta

consequitur q̄ enim potest hanc verificare potest facere deum non velle nec vnq; voluisse illud fore

Cap. 11.

RICARDUS de p̄scientia recte sentis de voluntate dei consequēter min9 prudenter aduertis quoniam supponere debes de voluntate diuina sicut de eius potentia aduertisti. s. q̄ diuina volūtas existens causa talium futurorum causa tamen precedens seu prima in tempore necessario p̄ns in actu pōt nō esse causa respectu ipsorum ꝛ potest nunq; fuisse causa productiua ipsorum ꝛ q̄ hoc sequi seu inferri potest a causa secunda seu ex actione ipsius aut ex omissione actionis eiusdem ꝛ ecōtrario q̄ voluntas dei eterna potest aliquorum esse causa per actionem creature ab ea effectiue non est enim hoc magis inconueniens modo solius causalitatis quoniā si deus esset causa futura respectu omniū productorū quoniam adhuc esset in eo causalitatis prioritas sed nunc est in celo ꝛ eius motore respectu actuū hūanorum nec reputas īpossibile vt suppono seu īconueniens de morte ꝛ motu celi qui sunt cause quo quo modo enim futurorum omniū humanorū q̄ possunt nunc non esse cause ꝛ nunq; fuisse cause respectu operum humanorum certorū quoniā non ambigis saltem quin deus potest hoc facere ꝛ ob hoc in facto ipso in se nulla est impossibilitas vt tu fingis. s. q̄ causa prima in tempore respectu actus futuri potest non esse ꝛ nunq; fuisse causa respectu illius q̄ vero non sit impossibile vt hoc sequatur ex actione seu ex obmissione actionis secunde cause seu cause posterioris in tempore rationem facilem potes attēdere quia causa prima respectu rerum in tempore faciendarum ab alijs causis immediatis eo ipso q̄ est prima in tempore sic pendet quo ad hoc q̄ sit causa in actu rerū illarum a causis posterioribus in tempore aut saltem talem relationem habet ad causas secundas non secundum illud quod est in se sed inquantū est causa huius qđ non potest esse cā i actu respectu rerū ipsarū nisi a causis posterioribus mediantib9 seu secundis ꝛ ideo necessario consequitur q̄ p̄ priuatione actionis earum ipsa cā prior pōt fieri nō cā ꝛ potest nunq; fuisse causa respectu rerum illarū aut saltē sequitur q̄ potest ex priuatione actionis earū sequi q̄ causa prior nec est nec vnq; fuit causa respectu rerum istarum de facto fiunt ꝛ sit causa eterna ipsarum causa tamen in potentia ꝛ non in actu vt dixi sicut in teipso sepissime experiris. s. q̄ tua voluntas qua precipis tuo ministro / aut voluntas qua sibi potestatem confers vt ceteros cibos vel in mensa prouideat est causa prior in tempore respectu prouisionis ciborum quam voluntas tui ministri qua eos prouidet: quoniā tua voluntas est causa principalis voluntatis istius Et tamen q̄ tua voluntas sit aut fuerit causa prouisionis eorum quodāmodo pendebat ꝛ pendet si adhuc prouisio sit futura a voluntate tui ministri quoniam si minister tuus huiusmodi cibos tibi p̄uidere noluerit nunq; tua voluntas perficiēde p̄-

Voluntas dei pōt esse cuz aliquorū effectuū p̄ actionem creature

uisionis causa fuit si q̄ si p̄uide attēdisses ex illo qđ tu pro tua opinione inducis. s. q̄ voluntas dei respectu rerū humanarū est causa prior in tempore q̄ voluntas humana clare consequitur eiusdem opinionis cōtrariū. s. q̄ ipsa voluntas dīna potest nō esse ꝛ nunq; fuisse cā ipsarū nec ex hoc potes inferre vt infers q̄ res facte seu faciende sunt cause volūtatis dīne aut q̄ effectus sit causa sue cause sicut non potes probare q̄ sunt causa prescientie eius sicut etiā nec potes exēplo premisso inferre tui volitionē ministri esse causam tue voluntatis precedētis sed potes cōcludere q̄ cause facte seu faciende sunt cause saltē illationis q̄ dīna voluntas est ꝛ fuit causa respectu aliquarū rerum a causis posterioribus fiendarū ꝛ q̄ ab eterno fuit causa earū qđ non solū non est inconueniēs sed verum manifeste probatū est sicut voluntas tui ministri est causa illationis saltē q̄ tua voluntas est aut fuit causa prouisionis fiende per ipsū vt dixi i hoc tamen extat diuersitas q̄ tua volūtas non potest non esse aut non fuisse voluntas respectu illius prouisionis ipsius dīna vero volūtas sicut potest nō esse ꝛ non fuisse causa respectu talis actus humani qui de facto est futurus sicut eque potest non esse ꝛ nō fuisse respectu illius voluntas quoniam vnū ex alio semper cōsequitur vt sepius tractaui superius ꝛ ob hoc q̄cq̄d est vel esse potest cā illationis alterius.

nota quod res facte non sūt cā voluntatis diuine

Cap. 12.

ELeganter sententiā istā xp̄us expressit cū dicit. mat. 26. math. an putas q̄ non possum rogare patrem meum ꝛ exhibebit michi mō plus q̄ 12. legiones angelorū in quo dicto clare patet q̄ deus pater potest velle. 12. legiones exhibuisse angelorū ꝛ tamē nō exhibuit ꝛ sic constat q̄ deus pater potest hoc velle siue potuit cū non posset exhibere nisi volendo ꝛ similiter posset q̄ xp̄s hoc potuit impetrare per actū voluntatis humane. s. per orationē ipsius vnde clare consequitur q̄ per voluntatē humanā fieri potuit aut saltem ex voluntate humana fieri potuit q̄ respectu exhibitionis. xij. legionū angelorū pater voluntatem habuisset tunc ꝛ etiā ab eterno ꝛ q̄ voluntas patris tūc causa fuisset etiā ꝛ ab eterno fuisset cā exhibitionis. 12. legionum angelorū licet de facto dei patris voluntas cā huiusmodi exhibitiōis nō fuerit vide igitur qđ in isto respondeas ꝛ sic respōde in cunctis similibus aut eni dicas nō esse incōueniens neq; impossibile vt cā scđa possit per suā actionem facere vt volūtas dei sit ꝛ ab eterno fuerit respectu certi effectus ꝛ nō est incōueniēs illud q̄ de hoc superius posuisti aut saltem dices q̄ cā scđa potest per suam actionē esse causa illationis aut causa sine qua nō q̄ prior causa sit ꝛ fuerit cā ab eterno respectu certi effectus ꝛ q̄ volūtas humana potest per suam actionem esse saltem causa illationis q̄ voluntas dei sit ꝛ fuerit ab eterno voluntas certi effectus ꝛ forte vtrumq; potest inte apte intelligi si rationem sequaris quoniam esse causam respectu alicuius ꝛ esse voluntatem respectu illius non solum includunt actum voluntatis ꝛ potentiam actiuā sed illationem important ad ipsum effectum qui respectus inq̄tuz talis est effici posse uidetur a causa scđa qđ multis videtur probabile quia multis uidetur q̄ deus vult ꝛ ab eterno voluit dyabolū dāpnare ꝛ tamen dyabol9 ante casum suū facere potuit q̄ deus noluit nunq; dāpnare eum sed q̄ voluit euz ab eterno saluare dicit igitur ubi arguitur a causa ante cum hoc modo arguitur dyabolus fuit ab eterno peccaturus irremediabiliter ergo deus euz ab eterno dānare uoluit an cum ecōtra infertur deus ab eterno uoluit dyabolum dāpnare ergo dyabolus fuit irremediabiliter peccatur9. IOHANNES cur nō posset dici in scđa illatiōe q̄ sit argumentū a causa. RICARDUS. q̄ deus nō dampnat nisi pro culpa p̄ria nec quēquē vult aut voluit nisi p̄ culpa dāpnare tanq; pro causa meritoria dāpnationis igitur deus ideo dāpnauit dyabolū ꝛ iō uoluit ipsum dampnare quia ipse peccauit aut q̄ ipse fuerat peccaturus unde consequitur q̄ mala actio uoluntatis dyaboli ab eterno futura causa fuit quodāmodo q̄ uoluntas dei fuit respectu dānatiōis dyaboli ꝛ q̄ fuit causa ab eterno respectu illius quoniam ut dixi deus nō preparat cuiq; dānationem nisi propter futuram eius culpam. Cōsequens igitur est q̄ creatura per actionem suam potest esse causa q̄ deus uult certum actum q̄ etiam ab eterno illum uoluit ꝛ q̄ ab eterno diuia uolūtas fuit causa illius ꝛ hec p̄cedētia sequi uidentur propter relationē quā hec nomina cā ꝛ uoluntas important non p̄pter rem ipsam in qua fūdatur relatio cui9 rei creatura causa nullatenus esse potest.

p̄batio p̄dictorū ex dictis xp̄i.

Cap. 13.

VT autē scias q̄ hoc a me ipso sine testimonio scripture non profero ecce legitur. 2. reg. ulti. ꝛ similis sententia quasi est. 1. para. 21. c. narrato qualiter dauid rex fecit totū populum numerari ꝛ factus est sermo domini ad gad prophetam ꝛ uidētem dicens uade ꝛ loquere ad dauid hec dicit dominus trium datur tibi optio eligere unum qđ uolueris ut faciā tibi cumq; uenisset gad ad dauid nunciauit ei dicens aut septē annis ueniet tibi fames i terra tua aut tribus mēsibus fugies aduersarios tuos ꝛ illi persequentur te aut certe tribus diebus erit pestillentia nūc ergo delibera ꝛ uide quid respondeam ei qui misit hūc sermonem dicit dauid ad gad coarctor vndiq; nimis sed melius est michi ut incidam in manus domini multe ei sunt eius mie q̄ in man9 hominum immisit dominus pestilentiam in israel de mane usq; ad tempus ꝛ mortui sunt ab adam usq; ad bersabee. lxx. milia uirorum ubi exprimitur q̄ electio dauid fuit q̄ deus pestilentiam immisit in populum elige inq; unum qđ uolueris ex hijs qđ faciam tibi nec deus pestillentiaz immisisset nisi dauid elegisset pestillentiam si uero electio dauid fuit causa quare deus illud egit eadē electio aut eius futuricio causa fuit quare deus illud tūc uoluit ꝛ etiam quare illud agere uoluit ab eterno quoniā si dauid nō illud egisset tūc illud agere no

probatio p̄dictorū ex sacris litteris.

fuisset iuxta seriem huius hystorie ⁊ nichilominus ex isto facto patenter a deo supponit libertas cō tradictionis in dauid qua potuit vnūquodq3 illorum triū eligere alijs duobus obmissis quoniam a deo dicitur triū tibi datur optio ꝙ minus proprie dictum fuisset nisi indifferenter vnūquodq3 illorum triū eligere potuisset. Itē.3.reg.3.c. scribitur deum dixisse salomoni q2 postulasti verbū hoc et non petiuisti dies multos nec diuitias aut aīas inimicorum tuorū sed postulasti sapientiam ad discernendū iudicium ecce feci tibi secundū sermones tuos ⁊ dedi cor sapiens ⁊ intellectum ⁊c. vbi exprimitur ꝙ postulatio salomonis cā fuit quare deus sapientiam ei contulit q2 inq̄t postulasti hec feci secundum sermones tuos a causa aūt sic infertur salomon sic elegit ergo deus sic egit ⁊ ante ꝙ salomon postulauit illatio ista erat a causa salomon taliter postulabit ergo deus sic aget s3 forte dices ꝙ non sic arguitur a causa salomon fuit hoc petiturus ergo deus voluit hoc agere aut deus voluit ab eterno sic agere in quo tibi resistitur per hoc ꝙ hoc dictum deus hoc aget includit voluntatem agendi in deo cum deus mihi tale agat nisi volendo quicq̄d igitur preter deum est cā quare deus hoc ageret illud est causa quare de⁹ hoc agere volet ⁊ pari ratione est cā quare deus hoc agere voluit ab eterno quoniam illud q̄d est causa quare deus hoc faciet est causa qua posita ponitur voluntas diuina eterna respectu illius ⁊ qua remota remouetur posita enim postulatione futura sequitur voluntas ab eterno fuisse in deo respectu dationis sapiētie ⁊ remota futura postulatiōe sequitur ꝙ voluntas dationis nunq̄ in deo fuisset nō aūt econtra.s.ꝙ non remouetur postulatio ⁊ si sublata fuisset voluntas dandi in deo vnde videtur ꝙ postulatio fuit causa quare deus ab eterno dare voluit quoniam sublatio effectus cām nō tollit sed ecōtra non intelliges ex isto vt iam dixi ꝙ creatura per actionem suam possit esse cā voluntatis diue sed ꝙ possit forsitan aliqualiter dici cā ꝙ voluntas diuina dici posset causa seu voluntas respectu certi actus possibilis verum si dicatur ꝙ possit saltē esse causa illationis.s.sine qua non vt soliti solent loqui debet sufficere ad tollendū tuos obiectus vt patuit ⁊ ꝙ voluntas creature possit esse causa illationis ⁊ etiā causa sine qua non scriptura exprimit locis innumeris ecce enim deute. 28.c.⁊ simile legere vales cap.4.⁊8.⁊.xi.eius ⁊ leuitici.26 c.isto modo. Si vero audieris vocē domini dei tui vt facias atq3 custodias oīa mandata eius que ego precipio tibi hodie te faciet dñs deus tuus excellentiorem cunctis gentibus que versantur in terra veniētq3 super te benedictiōes iste benedictus eris in ciuitate bñdictus in agro benedictus fructus vētris tui ⁊c.⁊ si nolueris audire vocē dñi dei tui veniēt super te omnes maledictiones ⁊ apprehendent te maledictus eris in agro maledictum horreū tuu3 ⁊ maledicte reliq̄e tue maledictus fructus ventris tui ⁊c.⁊ sic ysaye i.c.legitur si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis ꝙ si nolueritis ⁊ me ad iracundiam prouocaueritis gladius deuorabit vos ⁊c. sicut iere.7.scribitur si audieritis me dicit dominus et nō inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbati ⁊c.ingredientur per portas ciuitatis huius reges ⁊ principes sedentes super soliū dauid ⁊ ascendentes in turribus ⁊ equis ⁊ habitabitur ciuitas hec in sempiternum ⁊c. Si autem non audieritis me vt sanctificetis diē sabbati ⁊c. succendā ignem in portis eius ⁊ deuorabit domos iherusalem ⁊ non extinguetur. Item legitur iere. 22.c. Et hec sentētia dicitur clarius iere.7. vbi nō tm̄ legitur deu3 voluisse cum presciuit quid populus erat facturus sed insuper legitur ꝙ ipse expressit quid malus populus omisit hoc modo si bene duxeritis vias vestras ⁊ studia vr̄a ⁊c. inhabitabo vobiscum in loco isto in terra quā dedi patribus vestris a seculo ⁊ vsq3 in seculum ⁊c. Et nūc quia fecistis oīa opera hec dicit dñs ⁊ locutus sū ad vos mane consurgens ⁊ loquens ⁊ non audistis ⁊ vocaui ⁊ non respōdistis faciā domui huic in qua vos habetis fiduciam sicut feci silo ⁊ pijciam vos a facie mea sicut proieci oēs fratres vestros ⁊c. Itē iudi.2.c.sic scribitur ascendit angelus dñi ad galgal ad locū flentiū ⁊ ait eduxi vos de egypto ⁊ introduxi in terrā pro qua iuraui patribus vestris ⁊ pollicitus sum vt non facerē irritum pactū meū vobiscum in sempiternum ita dūtaxat vt non faceretis fedus cū habitatorib⁹ terre huius ⁊ aras eorum subuerteretis ⁊ noluistis audire vocē meā cur hoc fecistis q̄obrem volui eos delere a facie vestra vt habeatis hostes ⁊ dij eorum sint vobis in ruinā hec eni ⁊c. similia manifeste ostendunt ꝙ voluntas populi pōt esse ⁊ fuit de facto cā ꝙ deus penas illas immisit ⁊ ꝙ eadē voluntas potuit causa fuisse ꝙ deus illas nullatenus fecisset nec efficere uoluisset q̄m hoc exprimit iste textus ultius ⁊ etiā precedens frustra igitur amplius nos inquirimus IOHANNES ista libēter amplector sed adhuc de uoluntate diuina promoueor nō enim uideo qualiter aliquid esse potest nisi a deo uolente illud fieri nec uideo q̄liter illud quod de⁹ uult fieri ex quo sua uoluntas est oīs per aliquā creaturā ualeat ipediri nisi nepharie dixero cōtra scripturā ꝙ oipotētis dei uoluntati potest creatura resistere scriptū est eni ge. ultimo nunquid dei possumus resistere uoluntati ⁊ ad litteram hoc dicit ioseph frīb⁹ suis de exaltatiōe sua i egyptū q̄ nō dubiū a volūtate sua pēdebat sic ei stat lr̄a qb⁹ ille rn̄dit nolite timere nūq̄d dei possum⁹ resistere uoluntati uos cogitastis de me malū ⁊ de⁹ uertit i bonū ut exaltaret me sicut in pn̄ti cernitis vt saluos facerē populos multos sic ei scribit hester.13.c.dn̄e de⁹ rex oīs in ditione tua cūcta sūt posita ⁊ nō est q̄ possit resistere tue uolūtati si decreueris saluare israel tu fecisti celū ⁊ terrā ⁊ q̄cq̄d celi ābitu cōtinetur tu es omniū es nec est qui resistat maiestati tue ubi etia3 ad lrām sermo sit de salute corpali ipsorū q̄ nō dubiū pēdebat a uolūtate ipsorū ⁊ sic cōsequit ꝙ illā q̄uis pēdētē a uolūtate nō potat ipedire sic scribit ap. ad ro.14.c.ergo cui⁹ vult miseret ⁊ quē uult idurat dicit itaq3 mihi qd adhuc q̄rit uolūtati ei ei⁹ q̄s resistit o hō tu q̄s es q̄ rn̄des deo nūq̄d dicit figmētū ei q̄ se finxit q̄ me fecisti sic an nō hēt ptātē figulus luti ex eadē massa facere aliud q̄dē uas i honorē ⁊ aliō i cōtumeliā q̄d si uolēs de⁹ ondere irā ⁊ notā facere potētiā suā sustinuit i multa patiētia uasa ire apta i interitū ⁊ ostēdere diuitias glorie sue i uasa mie qui preparuit i gloriā quos uocauit nō solum ex iudeis sed ex gentibus sicut dr̄ in osee uocabo nō plebē meā ubi nō solum ondit

alia probatio ex.3.re. 3.cap.

Nota quō q̄s nō pōt resistere voluntati die

ꝙ nullus potest dei voluntati resistere in saluādo aut in dānando cū tm̄ vtrūq3 pendeat a voluntate creature videtur innui ex hoc ꝙ apostolus coartatus in questione de predestinatione nesciuit aliter eam dissoluere nisi vt totum ad diuinā volūtatē referret sicut opera figuli ad voluntatē figuli referebat ꝙ apostolus hoc intendebat.s.ꝙ nullus in talibus q̄uis pēdeāt a voluntate humana potest dei voluntati resistere sicut iob.24. dicitur de eo ipse enim solus est ⁊ nemo aduertere cogitationes eius potest ⁊ aīa eius quodcūq3 voluerit hoc fecit. Et multa dicūtur similia in scripturis q̄ vident manifeste pretendere ꝙ nullus pōt volūtatē dei qui expleatur p oīa ipedire Ex eodē etiā sequi vr̄ ꝙ diua voluntas nō potest ab aliquo impediri

Cap.14.

RICARDVS. nō est ita vt estimas sed econtra. Si eni diuina volūtas oīs exigit res euitabibiles per creaturā intelligo habere sibi subiectas quo ad res hmōi eadē potentia diuine voluntatis req̄rit vt creatura eas valeat impedire q̄m hoc est eas esse creature vitabiles ⁊ sic manifeste consequitur ꝙ oipotentia volūtatis diuine exigit vt hmōi sua volita possint a creatura caueri quoniā alias res ille non essent tales quales oīs voluntas esse eas istituit ⁊ sic ipsa volūtas non esset oīs ex quo res sibi subiecte nō essent vt vellet satis eni humiliter sapio cu3 astruis suum volitum nequaq3 posse ab aliquo impediri. ex quo illud sic vult ab aliquo fieri vt tm̄ ab eo valeat impediri nequaq3 tm̄ ex hoc sequitur vt tu superius intulisti ꝙ voluntati diuine possit creatura aut etiam creator resistere q̄m hoc verbum resistere duo includit.s.voluntatē diuinā esse respectu alicuius ⁊ similiter illā nō perfici que duo simul stare non pn̄t sed non includūtur sic hec duo cū dicit sic diuisim volitū a deo pōt a creatura caueri nec etiā pōt argui aliqua inefficacia voluntatis diuine oipotentis vt infers ex hoc ꝙ eius volitum potest ab aliquo impediri ex quo eius oipotentia sic requirit sicut nec inefficacia eiusdē volūtatis potest inferri ex hoc ꝙ volitum ipsius a seipso potest caueri semper diuisim intelligo q̄m in sensu cōposito semp est falsum ꝙ possit volitū a deo caueri. sc3 ꝙ aliquid pōt simul esse a deo volitu3 ⁊ tamen vitatū seu non factū rationē potes aduertere q̄m diuina voluntas respectu cuiuscunq3 possibilis sēp impleretur siue eni res eius fierent siue non fierent semp volūtas diuina impleretur de eis quia ex quo oīs dei voluntas hoc habet vt fiant res q̄dam p creaturas vitabiles sicut superius est ostēsum eadem oīs voluntas exigit vt ipsa possit respectu rerum hmōi non esse ⁊ nunq̄ fuisse voluntas sicut eadem voluntas exigit vt diuina presciētia possit respectu huiusmodi rerum nō esse ⁊ nunq̄ fuisse prescietia ⁊ ideo sicut volita huius a deo possunt non fore sic possunt non esse ab eo volita ⁊ nunq̄ volita ab eo fuisse prescita vnde constat ꝙ q̄uis volitum a deo possit a creatura caueri in sensu diuiso intelligo nichilominus est semper necessarium in sensu composito ꝙ diuina voluntas ipletur in omibus volitis ab eadē q̄m simul esse nō pōt ꝙ aliq̄d est a deo volitum ⁊ a creatura ⁊ a creatore vitatū ⁊ ob hoc diuina voluntas semper est efficax si illa voluntas efficax affirmetur q̄ sic cui⁹ volitū quodq3 semper ⁊ vbiq3 perficitur nec simul potest esse nō impletū ⁊ ab eo nolitū qualiter vero in istis sensum compositū a sensu diuiso hēs distinguere satis plane ⁊ plene te docet magister sētentiarū.i.lib.distinctione.38. Et quibusdā sequētibus vt opus non existat huius logicalia hic tractare.

Voluntas diuina non est ipedibilis

non potest idē esse volitū a deo ⁊ vitatum a creatura

Cap.15.

IOHANNES licet efficax recte volūtas diuia vocetur q̄a semper suū effectū efficit ⁊ nunq̄ deficit nec est possibile ꝙ ipsa aliquid velit ⁊ illud non fiat sicut superius ostēdisti qualiter tm̄ illa voluntas non sit infirma cui⁹ volitū licet de facto nunq̄ ⁊ nullibi ipeditur tm̄ pt ab aliquo ipediri nō video si ei mea voluntas quo ad suū volitū potest ab aliquo impediri cui dubiū qui mea voluntas infirmior est q̄ volūtas eius a quo sic poterit ipediri vsi qui volūtas diua sit ifirma si sic potest quo ad sua volita impediri nō capio. RICARDVS hec caligo mentis contingit tibi quia semper mentis tue intuitū dirigis ad voluntatē dei qua vult tales res contingentes fieri non ad voluntatē dei qua vult vt res eedem a creatura valeant ipediri Si eni in scdam dei volūtatē attenderes secūdā nō realiter diuersā intelligo sed rōe distinctā non patereris premissā caliginē sed clara luce prospiceres ꝙ diua volūtas nō cominus est fortis ⁊ valida ꝙ suū volitū potest caueri ex quo ipsū a seipsa oipotente institutrice oīs est volitū posse caueri q̄ si oīno a nullo posset vitari sicut nec tua voluntas dici potest esse infirma respectu sui voliti qd volūtate tui ministri vis fieri si istud sic vis ⁊ instituis fieri ab eo ꝙ ipse possit p suo voto illud obmittere ⁊ vitare tuam potētiam volitiuā intelligo nunc non actū nisi imprudenter dixeris tuam voluntatem in hoc infirmam fieri a se ipsa quoniam tua voluntas se velle sic statuit vt suū volitū ab eius ministro possit caueri si insuper vt cognaris ex hoc ꝙ volitum a voluntate diuina possit impediri ab aliquo posset vere inferri ꝙ illud quod posset impedire esset fortius volūtate dei cum possit impediri ab ipsa voluntate vero diuina vere posset inferri ꝙ voluntas diuina infirmior esset se ipsa cum ipsum aūt non dubites illud non sequi mirū est ꝙ talem argumentationem reputas esse firmam de actu tamen tue voluntatis videtur ꝙ esset infirmus si eius volitum posset ab aliquo precaueri quoniam cum actus ipse respectu illius voliti non possit ipso manente non esse volitio respectu illius consequēs est de ipso si potest ab aliquo impediri ꝙ simul potest illud volitum esse volitum per actum illum ⁊ tamen nō fieri ex quo cōsequi videtur eius inefficacia ⁊ etiam infirmitas verū si ecōtra esset de tuo actu sicut de actu volitiuo diuino.s.ꝙ tuus actus ipso manente ita posset non esse volitio respectu illius voliti sicut potest actus diuinus ⁊ cum hoc per eunde3 actum tu voles tuum volitum posse a tuo ministro precaueri pro constanti sicut nec in tua potentia. Sic nec in tuo actu posses infirmitatem arguere propter hoc ꝙ eius volitū posset ab alio i-

quare volūtas diua dicatur efficax.

Nota quō volūtas diuina nō potest reputari infirma

pediri nunq̃ tñ cõcedere oportebit ex istis conse
quitur q̄ actus tuus inquantũ esset respectu exi-
stentie illius a te voliti fieri dũtaxat ex hoc q̄ pos-
set impediri quo ad illud volitũ sit infirmus fortas
sis fluctuas qm̃ ex hoc sequi videri potest q̄ act9
volitiuus diuinus ꝛ si non simpliciter tamen vt est
actus respectu voliti talis contingentis duntaxat
sit actus infirmus ſʒ hoc omnino non sequitur cũ
sic affirmare deo siue eius voluntati que ipse est
ascribitur infirmitas qualẽ nullam potest habere
sicut tu potes habere ꝛ ob hoc de tua voluntate
tñ nichil sic aperte concluditur sed nunquid si ne-
gatiue inferatur q̄ actus volitiuus diuinus in-
q̃tum dumtaxat est respectu hm̃oi existentie con
tingentis nõ est ops magis dubitabile potest vi-
deri sed hec dubitatio statim tolletur cum distincti
fuerint actus volitiui diuini vnde michi videtur
frustra nimis nos in istis logicalibus fatigari cũ
ex premissis satis apte constat q̄ oĩpotentia volũ
tatis diuie exigit vt aliqua volita ab ipsa possint
a creatura caueri absq̃ hoc q̄ ipsa sit iefficax aut
infirma si vero non valeas capere quomodo res
quam deus prescit potest non esse et nunq̃ fuisse
ab eo et nunq̃ produxisse ꝛ sic res prescitas et vo
litas potuit non presciuisse volitas debes atten-
dere ad pondus auctoritatis sacre scripture ꝛ ad
radices fidei christiane ꝛ precipue ad initiũ sym
boli. Credo in deum patrem omnipotentem ex
hac oĩpotentia siue fluctuatione concludas q̄ de
us tuus libertate contradictionis mundũ produ
xit ꝛ ita potuit eum nunq̃ produxisse ꝛ sic res pre
scitas ꝛ volitas potuit non presciuisse ꝛ eas nun-
q̃ voluisse vñ ex hoc solo pricipio hoc nõ erit de-
mõstrato futuro oĩa hec sequũtur. s. q̄ deus hoc
non prescit deus hoc non vult deus hoc nunq̃ vo
luit ꝛ ob hoc sicut deus potest facere hoc non fo-
re sic potest hoc non prescire ꝛ sic potest hoc nun-
q̃ presciuisse ꝛ sic potest hoc non velle ꝛ sic potest
hoc nunq̃ voluisse ꝛ pariter si ex aliqua cã alia p̄
ter deum posset illud verificari. s. hoc nõ erit sicut
patuit superius hoc posse fieri opere aut obmissio
ne operis creature per eandẽ causam possent ve-
rificari oĩa alia premissa que ex illo vno sequũtur
quicq̃d eñi potest verificare añs potest verificare
oĩa eius consequentia

Nota quõ de9 põt facere qd̃ prescit nũq̃ fuisse ꝛ nõ p̄sciuisse

Cap. 16.

Est item aliud quod si ac
cute consideres ligamẽtum aĩ tui de
voluntate diuina dissoluit qm̃ impo-
tentẽ seu infirmam seu inefficacẽ esse
euitabilitatẽ actuũ humanorũ cona-
ris astruere. s. q̄ diuina voluntas pro potentia ac-
cipitur ꝛ p actu ꝛ actus cã multiplex i scripturis ꝛ
q̃ multiplex est volitum ab eodem ergo debes di
stinguere actum quo deus vult rem facere ab ac
tu quo deus vult rem ab alio fieri illius alterius
a propria voluntate sicut hos actus in teipso di-
stinguis quoniam non ab eodem actu vis aliquẽ
actum producere per te metipsum ꝛ vis alium ho
minem alium actum efficere cum autem vis aliq̃d
ab aliquo alio fieri non est hec tua voluntas cau
sa actus ab eo effecti sed approbatio seu compla
centia respectu actus illius qm̃ sic vis fieri omẽs
actus iuste factos seu futuros in mundo sicut eti
am actus voluntatis tue quo vis aliquid ab alio
fieri nõ est causa illius effectus sic nec act9 quo
vis alium facere talẽ effectum est causa illius qm̃
et sic velle potes omẽs iuste operatores agere su
os actus Et vt breuiter exprimam q̄ intendo nul
lus actus tue voluntatis quo aliquid efficisti ad
productionem illius effectus quoniam de causa
efficiente iam loquimur que efficiens dici non po
test respectu cuiuscũq̃ facti nisi aliud ad eius pro
ductionem efficiat aut effecit sic tamen respectu
operis tui ministri tua auctoritate effecti tu svolũ
tas illud sibi precipiens causa fuit aut si non pre-
cepisti sed voluntate tua potest item sibi dedisti ta
lia faciendi voluntas concedens auctoritatẽ hu
iusmodi causa fuit etiã operis eiusdem ministri si
hoc vides non dices in deo voluntatem aliquam
esse causã rerũ contingentium nisi illam volunta-
tem que ante effecit aliquid ad extra ad producti
onem earũ faciendam per liberam voluntatẽ hu
manam cuiusmodi nõ est dĩna voluntas qua vult
talia fore aut qua vult talia fieri aut qua vult vo
luntatem humanã talia facere nec aliqua alia hu
iusmodi eius voluntas quarũ nulla aliquid effe-
cit vel efficiet ad productionem rerũ huiusmodi
intelligo q̃tum hm̃oi est qnoniam omnis talis di
uina voluntas complacentie potius q̃ voluntas
efficientie appellatur voluntates dĩnas semp so-
la ratione distictas intelligo.

volũtas diuina nõ põt dici ĩfirma.

Cap. 17.

Si igitur si pro quia diui-
nam voluntatẽ hoc modo distinguẽ
dam intelligis volo vt a parte expri-
mas quam voluntatem harũ omniũ
impotentem seu infirmam seu effica-
cem ex rerum oĩm humanarũ ineuitabilitate co-
naris astruere. JOHANNES Cur non pos-
sum inferre q̄ volũtas diuina potentia est infirma
si suũ volitũ potest ab alio impediri.
RICARDUS. quia diuina potentia volitiua
est ops ꝛ ob hoc potest inoĩpotenter seu potenter
agere ymo agere põt ita ĩfirmiter sicut aliqua co
gitabilis actiua potentia vt superiora ostendunt
nec alias esset ops siue igitur agat ad extra debi
liter siue fortiter non ob hoc infirma seu oĩpotens
potest argui eius potentia sicut nec volũtatis hu
mane vigor minuitur aut ĩfirm9 arguit̃ q̃ p corpa
lia sua ĩstrumẽta agẽdo põt iugulare leonẽ si ita
infirmatur teneret cuniculũ vt cuniculus se de om
nib9 eius instrumẽtis retẽtus excuteret nunquid
etiã audebis astruere volitiuã potẽtiã spũssancti
fuisse infirmã qr scribitur stephanũ veraciter exp̄s
sisse dicẽs iudeis vos semp restitistis spũi sancto
actu. 7. Nõ est igit̃ vñ posses arguere diuinã vo-
litiuã potẽtiã esse infirmã qr suũ volitũ p̄t ab alio
ĩpediri cũ oĩpotẽs potẽtiã scõꝫ volitũ possit ita p
ducere vt ita faciliter sibi sic alteri cuiq̃ possibile
possit resisti nõ enim alias esset omnipotens nec
posset cuiusq̃ creati agentis vices agẽdo supple
re dic igitur adhuc queso expressius q̃ voluntatẽ
diuinã ex euitabilitate tuorũ operum infirmã co-
naris arguere. Johannes cerno q̄ non possum vt
dicis potentiã volitiuã diuinam ex hac euitabili-
tate infirmam seu impotentem arguere ꝛ ob hoc
dicere possũ actum diuinum volitiuũ esse ĩpotentẽ
seu infirmum si eius volitũ potest ab aliquo impe
diri. RICARDUS. expone q̃d actũ ĩtelligis

de actibus eius oĩbus supra expositis an actũ nõ
operatiuũ ad extra. s. actum solius approbatiõis
seu cõplacentie aut actũ effectiuũ seu operatiuũ
ad extra. JOHANNES cur nõ possum infer
re actum volitiuũ diuinũ complacentie seu appro
bationis esse infirmũ quia eius volitũ potest ĩ alio
impediri. RICARDUS qr infirmũ ꝛ firmum
sicut in presenti accipimus forte ꝛ debile potẽs ꝛ
impotens efficax ꝛ inefficax cõditiones seu diffe-
rentie sunt solius virtutis actiue ꝛ ob hoc appro-
batiuus seu acceptiuus solũ cũ nunq̃ possit quic
q̃ inquantũ est talis nec infirmus potẽs aut impo
tens fortis aut debilis vt loquitur dici potest non
enim in teipso reperire poteris qualiter actus vo
luntatis tue approbatiuus solum respectu operis
alieni fortis aut debilis efficax aut inefficax nisi
improprie dici potest cũ non valeas inuenire quid
actus tuus hm̃oi possit efficere. Si eñi improprie
voces actum approbationis seu cõplacentie for-
tem aut debilem in intẽsione graduũ siue sicut co
lor vnus fortior alio dici potest qr intẽsior nõ po-
tẽs de actu hm̃oi volitiuo dĩno qd̃ conaris infer-
re. s. debilitatẽ aut infirmitatẽ seu impotentiam ex
hoc q̄ suũ volitum potest ab alio impediri cum p
actũ quẽcũq̃ potentẽ hoc mõ sicut p actum impo
tentẽ hoc modo si talem deus hic haberet posset
infirmissima queq̃ velle cui oĩa infirma placẽt vt
fortia vt ei vere dicatur nichil odisti eorũ que per
fecisti sic eñi tu ipse per actũ huius approbatiuũ
vis eque infirma ꝛ fortia ꝛ per actũ fortẽ hoc mo
do sepe vis opus infirmum alterius per actũ de-
bilem vis opus fortissimũ creationẽ fortassis mũ
di totius non potes igitur huius voluntatẽ debi-
lem infirmam aut oĩpotentẽ seu inefficacem con-
cludere ꝛ si eius volitum possit a potentia actrice
ĩfirmissima impediri ex hijs etiã cernis esse perspi
cuũ q̄ nullum est incõueniens affirmare taliter ne
gatiue q̄ hm̃oi voluntas approbatiua diuina nõ
est oĩpotens cũ nec proprie dicatur potens aut i-
potens qd̃ tibi superius firmare pmiserã dic igi
tur adhuc quẽ actũ diuinum ex hoc q̄ eius volitũ
potest caueri infirmũ conaris astruere.
JOHANNES cõpellor intelligere actũ diui
ne voluntatis operatiuũ ad extra qm̃ vt video ex
euitabilitate volitorũ a deo non possũ aliã dei vo
luntatẽ infirmam aut oĩpotentẽ arguere

quare act9 diuinus nõ d̃r infirmus cũ possit ipediri.

Cap. 18.

RICARDUS Terge ad
huc oculos mentis tue ꝛ attẽtius in-
uestiga quã voluntatẽ diuinã actuã
ad extra actus modo ĩtelligo niteris
ex rerum humanarũ immutabilitate
infirmã arguere. JOHANNES. Cur nõ pos
sum dicere voluntatẽ dei qua efficit mundum totũ
ꝛ creaturas instituit esse ĩfirmã qr aliqua sunt eui
tabilia ꝛ possunt a creaturis caueri. RICAR-
DUS qr hec voluntas dei non cadit sup actus
humanos sed solum sup naturas primitus institu
tas quarũ nullã potuit aliqua creatura impedire
ideo nec volitũ aliquod ab hac dei voluntate in-
quantũ talis est semp intelligere põt aut potuit a
creatura caueri vt ex hoc argui posset eius infir-
mitas sicut autem ante apte ĩtelligis de hoc actu
diuino quo deus creaturas instituit q̃ non potest
aut potuit dici ĩfirmus pp̄ter actus euitabiles an
gelicos aut humanos cũ non sit nec fuerit respe-
ctu ipsorũ sed solum respectu causarũ eorũ sic po
tes clara luce conspicere q̄ nullus actus voliti-
uus diuinus effectiuus qui est respectu cause tan
tum actus talis quem ineuitabilem appellamus
argui potest infirmus propter euitabilitatem act9
huius qr iste actus vitabilis non est volitus per
actũ illum volitiuũ diuinum sed p illum actũ diui
num solũ cã illius est volita vnde pp̄ter euitabili-
tatem actus talis inferri non põt aliquod volitũ
a tali actu volitiuo diuio posse caueri ꝛ p hoc pos
set infirmus inferri de actu aũt volitiuo dĩno effe
ctiuo seu oꝑatiuo ad extra qui intelligi põt esse i-
mediate operatiuus respectu actus humani quẽ
vocamus vitabilẽ nunquid ille possit infirmus ar
gui ex euitabilitate sui voliti si queramus ꝛ suppo
suerimus q̄ deus sic immediate vult ꝛ efficit oẽs
actus humanos cũ sint infra patebit quando de
illo modo agendi dei tractabitur deus nõ sic age
re velit nisi cum voluntas hũana vult agere oĩno
consequitur q̄ ille actus diuinus ꝛ volitiuus ꝛ ef
fectiuus si ita ponatur est conditionatus hoc mo
do si voluntas humana sic agere velit qualis vo
luntas nunquid potest argui esse infirma respectu
sui voliti nisi suum possit stãte cõditione cauere qd̃
in nostra voluntate nunq̃ potest contingere. s. q̄
stante voluntate hũana respectu sui actus intrin-
seci conditionati actus diuinus respectu actus
eius possit suũ volitum q̄ etiã est diuinũ volitum
vt ponimus scꝫ voluntatis humane intrinsecus a
ctus caueri qr stante hoc. s. q̄ voluntas actum su
um liberũ velit efficere similis esse nõ potest q̄ ac
tus ipse qui scdm̃ te asseritur a deo volitus actu
diuio volitiuo effectiuo imediate illius ab aliquo
euitetur ꝛ sic ex sola absoluta euitabilitate talis a
ctus volũtatis hũane nõ potest argui infirmitas
aliqua in actu volitiuo dĩno imediate effectiuo il
lius nisi insuper euitabilitas illius cũ hui9 condi-
tione seu modificatione posset ostẽdi qualis eius
euitabilitas ondĩ nõ põt preter hoc q̄ sicut infra
patebit probabilius dici potest nullã talem actio
nẽ dei immediatã esse respectu actuũ humanorum
quos proprie libertate cõtradictionis liberos ap
pellamus. Et idẽ est de voluntate dĩna censendũ
q̄ nullus est actus dĩnus volitiuus effectiuus im
mediate talis actus hũani imprudenter igitur af
firmas in genere ex hoc q̄ volitum a deo potest a
creatura caueri q̄ voluntas dĩna sit inefficax infir
ma aut impotẽs cum nec potẽtiã nec volitionem
diuinã nec actũ eius aliquẽ volitũ ex illo possis in
firmum arguere.

deus non agit nisi qñ volũtas humana vult agere.

Capm. 19.

JOHANNES Non ad-
huc per omnia genera actuũ volitiuo-
rum diuinorum conclusionem quã in-
fers ostẽdis quoniam sicut superiora
de multitudine actuum voluntatis di-
uine ostendunt ita habet deus actum vnũ cõmu-
nem respectu oĩm rerũ sicut habet actũ pp̄riũ re-
spectu vni9 ꝛ pariter hẽt actus vt sic loquar medios
inter istos ꝛ infinitos. s. vnũ respectu duorũ alium
respectu triũ tertiũ respectu. 4. et sic i ĩfinitũ ꝛ hoc
ĩtelligo de actibus volitis effectis sicuti de appro
batiuis iuxta theoriã quã superius posuisti sicut

habet penes se ydeas seu rationes aut cognitio-
nes huius. Cur igitur non possū affirmare talem
actum cōmunem esse infirmum si eius volitum po
test caueri qm̄ de tali actu cur nichil superius es
locutus. RICARDUS. non recte affirmas
me de tali actu volitiuo diuino nichil dixisse supe
rius qm̄ si actum cōmunem.s.respectu plurimorū
volitorū effectuū intelligis sicut nec particularis
actus effectiuus potest argui infirmus ex hoc ꝙ
suū volitum potest caueri sic nec ille cōmunis qm̄
vna aut similis est ratio de vtrisq;.scz ꝙ sunt con-
ditionati ⁊ ob hoc infirmi argui non poterunt ni-
si conditione illa supposita vt iam dixi volita eorum
possunt caueri ꝙ non magis in voluntate tali cō-
muni esse potest q̄ in particulari q̄ hoc sicut pre-
dixi ꝙ probabilius est dicendū ꝙ nulla est talis di
uina voluntas effectiua cōis sicut nec particula-
ris respectu operū humanorū. Si vero intelligis
talem voluntatem diuinā cōmunē que partim est
effectiua ⁊ partim approbatiua illa voluntas cur
rit sub illa supradicta.s.ꝙ q̄tum est approbatiua
non infirma nec firma vt loquimur dici potest quā
tum vero est effectiua habet conditionē prefactā
⁊ currit sub illa etiā supradicta de actu diuino ef-
fectiuo particulari si cōmunem talē actū volitiuū
diuinū intelligis q̄ est totaliter approbatiuus tūc
currit sub regula supradicta de actu approbatiuo
volitiuo diuino pticulari ⁊ ita constat per singula
genera hmōi volitiuorū actuū diuinorū ratiōe so
la distinctorum semper intelligo ꝙ oīo inuenire nō
potes q̄ voluntatē diuinam ex quo volitū est po-
test caueri vt infirmā possis concludere sed cū volū
tate diuina ⁊ ex eius vigore infinito stat euitabili-
tas actuū humanorum.

nota de actu communi in deo

Cap.20.

IOHANNES. qd si di-
xero aliquē actū volitiuū diuinū effe
ctū esse huius quo deus actū huma-
nū talem vult agere per se ipsū si vo-
lūtas debet ipsum efficere quē supra
posui posse esse causā ineuitabilitatis actus hūa
ni licet actualiter causa actus oīo nō esset ⁊ cōse-
quenter inferā illū actū diuinum respectu humani
actus esse infirmū si eius volitū potest a creatura
aliqua impediri de tali ei actu hoc dicitur siue vi-
detur cōsequi manifeste RICARDUS. si hu-
iusmodi actus volitiuos in deo posueris deū vitu
pabiliorē reddis cūctis rōnabilib9 creaturis qm̄
nō tm̄ vnius puersi maleficia cōmittenda sed etiā
ad oīm iniquorū scelera ppetranda supponis in
voluntate prōptissimum super quo infra cū de co
operatiōe dei i actibus hūanis tractabimus ple
nior fiet sermo si isuper tales actus hr̄et diuina vo
luntas nō purgarēt euitabilitatē actuū humano
rū sicut infra clarissime si deus donauerit ostende
tur. IOHANNES. fateor me nescire ipugna
re premissa sed hic aliquāto tardius perge mecū
q2 nō plene capio premissa cūcta qm̄ iuxta exem-
plū ꝙ in pricipio libri huius de speculo adduxisti
q̄uis speculū hmōi semp esset cōforme reb9 siue
res essēt siue nō essent nō posset ex hoc argui ali-
qua ieuitabilitas ex pte potētie specularis sed vt
michi videtur sūma ei9 posset iferri fragilitas ex
quo quibuscūq; mutationibus ⁊ mutabilibus cō
formaret sicut arūdo vēto mouet vñ cū potentiā
fragilē hoc loco exprimi9 illā arūdinē potētie ora
mur ⁊ ob hoc dn̄s p eze. ꝓphetā.29.c. sui libri pha
raonē regē egypti ꝓpter debilitatē sue potētie ba
culū arundineū appellauit ⁊ simile est ysa.36.c.si-
cut igitur mea voluntas esset fragilis potentie vt
arūdo si posset respectu sui voliti non esset volun-
tas ⁊ respectū oppositi ipsius voliti esset volūtas
pariter sequi michi videtur de voluntate diuina.s.
ꝙ nichil vel ea fragilius infirmius pōt intelligi si
mius si ipa potest vel quecūq; fragilis volūtas si
bi conformē efficere ⁊ non esset eius potētia inui-
cibilis sicut ea que ego supra obieci de scripturis
videtur pretēdere ymo nec oīa que obieci videtur
posse stare cū ista tua sentētia. RICARDUS
non ita delires vt deū velis negare hr̄e libertatē
cōtradictionis agēdi ad extra ⁊ ob hoc hāc pos-
sibilē conformationem volūtatis diuine cū rebus
euitabilibus etiā nō futuris que deus pōt efficere
te ⁊ facere esse futura nisi insanias negare nō po
tes ⁊ ideo coīter inuestigare cōpellimur qualiter
hoc tuū sophisma dissoluit licet ei9 dissolutio cla-
re luceat ex premissis qm̄ fragile dici nō pōt q̄cq̄
nisi actiue aut passiue actiue si facile illud vltima
te agenti possit resisti passiue si agēs in illud faci-
liter illud ledat quorū modorū neutro pōt diuina
voluntas fragilis vere dici qm̄ vt patuit mihi po
test sibi vltimate aut oīpotenter agēti resistere nec
ambigis ipossibilē deū esse quibus modis tua vo
luntas est fragilis ⁊ erat fragilis simpliciter ptās
illorū regū quorū superius meministi vt scriptura
eos baculo arūdineo merito cōparet rō hui9 est
clara qm̄ hmōi cōfirmationis prōptitudo ex om-
nipotentia prouenit aut ex infirmitate potētie ab
hoc.s.ꝙ illis inuitis potuit ipsorū volitū caueri ⁊
tuū te inuito similiter cōformabilitas autē seu prō
ptitudo cōformationis cognitionis diuine ⁊ etiā
sue potētie volitiue cūctis possibilibus sunt pri-
mordialiter prouenit ex oīpotentia diuine nature
seu ex magnitudine sue potētie q̄ exigit conforma
bilitatē eandē vt superiora ostēdunt ⁊ ob hoc ex
illa naturali ⁊ primordiali cōformabilitate nō fra
gilis vt blasphemas sed infringibilis ⁊ siue ama
bilis ⁊ inmutabilis esse cōuincitur qm̄ ꝙ res fa
ctibiles a suis creaturis quas creaturas de9 ita
instituit vt possent efficere multa que tm̄ non faci
ent si tales fierēt sibi auctori placerēt si sūmi acto
ris ⁊ bonitatis imēse cui nullū bonū poterit displi
cere ⁊ ꝙ res possibiles quarū possibilitatē ipse in
stituit pñt ab eo prescriri sicuti pñt p ei9 institutio-
nē effici ad artificis ptinet naturalē scientiā cūcta
cernētis sic ei nec speculū tale corporale ymagi-
nabile q̄le descripsim9 sic ꝙ esset ex formabilitate
naturali q̄buscūq; mutabilibus ⁊ mutatiōib9 fra
gile dici posset vt fabricas sed esset imutabilis ei9
potētia specularis vt dicim9 ⁊ inuīcibilis suo mō
si imutabilitatē aut vincibilitatē ei9 affirmaueris
quare.s.ꝙ ad rectitudinē ⁊ veritatē representatio
nis cognoscibiliū quorūcunq; ex quo nihil posset
efficere ꝙ distorte seu nō vere rē aliquā represēta
ret siue ostēderet in hoc speculo potes si libet tuā
fatuitatē in hac argumentatione cōspicere volo
tamen te acute aduertere ꝙ nō dicitur dīa volun-
tas inuincibilis ꝓpter istā cōformabilitatē rebus
possibilibus quibuscunq; per actus volitiuos cō
placētie seu approbationis licet tm̄ cū ei9 inuinci

deus ad extra libere agit libertate cōtradictionis.

bilitate stat ista cōformabilitas iuxta p̄missa sed
inuincibilis dicitur quia sic potest agere velle ad
extra ꝙ suum volitum nichil aliud potest cauere
aut vt sub aliis verbis eloquar inuincibilis dicit
diuina volitiua potentia quia ineuitabiliter om-
nibus creaturis agere potest pro voto ad extra.

Cap.21.

Que vero superius obieci
sti iuxta verba ipsa sensum veracem
non haberent tantū sed exprimunt.s.
qd nullus est qui voluntati diuine po
test resistere quia resistere sicut predi
xi vtrumq; simul posse esse supponit scz voluntatē
dei respectu alicuius ⁊ illud caueri sed quia non
imprudenter tibi videtur ꝙ nō solū hic sensus in-
telligendus est in illis locis scripture ⁊ sibi simili-
bus vbi pariter affirmatur ꝙ omnipotenti nichil
potest obsistere sed insuper tibi videtur ⁊ ratione
ꝙ inuincibilitas potentie diuine in talibus dictis
ostenditur nō tantum eius cōformitas ad res fa-
ctas seu fiendas alioquin congrue dici posset ꝙ
angelice voluntati beate nichil potest resistere ex
quo de facto sic est beata ꝙ nichil poterit facere
vt aliquid sit simul ab ea volitum ⁊ ab alio quo-
uis vitatum ⁊ deus posset tue voluntati infirme il
lud concedere scz ꝙ nichil preter deus posset fa-
cere vt aliquid simul esset a te volitum ⁊ tamē ab
alia creatura vitatum non tamen diceret scriptu-
ra de voluntate angelica aut de tua ꝙ tue volun
tati nemo resistere potest quoniā non semper ex il
lo sensu possum congrue inferre propositum ⁊ ob
hoc aliuz sensum in huiusmodi dictis artamur in
quirere non ita vt solam potentiam volitiuam in-
telligamus in talibus que potest vt iam diximus
propter eius omnipotentiam inomnipotēter sed
omnipotenter agere sed cum volitiua potētia ac
cipimus actum volitiuū diuinum effectū quo vult
rem aliquā ineuitabiliter fieri ineuitabiliter intel-
lige quo ad aduersantes quomodo voluit eā fie-
ri de quibus in auctoritatibus per te supra addu
ctis fit mētio sicut etiam vt est verisimile voluit io
seph exaltari in egypto vt hoc ipse pfecisset si q̄
aliī aduersariī seu emuli restitissent nec ꝓ beniuo-
lis est dictum illud ⁊ ideo frustra obicis ꝙ illa ex
altatio iosepha sua propria voluntate pendebat
et ꝙ eam ipse voluntarie poterat impedire sic fru
stra obicis de voluntate populi quo poterat suā
salutem cauere tamen non propter eos in eo casu
sit dictum non est qui possit resistere tue volunta-
ti sed propter aman emulum populi iudeorū illō
dictum pariter intelligis ꝙ de li.iob superius ob
iecisti nec minus ex hiis concluditur inuincibili-
tas diuine potentie quoniam sicut nec aduersan-
tes possunt diuinum volitum euitare sicut nec be
niuoli possent in casu eos cōtingente cō simili ita
vt nullus sit qui aduersans dei voluntati seu diui
no volito ineuitabiliter seu omnipotenter posset
eidem resistere capitulum aūt illud ad ro. ꝙ tu su-
perius 14.ca. obiecisti nostrum propositum nō in
firmat quoniam si libet clarescere tibi potest ꝙ il-
lud dictum voluntati enim eius quis resistet seu se
cundum aliam litteram quis resistit non est asser-
tum ab apostolo sed obiectum aut vice obiciētis
ab apostolo pro causa obiectus adductum ⁊ nō
impugnat nostrum propositum verum si dixerim9
sicut multis nō irrationabiliter visum ē ꝙ q̄uis a
postolus obiciendo illud potest tamē quia ipse si-
bi obiciendo dicit quid adhuc conqueritur deus
et pro causa adiungit volūtati enim eius quis re
sistit videtur illud mediū seu illam causam appro
bare quoniam videtur eam inducere tanq̄ vnum
principium si inq̄ ita dixerimus non infirmatur p
hoc quicquā nostri ꝓpositi quoniā sine verbo am
pliando ⁊ sine verbo possibilitatis de facto tantū
affirmat voluntati dei nichil resistere ꝙ nos verū
esse supra probauimus Si vero adhuc conaris
econtra astruere scz ꝙ apostolus ibi intelligit ꝙ
volūtati diuine nichil potest resistere vt ex hoc cō
cludat probabiliter ꝙ deus conqueri non potest
de induratione peccatorum q̄ ipse vult a te ipso
astruis preter textum ⁊ nichilominus magnam in
opiam scientie aut voluntatis prauitatem aposto
lo xpi ascribis quoniam si illud ibi intellexit ⁊ illō
nesciuit dissoluere primū ꝙ in scientia inops erat
si vero illud intellexit ibidem ⁊ sciuerat illud dis-
soluere nec dissoluit corinth. volebat inuoluere gra
tis mouens eis questionem ambiguam nolēs eā
dissoluere. In tota enim serie illi9 capituli ⁊ duo-
rum sequentiū que sunt de illa materia nichil peni
tus reperis dictum pro solutione illius obiectus
quā tu affirmas hic apostolū posuisse scz nūquid
diuine voluntati possit creatura resistere ita vt ob
durata possit penitere ⁊ consequenter saluari non
ergo intendebat apostolus nostram presentē que
stionem hoc loco tractare sed aliam scz nunquid
volūtas dei que aliquos iustificat ⁊ alios et equa
les indurat sit vituperabilis aut iniusta ꝙ hāc du
bitationem itelligat patet ex hoc ꝙ ratio eius ad
illud currit scilicet ꝙ figmentum suo factori non
habet dicere quare me finxisti sic ⁊ ꝙ figulus ha-
bet potestatem ex eodem luto facere vas vnum
in honorem et aliud in contumeliam hec enim re
sponsa apostoli oñdunt deum iustum in faciendo
homines ex massa peccatrice quosdā ad gaudiū
et alios ad penam seu interitum absq; increpatio
nis occasione iusta ⁊ absq; omni iniusticia aut ho
minis facti iniuria nisi igitur dixerimus apostolū
imprudenter ad aliam questionem respondisse q̄
ad illam quam ipse mouebat hoc loco obicere ꝙ
voluntas dei tui nunq̄ resistitur est vituperabilis
seu iniusta cum homines aliquos vult indurare ⁊
alios eis equales saluare sicuti iacob saluauit et
esau dampnauit ita ꝙ ad concludendum euitabi
litatem diuini voliti mouet obiectum ⁊ eum dissol
uit ostendens iusticiam diuine volūtatis in obdu
rando sicuti in saluando hoc enim dubium vide-
bat potius q̄ illud ꝙ tu fingis scilicet nunquid il
lud ꝙ de9 de facto vult fieri a creatura possit ca-
ueri hoc enim vt puto non putabat apostolus du
bium apud corinthios ipsos fuisse.

resistere posse voluntati diuine duo supponit.

an indurat resistāt volūtati dei

Cap.22.

Et tamen anteq̄ finem
sicut illius questionis q̄ ibi principa
liter intendebat scz nunquid promis-
sio dei in populum israel saluando ex
ciderit an non illud in quo ambigis
aut saltē te fingis ambigere plane expressit in .11.
ca. hoc sequente cum dicit ad saluatum ex genti-
bus ꝙ singularis non tamē radicē portas sed ra
dix te dicis ergo fracti sunt rami vt ego inbar vñ

Liber Decimussextus

propter incredulitatem fracti sunt rami tu aũt fide stas noli altum sapere sed time si enim deus naturalib⁹ ramis nõ pepercit ne forte nec parcat vide igitur bonitatem ⁊ seueritatem dei si permãseris in bonitate alioquin ⁊ tu excideris sicut ⁊ illi qui si non permanserint incredulitate inserẽtur potens enim est deus ita inserere illos vbi manifeste supponit iustificatos posse dampnari ⁊ non permanere in bonitate ⁊ incredulos posse non pmanere in incredulitate ⁊ posse iseri i obediẽtis.s. in ecclesiam electorum quod autem dicit alioqui tu excideris non aliter extat dictum ꝙ illud deleãtur de li. viuentium vt intelligamus hoc modo dictum vtrumq; ⁊ eis similia scꝫ ꝙ ita fiet vt nũꝙ ibi fuerint hoc est enim deleri seu excidi sicut non est ibi semper fuisse qui sẽsus exprimitur cum dicitur ad episcopum sardis ecclesie scio opera quia nomen habes ꝙ viuas ⁊ mortuus es esto vigilãs et confirma cetera que mortua erant non enim inuenio opera tua plena coram deo meo in mẽte ergo hoc est qualiter acceperis ⁊ audieris ⁊ sua ⁊ penitentiam age si aũt non vigilaueris veniam ad te sed habes pauca nomina in sardis qui non inquinauerunt vestimẽta sua ⁊ ambulabũt mecum in albis quia digni sunt qui vicerit sic vestietur vestib⁹ albis ⁊ non delebo nomen eius de libro vite vbi p non deleri semper ibi fuisse accipitur quoniam eẽ non potest ꝙ quisꝙ aliquando sit ibi scriptus ⁊ aliquando non scriptus ⁊ nichilominus ostenditur illi ꝙ ibi non scriptus potest scribi ⁊ ꝙ ibi script⁹ potest ibi non scriptus semper ⁊ esse quoniam illũ episcopum hortatur deus ad penitentiã ne vt fur veniens eum condempnet vnde constat deum supponere episcopum potuisse non penitere ⁊ sic nũꝙ scriptũ fuisse in libro vite qui tamen de facto erat inscriptus. Item alios scriptos i libro vite qui ante mortui erant ipsum confirmare hortatur vnde supponit eos ita de facto infirmos ꝙ poterãt cadere ⁊ dampnari ⁊ ita in libro vite nũꝙ fuisse nec promissio illa viuentibus facta magna esset nõ delebo ⁊c. si ipsi deleri non poterant ymo si acute apostoli verba attendas que obicis aperte clarescet ꝙ tam in deo ad saluandum ꝙ in figulo ad faciendum vasa contumeliosa atq; probrosa est cõtradictionis libertas quoniã dicit expresse ꝙ figmentum fingenti se non potest rationabiliter dicere conquerendo quid me finxisti sic eo ꝙ ipse figulus habet potestatem facere vasa in contumeliaꝫ et etiam in honorem volens per hoc innuere deũ talem potestatem habere de potestate contradictionis intelligens alioquin non per hoc ostenderet dei potentiã ãt iusticiam in eligendo de eadem massa peccatrice vnum alium reprobando in nullo sibi dissimilẽ sed ex hoc capite arguit diuinam iusticiam ꝙ vtrumq; illorum sine increpatione potest vnomodo aut aliomodo in esse producere sicut figulus p voto suo de luto diuersa vasa sic potest efficere et ob hoc siue vnomõ siue altero vas de luto efficiat figulus aut hominem deus de massa peccatrice nullus potest iustificationis causam habere nec aliam causam potest quisꝙ reperire Cur deus mundum aut aliam ꝙuis creaturam aliquando produxit ⁊ non ante nisi istam cõtradictionis liberrimã potestatem ita ꝙ ex hoc solo capitulo claret nostrum propositum si aliud p eo non esset in scripturis expressum ⁊ vt finem faciamus questioni presenti tu super accipe tibi dictum quod hoc cõsequitur tene ꝙ habes vt nemo accipias coronam tuam noli considerare ꝙ ineuitabiliter coronaberis sed poti⁹ fide tene ꝙ poteris coronam perdere vt alter eam accipiat ⁊ ob hoc tene ꝙ habes caritatis ⁊ gratie non dicas illud tibi ineuitabiliter allegari ne forte sic frustra ad tenendum illud te dei sapientia hortaretur et tu illõ propter culpam tue presumptionis amittas.

nota ꝗd sit deleri de libro vite seu excidi.

Explicit liber decimussextus.

Incipiunt capitula libri decimiseptimi.

IN decimoseptimo libro soluunt residua sex motiua tacta in decimoquito libro scꝫ de cooperatione diuina in actu meritorio de supportatione diuina immediata in omni opere creature de ineuitabilitate nostrorũ operum extrinsecorum de assertione scripture sacre p necessitate operum humanorum ⁊ de diuina prouidẽtia ⁊ probatur per singula ꝙ nullam ineuitabilitatem afferunt aut inferunt rebus humanis ⁊ habet. 31. capitula.

Primum capitulum obicit p ineuitabilitate operum ex cooperatione dei cum voluntate hũana in opere meritorio quã pbat multipliciter ex scriptura ⁊ etiam ex intrinseca rerum omnium sustentatione a deo quã ibi ostendit.

Secundum capitulum distiguit sex modos agendi dei.

Tertium capitulũ describit particulariter modum quo deus coagit volũtati humane ad productionem actus meritorij scilꝫ sicut virtus moralis assistit affirmans ꝙ deus non attingit in hoc modo agendi immediate ad actum productum a voluntate humana.

Quartum capitulum ostendit ꝙ virtus moralis non attingit immediate ad actum meritorium in agendo.

Quintum capitulũ obicit de trahentibus nauem ⁊ soluit ostendens ꝙ virtus moralis non ita voluntati humane coagit sicut trahens trahenti.

Sextum capitulum obicit ꝙ voluntas dei licet immediate attingit ad actum hoc modo agendi tamen non eum efficeret fortiorem ꝙ faceret sola voluntas ⁊ soluit ostẽdens ꝙ de- non ita coagit voluntati humane sed ꝙ actio talis si esset esset omnino superflua.

Septimum capitulum ostendit esse possibile ꝙ res vna sustentetur a pluribus et

non plene ab aliquo eorũdem sicut lumen sustentatur in medio a corpore luminoso ⁊ a suo subiecto adiciens ꝙ non propter hoc dicẽdum est deũ causam minutam siue diminutã cuiusꝙ.

Octauum capitulum distinguit duplicem creaturam scilicet fixam ⁊ fluidam ostẽdens ꝙ actio productiua fixe creature non est sufficienter supportatiua illius lꝫ actio creature fluide productiua illius sit satis sufficiẽter supportatiua illius.

Nonũ capitulũ ostẽdit actioneꝫ substentatiuam rei fixe a deo esse aliam ab actione dei creatiua illius.

Decimũ capitulum querit vnde possit probari res fixas intrinsecus substentari a deo obiciens ex hoc sequi eas continue generari seu fieri ⁊ etiam eas ob hoc esse minus perfectas et agentem deum minus perfecte operari ⁊ soluit ostendens ꝙ non propter hoc dici debent semper gigni.

Undecimum capitulum ostẽdit ex. 17. ca. actuum apostolorum et primo capitulo ad col. ⁊ ex vndecimo capitulo li. sapie ⁊ 48. ⁊ 34 ac 40. capitulis li. iob omnes creaturas intrinsece aut essentialiter in esse dependere a deo.

Duodecimũ capitulum ostendit ex natura actionis ꝙ agens omne simul est cum suo immediato effectu.

Decimũ tertiũ capitulũ ostendit ex conditione agentis necessarium esse vt omne agens sit simul cum suo immediato effectu.

Decimũ quartũ capitulũ ex possibilitate angelis actionis rerũ a deo infert ꝙ annichilans quia non agit annichilando eo ipso annichilauit substrahendo potentiam substentãtam intrinsecus.

Decimum quintum capitulum sex modos agendi dei recapitulans ostendit ordinem prioritatis ⁊ posterioritatis in illis modis respectu operis creature.

Decimum sextum capitulum introducit dubitationem de cooperatione dei immediata in omni actione agentis creati eam suadẽs a simili de generali supportatione ⁊ vltra inferẽs ꝙ est ineuitabilis creaturis et suus effectus similiter scilicet omnis actus a creatura pductus

Decimum septimum capituluꝫ supposita hmõi cooperatione dei in causa operis creature ostendit deũ sic non velle opari nisi creatura sic agat ⁊c.

Decimum octauum capitulum obicit cogitabile esse deum in omni opere humano ita coagere ꝙ ipse totum ⁊ totaliter actum efficeret si voluntas humana eum obmitteret sicut minister legis vellet euntem ad carcerem ire impellere si ipse itionem obmitteret.

Decimum nonum capituluꝫ soluit ostendens ex hoc modo agẽdi dei si ponatur sequi ꝙ in nobis sit naturalis contradictionis libertas vt nichilominus ratione experimẽtali ostẽdit deum non ita coagere.

Vicesimum capitulum ostendit multiplici ratione ⁊ clara ꝙ deus non ita coagit creaturis agentibus vt velit actus ipsarum ipsis nolentibus ex toto producere.

Vicesimum primum capitulum ostendit triplici ratione supposita ista cooperatione immediata dei cum creatura in omni actione ipsius ꝙ non propter illam dei cooperationem est aliqua ineuitabilitas in humanis operibus.

Vicesimum secundum capituluꝫ suadet nullam talem operationem dei immediatã esse in nostris operibus ne forte deo ascribatur peccati auctoritas.

Vicesimum tertium capitulum obicit idem posse ⁊ arguit ex actione sustentatiua dei respectu rerum ⁊ soluit ostendens quis mod⁹ agendi hoc malum ⁊ quis non de culpa ⁊ auctorizatione valet veraciter reprehendi.

Vicesimum quartum capituluꝫ iterum obicit de actu malo q̃ fluidus est ꝙ deus sit auctor eius in eo ꝙ malus ⁊ soluit ostẽdens cõtrarium.

Vicesimumquintum capitulum alia ratione ostendit seu suadet deum sic immediate cum agente creato humanos actus producere.

Vicesimum sextum capitulũ recolligit vnum argumentum ex omnibus prius tactis in. 16. ⁊ 17. libris de volũtate diuina ostendẽs ꝙ nõ efficit ineuitabilitatẽ in humanis electiuis operibus.

Vicesimum septimum capitulũ perstringit ⁊ eandem materiam sub eadẽ ratione.

Vicesimum octauum capituluꝫ ponit alium modum contra contingentiam futurorum scꝫ dicta sacre scripture ⁊ soluit ostendens in illis auctoritatibus cõtrarium debere intelligi.

Vicesimum nonum capitulum ponit octauum motiuum principale contra cõtingentiam futurorum scꝫ necessitatem seu ineuitabilitatem extrinsecorum operũ humanorum quã pbabili ratione suadet ⁊ similiter de actib⁹ nostris intrinsecis etiam per rationem ex octauo phisi.

Tricesimum capitulum soluit istud obiectum ostendens contrarium esse de intẽtione aristo. ⁊ non illud ꝙ sibi imponitur scꝫ ꝙ omnis muneratio presupponit munerationem priorẽ et etiam soluit vnam aliam rationem sumptam a similitate cause in actu ⁊ sui effectus.

Tricesimum primũ capitulum ponit nonũ motiuum de puidẽtia ⁊ dispositiõe diuina cõtra cõtingentiã futurorũ ⁊ illud dissolutis replicat obiciendo difficienter ⁊ soluit.

Primum capitulum.

ar ꝙ actus meritorius ineuitabiliter fit a deo ⁊ creatura.

IOHANNES Fateor michi ista sufficere p eneruatione mei tercij obiectus de volūtate diuina ex qua conatus sum frustra arguere ineuitabilitatem omniū actuū humanorū faciam⁹ igitur si placet nouum exordium ecce enim .4. vt dixi pro necessario euentu omnium futurorum hoc facere michi videtur ꝙ omnino actus meritorius fit a deo dicit enim xp̄s suis discipulis non vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquit᷑ in vobis mat. 4. vbi magis ascribit xp̄s actū locutionis meritorie spiritui sancto ꝙ̄ hominibus qui loquuntur ⁊ ad ro. vndecio dicit apostolus quis enim nouit sensum domī aut quis consiliarius eius fuit aut quis prior dedit illi ⁊ retribuetur ei quoniā ex ipso ⁊ in ipso ⁊ per ipsum facta sunt omnia prime ad cor. 15. habundātius omnibus alijs laboraui non aūt ego sed gratia dei mecū ⁊ multa sunt similia in scripturis que magis et prius ascribunt actum meritorium deo et gratie eius ꝙ̄ homini promerenti. Cum igitur actio dei non pendeat a creatura consequitur ꝙ actio dei producens actum meritorium hominis non pendet ab actione voluntatis humane sed est prior illa natura seu origine nec est dubiū ꝙ actio dei a creatura impediri non potest ⁊ maxime vbi actio dei est prior actione creature origine seu natura nec dependet ab ea ⁊ sic clarum videtur ꝙ actio dei respectu actus meritorii hominis ab homine impediri nō potest quia est prior actione hominis. Et actio dei ꝙ̄tum est ex se est ineuitabilis apud causas inferiores intelligo quia ineuitabiliter a prudentia diuina que non potest impediri procedit ergo actio dei in producendo actum meritorium est necessario ineuitabilis ⁊ per consequens eius quicunq; talis effectus est omnino ineuitabilis creature ⁊ multo magis quilibet alius act⁹ in mundo sic ineuitabiliter productus a deo. Et p consequēs omnis effectus similiter est necessari⁹ non contingēs. Item vt cum isto simul meū quitū motiuū exponā esse iuxta illud pretactum ad ro: vndecimo ex ipso ⁊ in ipso ⁊ per ipsum sunt omia et iuxta illud actuum. 17. de deo dictum Quis nō longe positus sit ab vno quoque nostrum in ipso enim viuimus mouemur ⁊ sumus. Et alia dicta similia in sacris scripturis videtur ꝙ omnis creatura non solum fit a deo agente extrinsecus sicut phi omnes dixerunt sed etiam ꝙ omnis creatura per ipsum presentem sibi intrinsecus sustentetur ne cadat in nichilum hoc enim videtur viuere et esse in ipso ⁊ hoc videtur esse per ipsum ⁊ in ipso cum igitur nec deus nec actio dei sit causa diminuta respectu sui effectus consequi videtur ꝙ deus seu actio eius sit causa sufficiens sustentans ꝙ̄libet creaturam quecunq; actio que sufficienter tenet creaturam in esse sufficit ad pductionē illius vbi gratia si dicatur lumē in medio productum a candela illuminante sustentari sufficiēter a lumine cādele ⁊ eius actione in medium sicut videtur phis rationabile ⁊ etiā ingenio naturali ita videtur dicendum ꝙ lumen candele ⁊ eius actio sufficiēter producit lumen in medio vnde consequi videtur ꝙ actio dei qua sustentat creaturam ipsam creaturā sufficienter pducit ⁊ sic nullomodo potest a creatura impediri sicut nec potest fieri a creatura nisi quatinus creatura dici potest instrumētum dei in agēdo vt videtur ⁊ vt clarius videatur ꝙ dico ecce actū voluntatis quē homines vocant liberum libertate contradictionis deus sufficienter sustētat per actionem eius in primo instanti esse ipsius ⁊ etiam tempore subsequenti et sicut dixi per eandem actionem qua actum in primo instanti sustentat ipsum actum sufficienter producit quoniā nisi actus tunc sustentaretur caderet in nichilum igitur per sustentationem ⁊ in primo ⁊ consequente continue veraciter fit ⁊ veraciter gignitur seu producitur. Si igitur hec actio dei sufficiēter posset primū ⁊ in primo instanti sui esse ad hunc actum agendum ⁊ tenendum ⁊ sustentandum ⁊ producendum pariter similiter sufficit hec actio dei ad primam istius actus productionem ⁊ ita si volūtas humana nollet seu non vellet actum illum elicere non minus fieret iste actus a deo illum actum sufficienter producente ⁊ sic sequitur ꝙ voluntas illum actum aut alium pari ratione non potest aliquatenus impedire nec dubium vt videtur ꝙ omne quod fit a voluntate rationali impediri non potest ineuitabiliter ⁊ necessario fit ex hoc phi omēs affirmant vnde videtur necessario consequi ꝙ oē qd fieret de necessitate eueniret

Cap. 2.

RICARDUS Difficilia sunt valde que obicis sed tamen vtriq; opinioni cōia qm̄ omnes communiter ponimus causas agentes preter primā iuxta vero deductionem tuam premissam nichil veraciter aliquid ageret nisi deus vnde cōmuniter compellimur responsionem inquirere ita vt non negemus entium actiones vt igitur ramorum vigorem plenius agnoscamus naturam radicitus primo expedit inscrutari igitur volo te acute aduertere ꝙ deus dicitur vt michi videtur agere creaturas vno modo creando aliquid proprie sicut in principio egit deus celum ⁊ terrā nullo eis presupposito nisi se ipso ⁊ hoc modo actionis legitur deum requieuisse die septimo ab omni opere ꝙ patrarat geñ. secūdo ca. nec ex tunc q̄ꝫ vt estimo ita egit ne esset primordialis īstitutio diminuta alio modo dicitur deus agere non creādo sed immediate ⁊ sufficienter tanꝙ̄ agens naturale faciendo presupponendo causam materialē seu subiectum in quod agit per quē modum agit seu fingit vt verbo vtar scripture animas hominū cum materia fuerit disposita per agentia naturalia vt per animam informetur cui actiōi subiectū presupponitur seu materia et potest dici sicut dixi in octauo libro huius hic modus agendi dei naturalis quodā modo qui quia ipse est constitutus in primā rerum origine ⁊ requisitus ad continuationem naturalem speciei naturalis scꝫ speciei humane licet libertate contradictionis sit liberrim⁹ et voluntarius quo ad deum sicut omnis actio est ad extra tertio modo dicitur de⁹ agere libere ita ꝙ non naturaliter modo predicto scꝫ non propter

multiplicit᷑ de⁹ dr̄ agere

suppletionem cursus naturalis primarij sed potius immediate per seipsū producēdo aliq̄ gratiose vltra aut preter cursum nature primitus institutum quomodo agit miracula multa maxime resuscitationem mortuorum vnde xp̄s dicit opera que ego facio testimonium perhibent de me quia pater me misit io. 5. ca. quomodo forte producuntur in nobis carismata gratiarum seu virtutes quas theologicas appellamus quomodo dicit apostolus ad gala. tertio ca. qui tribuit nobis spiritum ⁊ operatur virtutes in nobis Et prime ad cor. 12. hec autem omnia operatur vnus atq; idē spiritus Quarto modo agit deus cū voluntate agēte coagendo ad eūdem effectum precipue qui modus videtur facere difficultatem primā quā tāgis quo modo dicitur mr̄ vltimo profecti predicauerunt vbiq; domino cooperante vnde xp̄s dicit io. 15. sicut palmes non potest facere fructum a semetipso nisi manserit in vite sic nec vos nisi manseritis in me ego sum vitis ⁊ vos palmites qui manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructū multū quia sine me nichil potestis facere. Quinto modo agit de⁹ cōseruando ⁊ substentando aliquas causas p conseruatiuam influentiam naturalem ⁊ ob hoc dicitur agere effectus aliorum agentium vnde dictū puto quo ad auctoritatis secundam particulam hester. 13. Tu fecisti celum ⁊ terram ⁊ quicquid celi ambitu continetur sic enim deus facit omnē potentiam actiuam que celi ambitu continetur. Sexto modo deus agit omnia conseruando sustētando ordinando atq; disponēdo iuxta illud sap. octauo attingit enim a fine vsq; ad finem fortiter et disponit omnia suauiter de quo modo agendi accipiūt aliqui illud io. 5. ca. pater meus vsq; modo operatur ⁊ ego operor.

Cap. 3.

nota quō de⁹ agit actū meritorium.

MOdus vero quart⁹ agēdi predictus difficultatem tuam primā videtur facere qm̄ illo modo de⁹ agit actū meritorium ⁊ actum beatificum ⁊ etiam oē opus extrinsecum deo gratum mediatius tamen ꝙ̄ actum intrinsecum sic enim dicit apostolus ad phi. secundo ca. deus est enim qui operatur in nobis ⁊ velle ⁊ perficere pro bona voluntate nisi aūt et nos similiter hoc operaremur non diceret apostolus dum tempus habemus operemur bonū ad omēs ad gal. sexto nec xp̄s nos inuitaret ad operandum dicendo operamini nō cibum qui perit io. 7. ca. nec parabolam operantium i vinea nobis proposuisset mat. vigesimo vt operaremur attētius nec petrus diceret in omni gente qui timet deum et operatur iusticiam acceptus est illi actuum quarto nec data esset ob hoc scriptura vtriusq; testamenti pro magna parte continens exhortationes cōminationes promissiones ad bene operandum vnde liquide est tenendū ꝙ ⁊ nos actum bonum volentes agimus ⁊ deus similiter vna tamen est actio vtriusq; scꝫ actus productus qui nō alia actione ab eo distincta producitur sed immediate ipse actus voluntatis a voluntate procedit seu producitur tanꝙ̄ ab agente immediate virtutem applicante ad opus ⁊ eadem actio a deo procedit prout deus ē assistens anime tanꝙ̄ caritas vt multis doctis est visum aut sapientia aut prophetia aut bonum simile iuxta distinctionem apostoli prime ad cor. 12. velut a virtute habilitāte ⁊ fortificante voluntatē ad bene agendum vt placet quibusdem et michi autem tanꝙ̄ a virtute habitabilitāte ⁊ facilitāte tantum ipsam voluntatem vt agit vt virtus moralis a diuersis sic agere dicitur actū virtuosum cuius virtus actiua non immediate applicatur ad actum sed immediate disponit actiuam potentiam seu habilitat vt dixi cui dispositioni deus per modum quo ipse est caritas aut virtus supernaturalis aut sapientia intellectus consilium fortitudo scientia pietas aut timor aut aliqua virtus theologica sicut multis videtur debere de deo intelligi simile facit aut supplet quo ad actus illarum virtutum producendos ab intellectu seu voluntate nec deus attingit hoc modo actionis immediate ad actum seu effectum productum sed ad agens immediatum ipsius effectus puta intellectum āt voluntatem vnde patet ꝙ actione dei in hoc modo agendi respectu actus voluntatis meritorij nō est alia actio ꝙ̄ actio voluntatis sed est eadem scilꝫ ipse actus merendi ⁊ ideo non est prior nec posterior vt tu conaris accipere sed est ipsa actio creature ⁊ ob hoc actio dei pendet a creatura scilicet a voluntate et ab ea tanꝙ̄ ab appropriato agēte applicante virtutem suam productiuam ad agendum producitur ita ꝙ ex hac coactione dei cū voluntate nulla est maior necessitas in euentu seu pductione actus ꝙ̄ fit ex coactione virtutis moralis.

Cap. 4.

IOHANNES ostēde ꝙ in hoc modo agendi deus nō immediate attingit ad actū. RICARDUS. si virtus moralis seu prudentia que est etiam principium actiuum ⁊ agens respectu virtuose actionis immediate attingat ad actum virtuosum tunc uoluntas et eius dispositio agerent actum voluntarium tanꝙ̄ duo agētia disparata non habentia in hoc modo agendi ordinē secundum prius ⁊ posterius sed in ordine agentiū omnium ordinatorum ad productionem huius effectus vnum gradum tenerent ⁊ essent natura coeua sicut due candele coniuncte vnum lumē agētes aut due faces sub vna olla vnum calorē causantes in ordine agentium vnum gradum habēt non diuersum secundū prius ⁊ posterius sed sunt naturaliter in hoc modo agendi cause coeue ⁊ sic omnino consequitur ꝙ vnum agentium istorū non est dispositio alterius agentis quoniam dispositio et dispositum semper habent gradus distinctos in ordine agendi ⁊ nō sunt natura coeua. Item si sic in eodem gradu concurrerent cum dispositio illa non sit agens voluntarium sed naturale non dubium ipsa semper ageret siue uoluntas coageret siue non ⁊ ita homo in dormiendo haberet in uoluntate actiones uirtutum ⁊ etiam uiciorum ⁊ nobis inuitis bene ⁊ male uellemus quia nobis inuitis prudentia ⁊ morales virtutes ac vitia in nobis actus efficerent uoluntatis Et sic nobis inuitis mereremur ⁊ etiā moraliter peccaremus ⁊ alia infinita absurdissima sequerentur. Item secundum hoc pter coactionē uirtutis moralis seu intellectualis aut prudentie aut scientie actus esset intensior ꝙ̄ si equali conatu a sola fieret uoluntate ⁊ ipsa nō coagēte sed sequestrata quo ad actio

an prudētia effit actum moralem.

nem per dei potentiam aut alio modo esset volun
tatis actus remissio vnde clare consequeretur no
strum propositum scz q actus voluntatis saltem
quo ad illum gradum remissum non penderet ab
actione virtutis vt ineuitabilitatē acciperet nec p
consequens ineuitabilitatē assumeret ex simili co
actione dei ⁊ ita si dicatur p̄dicto modo deus co-
agere voluntati omnino cōsequitur q gradus a
ctus producti a voluntate effectus nullam ineui
tabilitem a dei cooperatione acquirit.

Cap. 5.

de⁹ ⁊ volūtas nō agūt inseparabilit'.

ET si forte dixeris q deus
et voluntas in hoc modo agendi in-
separabiliter agunt sicut duo trahen
tes nauem inseparabiliter trahūt seu
tractum efficiunt quorum neuter ali-
quā partem tractus per se solus efficeret istud sta
re non potest quoniam cum trahentes nauem vel
aliqd magnū pondus vt ponis tractū efficiunt vt
si alter solus traheret ⁊ pondus esset in duplo mi
nus aut si non esset impediens supra vires vnius
illorum duorum ille solus tractum minus fortem
efficeret igitur voluntate agente a deo siue virtu-
te coagente cum voluntas non impediretur ab a
liquo quin ageret ⁊ si non concurreret illa opera
tio seu coactio omnino sequitur q sola voluntas
actum sui conatus efficeret quoniā nullum nimis
vrgens impedimentum haberet ⁊ sic illud exem-
plum positum nichil valet ⁊ si forte dixeris actum
voluntatis non habere p̄tes qualitatiuas sed esse
formam indiuisibilem subiecto ⁊ forma sicut mul
ti ⁊ cōmuniter dicunt q nulla forma substātialis
aut accidentalis est diuisibilis qualitatiue sed sic
est indiuisibilis ⁊ ob hoc quando talis forma effi
citur a duobus tota efficitur ab vtroq non sicut
ego videor intelligere scz q vna candela agat vnū
lumen ⁊ alia lumē aliud ex quibus duobus lumi
nibus coniunctis fit vnum lumen quoniā hoc sup
posito procedere videretur ratio supradicta istud
non obuiat hijs q̄ diximus quoniā q̄uis non sint
in actu voluntatis nec in aliqua alia forma par-
tes qualitatum huiusmodi quales esse vident̄ cū
vna talis forma a duobus effecta nō fieret ab vno
ipsorum ita incēsa sed minus intēsa ⁊ ob hoc suf
ficit nostro proposito quoniā ex hoc clare conseq
tur q voluntas suum actum produceret siue de⁹
aut virtus moralis coageret siue non ⁊ per conse
quens q ipsa agat non est ineuitabile propter co
actionem de facto annexam sicut q vna candela
lumen crearet non impediret ab hoc q alia can-
dela illi coageret nec ineuitabilitatem agendi ab
alterius candele cooperatione contraheret. ⁊c.

Cap. 6.

coactio dei cum agēte creato

IOHANNES cur nō
possum hoc dicere q operatio dei in
productione magis intensum aut for
tiorem q̄ sola voluntas illum efficit ⁊
tamē ad actum productum immedia
te coagit. RICARDUS. quia sic esse posse ra
tio non permittit si enim propter cooperationem
immediatam dei aut virtutis moralis cum volun
tate non fit actus magis intensus vel fortior illa
cooperatio ad nichil est vtilis sed ad productio-
nem ipsius actus omnino superfluit, ymo quia su
perflua esse non potest omnino nulla cooperatio
talis existit si enim non roboret actum illa coope-
ratio ea posita seu remota qualis est actus ⁊ ita
ipsa respectu actus est omnino non causa actus
voluntatis quo ad productionem ipsius nullam
ineuitabilitatem actui illi adducit etiam si ponat
aduerte insuper hoc accute q si deus immediate
cooperaretur ad actum meritorium producendū
hic non ibi operaretur nisi finite ⁊ sic cogitabile
esset q potentia aliqua finita simul voluntati co-
existens posset vicē diuine cooperationis supple-
re quācūq vero creaturā cogitaueris in hoc ca-
su vice dei voluntati coagere Si vero roborat a-
ctum nichil efficeret vel coageret sed omnino esset
non causa actus producti quoniam ipsa posita
seu remota actus vnus ⁊ idem inuariatus omni-
no existeret ⁊ per hanc regulam didisci iuuentis
cognoscere in libro elenchorum non causam vt cau
sam ex istis vt puto satis aperte conuincitur q si
deus immediate produceret actum meritoriū co-
agendo voluntati per illam cooperationem act⁹
ipse esset intensior q̄ si a sola voluntate fieret ⁊ se-
quuntur absurditates predicte non ergo aplicat
deus uoluntatem suam uel uirtutem in hoc secū-
do genere actionis.

Cap. 7.

de mō agēdi p̄tutis vi̇e cū intellectu.

DE hoc modo operandi
dei scz quo coopat̄ uolūtati aut intel
lectui coassistendo illi uelut habitus
moralis aut sapiētialis puto illud in
telligi non enim uos estis qui loqui-
mini sed spiritus patris uestri qui loquitur in uo-
bis q̄stu supertus obiecisti ⁊ illud apostoli secun-
de ad cor. 12. an experimentum queritis eius qui
in me loquitur xp̄s ⁊ alia multa similia ita ut itel-
ligatur deus prius ⁊ principalius agēs q̄ uolun-
tas hominis aut actus intellectus ipsius sed ta-
men non minus uoluntati ascribitur tanq̄ cause
promerenti non deo quia uoluntas ut dixi suam
potentiam actiuam applicat ad productionem a
ctus nō autem deus difficultatem uero tuam se-
cundam uidetur facere. Sextus modus agendi
dei supra descriptus quo scz sustētat ad intra om
nes creaturas ut dicit apostolus de xp̄o loquens
ad col. primo capitulo omnia per ipsum ⁊ in ipso
facta sunt ⁊ ipse est ante omnes ⁊ omnia i ipso cō
stant ad ro. 11. simile dicit ut superius posuisti non
tamen hec est dei supportatio aut sustētatio ita ac
cipienda ut tollatur actio creature quoniā lumen
substentatur a suo subiecto quo substracto lumē
deficeret ⁊ nichilominus sustentatur gignitur ⁊ a
gitur a corpore luminoso non solum in primo suo
initio sed in omni mensura ipsius esse q ex hoc cō
stat q eque deficit lumen in quacūq mēsura sue
existētie substracto suo luminoso sic uero faceret
si substractum fuisset luminosum in prima sua ori
gine unde constat q quia pendet lumen in medio
a corpore luminoso pro omni mensura esse ipsius
ut sic loquar iuxta tuos philosophos cognitiōes
in intellectu pendent in esse a formis existentibus
in ymaginatiua aut i alia materiali uirtute ⁊ simi
liter pendent in esse nō dubium ab ipso intellectu
qui est subiectum earum diuerso tamen modo su
stentantur iste cognitiones speculatiue ab intelle
ctu in quo sunt ⁊ ab ymaginib⁹ extrinsecis a qb⁹

creantur ⁊ similiter lumen in medio aliter pendet
a medio aliter a corpore luminoso sine quorum in
neutro naturaliter potest existere et tamen a neu-
tro sufficienter existit non ab vtroq quia etiam est
a deo substētante nō tamen est alia dei actio vt esti
mas huiusmodi in illud lumen vt supradixi de a-
ctiōe quarti generis ⁊ alia actio luminosi sed vna
realiter indistincta ab ipso lumine qd ex sequēti de
ductione potes perpēdere quoniam si poneretur
distincta super illam actionem ex quo de nouo fa
cta esset reuerteretur questio per quā scilicet actio
nem esset facta et aut procederetur in infinitum qd
esse non potest aut aliqua actio producta esset et
non per aliquā actionem intelligo sibi coexistentē
et pari ratione standum videtur in prima actione
q illa non est producta per aliam actionem a se sz
a lumine in medio scilicet q illuminatio est lumen
in medio creatum ⁊ sustentatum a deo ⁊ a corpo-
re luminoso agente ⁊ a subiecto dyaphano quod
recipit illud lumen a nullo tamen eorum sufficien
ter simpliciter quoniam tunc alia omnia essent su
perflua sed a singulis tanq̄ a causa certi generis
seu modi ⁊ sic patet q non est vera estimatio quā
pretendit scilicet q deus sufficienter sustentat om
nem creaturam in esse intelligo q deus omnem
creaturam substentat sine substentatione natura-
lis agentis verum est tamen q actio dei substen-
tatiua siue substentificatio siue dicatur p̄prie actio
siue improprie sufficienter creaturam sustētat sed
non inde sufficiēter quia est a deo solo sed inde suf
ficienter quia est ab omnibus causis agentibus
sustentantibus creaturam sicut actio corporis lu
minosi sufficienter sustentat lumen creatum in me
dio non tamen inde sufficienter quia est actio lu-
minosi solius sed inde sufficienter quia est ab om-
nibus causis agentibus illam actionem sustentā
tem lumen creatum nec propter istud debes dice
re q deus est causa diminuta respectu alicuius ef
fectus vere hoc dicitur de naturaliter agentibus
quorum nullum habet potentiam sufficienter sim
pliciter aliquid producendi quia deus est semper
potentie infinite ⁊ semper simpliciter sufficiens a
gens ad omnem effectum qd constat ex creatura
rum productione primaria in qua deo omnino ni-
chil coegit ⁊ ob hoc nunq̄ dicitur apte deus re-
spectu alicuius causa efficiens diminuta nisi in-
telligendo q non sufficienter actū producit scili-
cet absq coactione agentis causati qui intellect⁹
satis est verus cauendum tamen est semper ali-
quid diminutū deo ascribere vt autē plenius acci
pias qd hoc dixi ecce accidentia panis ⁊ vini sub
stentantur et conseruantur a suis subiectis et ni-
chilominus conseruantur a deo substracto subie-
cto deciderent sicut quecunq alia accidentia ni-
si aliquid aliud ea conseruaret vice subiecti et ta-
men post verba consecrationis conseruantur a
deo vt credimus sed non a deo per actionem so-
lam inq̄tum huiusmodi quia prius ea conserua-
uit in suis subiectis alioquin illa sola conserua-
tio sine consecratione suffecisset ad ea conseruan
da subiectis substractis qd verum non est ideo cō
sequitur q deus aliter ea conseruat seu sustentat
post consecrationem q̄ antea conseruauit et sic
clare potes inspicere q actio dei communis con-
seruatiua rerum non est sufficiens inq̄tum est dei
solius conseruatiui ipsarum licet ipsa actio q̄tum
est ab omnibus suis causis sufficienter sustentet.

nota de sustētatiōe di ⁊ quō nō ē potētia diminuta

Cap. 8.

QUod vero consequē
ter existimas scilicet q omnis
actio que sufficienter creatu-
ram sustentat sufficienter eam
producit potest recte ⁊ distor
te intelligi quoniam creature
fixe scilicet subiectē ⁊ alie res
quarum esse non est semper in fieri ab agente ex-
trinseco aliter sustentari dicūtur q̄ res ille que in
se sunt actiones aut per actionem agentis extrin
seci cōseruātur in essendo de quarū numero sunt
lumen corporis peruij ⁊ actus voluntatis ⁊ intel
lectus ⁊ etiam motus quoniam hec creature flui
de ⁊ fluidas voco eas ⁊ quia earum existentia sic
indiget semper causa efficiente extrinseca post ea
rum productionem sicut in primaria productione
vere ⁊ proprie q̄tum michi videtur dicuntur sem
per dum sunt fieri gigni agi ⁊ produci quoniā cō
tinue esse earum actu pendet a causa actu eas ex
tra agente non autem dicuntur alie creature fixe
proprie post primum esse earum sic gigni seu pro-
duci quoniam ille non egent causa extrinseca eas
agente continue sed egent solo subiecto suo et di-
uina presentia substētante de qua accipitur illud
actuum 17. In ipso viuimus mouemur et sumus
et etiam illud ad Ro. 11. in ipso sunt omnia ⁊ illud
ad col. primo omnia in ipso constant ⁊ multa simi
lia vnde constat q de creaturis fixis verum nō est
illud qd ponis scilicet q omnis actio que eas suf-
ficienter sustentat eas sufficienter producit quo-
niam cum actione substentante eas exigitur actio
prima productiua earum ab agēte extrinseco nec
sit tibi cure siue ipsa actio modo sustentatiua pri-
us fuerat productiua scilicet procul ductiua pu-
ta deum esse ad ad esse siue non dum tamē modo
dicatur esse productiua cessante agente extrinse-
co sed conseruatiua tantum quia nunc non fit ab
agente producente a quo prius fiebat et ob hoc
non recte superius intulisti q actio dei sustentati-
ua talium creaturarum intelligēdo q̄tum ad hu
iusmodi sufficienter a principio producit quoniā
a principio oportuit aliud agens a deo concurre
re nisi deus eas creasset ⁊ tunc deus fuisset earū
causa agens a principio scilicet secundum q̄e pri-
mum modum a me supra scriptum q̄ prius ea in
modo agendi deus dici potest quodāmodo agēs
extrinsecum licet in sustentādo vere dicatur agēs
intrīsecum de creaturis autem fluidis puto ratio-
nabiliter dici posse q omnis actio sufficienter su-
stentatiua earum est sufficienter productiua earū
q̄tum michi videtur quoniam sicut filius seu ver
bum patris semper gignitur a patre et amor pa-
tris ⁊ filij scilicet spiritus sanctus semper proce-
dit seu spiratur a patre ⁊ filio sic que est creatura
sic fluida semper gignitur semper fit et semper p-
ducitur quoniam sic ex toto ita consequitue tem-
pore ⁊ fit sicut i prima eius origine sed actio dei su
stentatiua talis rei scilicet actus voluntatis seu
actus alterius huiusmodi in q̄tum dei est solum
intelligo non sufficit ad talem rem conseruan-
dam siue hoc quod agens extrinsecum illam su-
stentet et ideo nō recte intulisti superius i prouide

nota quō de⁹ p̄t dici agēs itrīsecū ⁊ extrinsecum

ꝙ sufficiēter a deo fiebat ī sua origīe nec moueat te qđ dico agens extrinsecum exigi ad actum intellectus aut voluntatis sustentandum cum tibi videatur voluntas etiam intellectus esse causa intrinseca sui actus quoniā nō debes dicere ꝙ volūtas est causa intrinseca sui actus cum suus actus sit effectus sibi intrinsecus ⁊ ab hoc nō est subiectū ecōuerso ītra actū sicut deus est ītra oēm rē ⁊ nichilominꝰ oīs res ē intra ipm seu in ipo iuxta anctoritates apli supradictas. Cōstat ergo ꝙ ex sustentatione siue supportatiōe rex a deo nō arguit aliq̄ necessitas seu ieuitabilitas rex voluntariarū magis q̄ꝫ si sustētarētur a sola volūtate ex quo substētatio seu actio dei substētatiua actus hmōi presupponit eius ꝓductiōez arbitraria volūtate nec inq̄ꝫtū ē actio substētatiua a deo sufficere poterat ad eius ꝓductionē primariam.

Cap. 9.

IOHANNES Distingue actionē di substētatiuā rei fixe ab actione dei ꝓductiua illiꝰ i principio sui eē ibi eni non vñr distigui ⁊ ꝑ ꝯñs nūq̄ꝫ distingūtur. RICARDUS an nō vidisti qualiter actio dei substentatiua talis rei distinguit ab actione ꝓductiua eiusdem rei qm̄ ipsa res a creatura ꝓducit qm̄ actio dei substētatiua eque ē in pria illiꝰ rei origīe ⁊ toto tēpore cōsequēti sed actio creature ꝓductiua illius nō ē nisi in pria origine aut saltē nō est eius actio in pria eius origine si dicerimus vt michi visum est ꝙ realiter ē vna actio in pria origīe rei actio dei ⁊ actio agētis extrinseci creature ꝓducte si hāc distictionem cōsideres clare potes attēdere siue ꝑpēdere ꝙ aliter res creata pēdet a deo ꝓducēte in prima eius origine ⁊ aliter tēpore cōsequēti de re fixa et nō erit opus tibi querere distinctionē actiōis dei ꝓductiue illius rei ⁊ actiōis cōseruatiue dei eiusdem q̄ q̄ꝫuis realiter vna affirmet dū tñ aliter fiat a deo distinctis mēsuris sufficiēter tollitur difficultas a te superius introducta.

actio dei sustētatiua distinguit a ꝓductiua.

Cap. 10.

IOHANNES Cur non possit intelligi res factas a nulla creatura vel causa intrinseca depēdere quoniam sic omnes philosophi intellexisse videntur dic. vnde possit probari ꝙ res facte a deo siue a diuia substātia simul cum eis cōtinue sustentātur quoniā per hoc videtur sequi ꝙ res fixe equales sunt angelis ⁊ omēs subiecte fieri continue ⁊ gigni sicut cōtinue dum sunt ille res quas fluidas vocamus gignuntur producūtur et fiunt quoniā hec supportatio rerum a deo videt earum factio seu gignitio alias enim nō video q̄d sit aliud q̄ꝫ conseruatio rei quasi in loco cur enim dici non possit ꝙ deus perfecto suo opere ita permittit illud per se existere ymo cur non reddit suū opus ita perfectum vt possit per se sufficienter existere sicut alius artifex suum opus ita perficit vt sine indigentia artificis per se ipsum perfectum remaneat vt sicut agens naturale sibi simile ita perfecte generat ꝙ generatum ita per se sine indigentia generatur perfecte existit sicut si deus generans esse dicatur omnino non video maxime cum perfectio actionis et modi agendi potius sit deo tribuenda q̄ꝫ cuiq̄ꝫ creature ⁊ videtur ꝙ actio ⁊ actum multo sunt nobiliora aut essent que a nullo dependerent in esse q̄ꝫ ea que dependent in esse ab alio substentante quoniam ex hoc dicunt ⁊ ꝓbant philosophi ꝙ substātia est nobilior accidēte quia accidēs a substātia in suo esse dependet ⁊ non dubium quin res ille quas fluidas superius appellasti eo sunt minus perfecte ceteris quia cōtinue pēdent in suo esse ab alio sustentante.

RICARDUS q̄ꝫuis substātia quecunq̄ꝫ substetetur a deo siue per hoc dicatur continue fieri siue non non tamen dicitur proprie gigni seu produci quoniam non dicitur gigni seu produci nisi illud quod sic fit ab alio quod tunc nouiter fieret si antea non fuisset sicut esse dixi superius de rebus fluidis michi enim videtur ꝙ ille res continue ita fiunt ꝙ continue de nouo fierent si antea non fuissent non autem sic fiunt res fixe vt supra ostendi et ob hoc q̄ꝫuis dicantur modo inexcogitabili continue fieri aut sustentari saltem a deo non tamen dicunt continue gigni seu produci igitur ex hoc non recte concludis sustentationem rerum fixarum a deo esse quasi solam cōseruationem localem quoniam habet incomparabiliter maiorem virtutem q̄ꝫuis gignitio seu productio ꝓprie dici nō possit.

nota ex quo substātia est nobilior accidente

Cap. 11.

QUod autem adicis te nō videre cur dicere nos oportz talē intrīsecam sustentationem rerū a deo forsitam est quia magis mentis oculum dirigis ad dicta philosophorūz quorum est cor insipiens obscuratum q̄ꝫ ad dicta veracium scripturarū quid enim est aliud illud pauli actuum.17. In ipso viuimus mouemur et sumꝰ q̄ꝫ ꝙ ab ipso inviuendo essendo ⁊ mouendo intrinsece depēdemus quē sensum verba eius ad col. satis ostendunt cum dicit omnia in ipso constant ꝑmittens omnia in ipso ⁊ per ipsum creata sunt vnde constantiam seu consistantiam omnium in ipso distinguit aperta primaria eorum productiō ab ipso tanq̄ꝫ in arte prima sunt creata non enim propter solam coexistentiam sunt hec dicta quoniam sic similiter diceremur viuere esse ⁊ moueri ī locis quibus locamur ⁊ etiam in nostris qualitatibꝰ et quantitatibus nobis coexistentibus ⁊ coextensis et in ipsis constare nisi forte dixeris causalitatem a principio ⁊ coexistentiam simul includi cum dicitur omnia in ipso constant aut in ipso sunt quas lis causalitas nulli alteri nobis coexistenti potest attribui et ideo non potest dici pariter de illis ꝙ nos in illis viuimus mouemur ⁊ sumus aut in illis consistimus sicut de deo veraciter ita asserimus sed illum sensum nō recipit hoc qđ dixit in ipso cōstāt nisi cum pluri quoniam alias si angelus esset causa efficiens cuiuscunq̄ꝫ creature sicut philosophi dicunt motores celestes esse ⁊ ipse angelus simul esset suo effectu producto sicut angelus tam bonus q̄ꝫ malus non dubium potest nobis coexistere diceretur congrue ꝙ res hec in angelo constaret qđ tamen verū non est vnde colligitur ꝙ hic modus loquendi ī ipo cōstant sustētationē actualem includit videtur hoc dici sapientie .11. q̄ꝫuis liber ipse non sit de canone scripturarum diligis ei omnia q̄ sunt ⁊ nichil odisti eorum q̄ fecisti nec ei odiēs aliq̄d cōtulisti aut fecisti quō pōt aliq̄d ma-

nere cum tu velles aut voluisses aut qđ a te vocatum non esset conseruaretur vbi ex serie verborūz colligitur ꝙ res per dei beniuolentiam permanēt et per eius vocationem conseruātur vnde cōstat ꝙ non eas extrinsece sicut phī dixerunt conseruat sed ꝑ hoc agit intrinsecus alioquin nō ad hoc exigeretur eius volūtas qm̄ ⁊ si nō vellet nichilominus cōseruarentur ⁊ in suis gradibus ꝑmanerēt si solū ⁊ motor primus eas cōseruaret sicut infra probabitur quādo ostēdetur ꝙ nichil agit immediate in remotū ab eo vnde aperte dñs virū suum iob arguit impossibilitatē ⁊ iustū iob.28.ca. ita loquens vbi eras quādo ponebā fundamēta terre indica michi si habes intelligētiā quis posuit mēsuras eius si nosti vel quis tetendit sup eam librā sup qua bases eius cōsolidate sunt aut quis dimisit lapidem angularē eius ⁊ infra nūquid tenuisti concutiēs extrema terre ⁊ excussisti impios ex ea vbi michi videtur ad litteram deum innuere ꝙ ipse est mollis terre basis seu substētamētū ⁊ locus āgularis lapidis substātātis ⁊ eiꝰ extrema ne diuidantur quasi ea cōcutiens vnde consequitur capitulo primo ⁊ sequēte ostēsa multiplici sapientia et ꝓuidētia dei in rebus mundanis ⁊ eax regimīe cōcludit in ca.4. ꝙ oīa sunt vestes dei ostñtia eiꝰ sublimitatem gloriā ⁊ decorē hoc modo si hēs baculum sicut deus ⁊ si voce simili tonas circūda tibi decorē ⁊ in sublime erigere et esto gloriosus et spōsis induere vestibus dispge supbos in furore tuo respiciens qđ omnē arrogantē humilia respice cunctos supbos ⁊ confunde eos ⁊ contere impios in loco suo absconde eos in puluere simul ⁊ facies eox demerges in foueā ⁊ ego cōfitebor ꝙ saluare te possit dextera tua ac si aperte diceretur non potes sic de creaturis agere ⁊ ob hoc nō habes brachiū scꝫ fortitudinē sicut deus qui ad ostēsionem decoris ⁊ sublimitatis ⁊ glorie huiꝰ creaturis oībus veluti vestibꝰ quibusdē quas deffert induitur ex quo cōstat ꝙ sua fortitudine intrinsecus cuncta supportat veluti vestimenta quā sentētiam ipse dauid ps.100. hoc modo expressit benedic anima mea dño dñe deus magnificatus es vehemēter cōfessionē ⁊ decorē induisti alia trāslatio habet gloriā ⁊ decorē indutus es amictus lumine sicut vestimēto extendēs celū sicut pellē q̄ tegis aquis supiora eius q̄ pōis nubē ascensum tuuz q̄ ambulas sup pēnas ventox alia translatio habet qui ponit nubē cursum suum q̄ ambulat sup pennas venti ecce quō deū magnificatū vehementer eius magnificentiam consequenter describens in hoc ꝙ gloriam ⁊ decorē et lumē veluti vestimēto indutus est ⁊ in hoc ꝙ nubes sunt defferentes eū voluit cursus intra se dñm suum et ꝙ sup ventos ambulat vnde constat ꝙ intrinsecus cuncta sustētat propter qđ michi dictum vr attingit a fine vsq̄ꝫ ad finē fortiter vt dixi supius ꝓpter quā sustētationē oīa sibi cōparata ipfectiora dñr q̄ꝫ accñs comparatū suo subō nō tñ recte ītelligis hāc depēdētiam eē ipfectionē simpliciter q̄ ē ꝑticipatio pfectionis sūme iuxta capacitatē rei depēdentis q̄ꝫuis sit impfecte in cōpatiōe ad illud a quo ē q̄ꝫto enim aliquid ē melius tāto magis sūmo bono ꝑticipat ipsum sustantāte intrinsecus q̄ꝫuis esset melius si non taliter ab alio dependeret quoniā tūc non dubium esset deus nec deus omnium artifex potest efficere vt opus eius ab illo non pendeat sicut supra obiecisti quoniā ipse deus omnium artifex ita suo operi imbibitur vt iterior sit illi q̄ꝫ opꝰ ipsum sibi aut aliquid eius aut etiā aliquid qđ poterit cogitari cum omne opus eius sit quasi ymo veraciter iuxta verba scripture predicta vestis eiꝰ glorie seu decoris nec recte existimas ad pefectionem agentis pertinere vt possit facere opus non ab eo dependens quoniā hec perfectio agenti qđ totum opus ex toto producit conuenire nō potest quoniā hec argueret eum impotentem .s. nō summe potentē.

ps describit dei magnificentiam

Cap. 12.

VT autem supposita fide non tantū xpiana sed iudaica de creatione omnium rerum a deo per rationem aliqualem tibi clareat ꝙ predixi dic quid interest inter creationē ⁊ naturalem productionem. IOHANNES. creatio nichil presupponit nisi agens naturalis ꝓductio subiectum presupponit. RICARDUS. an non potest agens agere in se sicut cum angelꝰ se cogitat ⁊ se amat actus cogitationis ⁊ dilectionis producit ⁊ est productio naturalis vt iam loq̄mur de naturali scꝫ que distinguitur contra creationem dūtaxat ⁊ sic huic actioni non presuponit aliquid nisi agens. IOHANNES. intellexi ꝙ creatio nichil presupponit preter agens in q̄ꝫtum agens hoc autem licet agens solum presupponatur tamen presupponitur tanq̄ꝫ subiectū ⁊ ob hoc dicitur illa actio naturaliter productio non creatio. RICARDUS igitur de annichilatione ⁊ corruptione vt puto ecōuerso sentis scꝫ ꝙ illa trāsit in nichil ⁊ illa in subiectū. IOHANNES. sic puto. RICARDUS. priorem aliquē annichilans non potest intelligi non esse in re tota annichilata vel annichilanda ⁊ per totam quoniā si extra eam aut intra aliquid eius esset ita ꝙ nō intra totam in partem illius in qua non esset non ageret nisi per medium quoniam recte cogitabile non est ꝙ potentia aliqua agat in remotum nisi per propinquum annichilatio vero rei intelligi non potest fieri per agēs medium finitum quoniā illud agens medium ex quo esset finitum non posset facere quicq̄ꝫ quo ad annichilationē sicut nec facere posset quoad creationem licet forte posset corrumpere igitur potentia annichilans seu annichilatiua saltem immediata ante annichilationem est in re tota annichilanda ita ꝙ illi rei ipsa potentia coexistit. IOHANNES. de agente potentie finite negare non possum quin non agat in remotum nisi per propinquum sed peto vt ostēdas hoc de agente potentie infinite si en ī sola voluntas agentis infiniti sufficit ad creationem ⁊ ꝑ consequens pariter sufficit ad annichilationem cum volūtas talis possit velle creare seu ānichilare vbi ipa nō est cur sic agere non possit habes ostēdere nos aūt velle possumꝰ ita agere ī distās sicut in cōiunctū q̄ꝫto magis videri pōt ꝙ potētia infinita velle sic possit ⁊ sic pōt sic velle pōt pficere qm̄ sola volūtas sua sibi sufficit ad omnē effectum cū sit oīpotēs. RICARDUS hic despis ascribēs volūtati potētie infinite ꝙ nō cōpetit nisi volūtati īfirme .s. velle agē īdistans ab ea hoc ei volūtati oīpotēti ꝯuenire ñ pt prio q̄dē hoc px ex nā actiōis qm̄ actio necessario depēdet a suo agente q̄ꝫdiu est actio quoniam sublato agentē

nota de creatione ⁊ annichilatione.

nulla actio remaneret nichil autem pendet realiter aut pendere potest in esse ab aliquo distāte ab ipso intelligo dependentia immediata quoniā intelligi potest sine repugnantia res quecunq₃ esse sublato quocunq₃ ab eo distante sicuti si esset ali⁹ mundus ab eo distans ab eo intelligo nō huic cōiunctus in quo diceret deus non habere repugnātiam posset intelligi ille mūdus manere isto ꝛ omnibus existentibus in ipso sublatis sicut sine repugnantia econuerso posset intelligi sc₃ ꝙ iste remanēret illo sublato. Constat igitur ꝙ eo ipso ꝙ volūtas aut aliqua potētia cogitabilis ageret vsq₃ immediate ꝙ esset simul cum actione seu cum acto si igitur potest aliqua posita immediate agere in remotum ab ea ꝛ per cōsequēs potētia omnipotēs sic agere velle non potest cum non possit velle facere ꝙ facere sibi repugnat quoniā sic facere frustra vellet vnde consequitur ꝙ non esset omnipotens. Cap.13.

HOc idem constat ex cōditione agentis quoniā agens non potest agere naturali actione immediate nisi sibi coniunctum siue fuerit finiti siue infiniti vigoris cum agens non possit naturali actione agere nisi aut vt volendo aut mouēdo localiter aut influendo aliquā formā impassum ꝙ autē moueat distans ab eo immediate localiter non video quomō possit intelligi quoniam si illud motum econuerso niteretur tamen nichil sibi resisteret econuerso moueretur vbi gratia si diceretur agēs hoc mouere immediate aliquid rome versus hanc partem si illud motum a se aut ab alio impellente niteretur aut tenderet vltra romā nichil illuc illum visum seu conatum impediret ꝛ sic posset econuerso moueri potentie infinite mouenti distanter pari modo de actione influētis quoniā influentia esset finita ex quo natura patiētis esset finita ꝛ sic si aliud agēs finitū quod ecōuerso posset resistere ecōtra influeret illam influētiam corrumperet cū nichil sibi obsisteret nisi forma cāta ab agente distante quam in illo passo reperiret sic ꝙ non videtur posse intelligi quomodo agens immediate in remotum suum actum deffenderet aut etiam sustineret ꝛ sic non potest apte intelligi quō agens naturale sic ageret vnde consequi videtur ꝙ nec agens voluntarium sic agere posset cum voluntas aut rationalitas addita potentie infinite nullam adiciat sibi maiorem agēdi potētiā sed mutat tantum modum agendi potentie naturalis non igitur potest agens voluntariū potētie infinite immediate agere in remotum. Cōstat igitur ꝙ creatio non potest fieri nisi a potētia simul existente cum creato in omni eius parte ꝛ ꝑ consequens nec annichilatio fieri pōt nisi ꝑ potētiam simplicē ante aūt nichilationē simul existentem cū re annichilanda ꝛ cū quacūq₃ ꝑte ipsius q̄ si posset tū hoc nō posset nisi ꝑ rōnē suā īfinitā sublata possibile seu īpossibile volūtate ab ipā potētia īfinita remanēte posita infinita q̄ naturaliter ageret eandem actionem consequeretur ꝙ agens naturale sic agere posset ꝛ ꝑ consequens econtra sequeret̄ ꝙ si nulla naturalis potētia excogitabilis potest aut posset si esset ageret immediate indistās ab ea ꝙ nec potētia aliqua excogitabilis rationalis sic agere potest ꝛ ob hoc phi omnes simpliciter necessarium esse dixerunt ꝙ in omni actione agens ꝛ actum seu mouens ꝛ motū sunt simul IOHANNES. negari non potest.

creatio non pōt fieri nisi a potētia existē̄ simul cū creato

Cap.14.

RICARDVS potētia tā fortis coexsis rei vt possit eā annichilare cum rē ipam annichilat agit aut nō agit ad extra itelligo. IOHANnes si dixero ꝙ agit stati iferres ꝙ aliqd ꝑter agēs ē̄t ibi remanebat qm̄ actio ad extra eē n̄ potest vbi nichil ē actū ymo nec ad itra actio sine acto valet itelligi ideo cōpellor fateri ꝙ ānichilās oīo nichil agit ī hoc ꝙ annichilat ꝛ sic si totū mūdum de⁹ q̄ primo creauerat iā in nichilū redigeret oīo nō ageret. RICARDVS recte vt estimo rn̄disti qm̄ oē agēs agit ī se aut ī aliud q̄ autē annichilat aliqd ꝙ sibi aña coexistit nō ob hoc agit ī se aut ī aliud nisi volūtatē forte egerit q̄ volūtas eēt imediatū annichilans nō potētia volitia secundū tuos phōs 14.metha.ꝛ 3.li.de aīa semp enī ī rōnali agēte appetitus est imediatū pricipiū actionis ꝛ certe sic q̄ri posset de alia volūtate rē aliam ānichilāte extrīsecā aut ageret iliā ānichilādo aut nō necessario reddit adhoc ꝙ ob hoc non agit oīo si igit̄ de⁹ ānichilando nō agat quō dicet aut itelligi pōt ꝙ destruit seu ānichilat hēs exprimere qm̄ destructio exītis neqt intelligi vt michi videt̄ nisi ꝛut agēdo aut substrahēdo actionē seu actiuā potētiā substantem sicut lumē ī medio corrumpitur nō ꝑ actionē in lumē ipm̄ aut ī eius subiectū sed ꝑ substractionē sui conseruātis seu veri⁹ efficiētis potētie veluti si subiectū forme actualis vel a qua substētatur ꝑ volūtatē se posset a substētatione ipsius forme substrahere forma accidētalis stati decideret ꝑ solā substractionē subiecti ipsum accn̄s sustētātis. Si vero ipo ī bō substracto accn̄s remaneret quō eēt ꝙ pri⁹ a sbō nullā depēdentiā habuisset ꝛ ecōuerso si ip₃ accn̄s a sbō nullaten⁹ depēdebat substracto sbō sine alia actione ipm̄ accn̄s illesū nichilomin⁹ remaneret sicut igit̄ accn̄s corrūpi diceret̄ āt ānichilari sine actiōe in ipm̄ āt suū sbm̄ si fieri posset substractio hmōi substantātis sic ꝛ nō alr̄ vr̄ res posse ānichilari a deo per solā substractionē cōseruatōis seu potētie cōseruātis ꝙ eē nō pōt nisi q₂ res ita vere ꝛ veri⁹ in suo eē nature depēderet a deo prīo ente eas supportāte seu substātante sicut accn̄s a subō suo dependet. IOHANNES. nescio in quo potero hanc rationē īpugnare ꝛ ob hoc eā libēs accipio

ānichillās aliqd quod ꝑus erat in se nō ꝑter ea agit i se

Cap.15.

RICARDVS accute ergo semp hos modos agēdi dei distinguas vt clare itelligas q̄ actio dei ē ꝑ ꝛeuta actiōi creature agētis ꝛ q̄ est simul natura ꝛ que actionem sequetur creature vt per hoc difficultates possibiles de rerum ineuitabilitate propter coactionem diuinā facilius possit absoluere quoniam actio primi modi qua de nichilo a principio cuncta creauit siue produxit precessit omnem actionem creature aut saltē causalitate seu origine actio dei secūdi gn̄is cōcurrit cū actione agētis naturaliter suppositū

hominis producētis quoniā ī prīo istāti hominis generati totum suppositum hominis producitur a virtute materiali que remansit in semine ꝛ a virtute diuina supplente illud quod agens materiale non potest vt ostendimus in libro octauo. actio dei tertij generis precedit actionē meritoriā creature sicut acquisitio virtutis moralis precedit operationem virtutis acquisite siue hominis agentis per virtutem actio dei quarti generis est vna vt dixi cum actione voluntatis quia vna actione dei deus non concurrit agendo tanq₃ virtus applicans se immediate ad actum sed per modum dispōnis ipsius agentis sicut virtus alia seu dispositio agentis nō alio modo concurrit actio dei de hoc modo vel genere precedit actionem creature quia semper causa creature agens recipit ꝛ retinet virtutem agendi actio dei sexti generis sequitur actionē creature vt talis est licet sit vna realiter quia conseruare est natura posterior q̄ producere. Cap.16.

IOHANNES Sex modos actionis dei in creaturis superi⁹ expressisti sed dici potest vnus modus esse qui modus inter omnes modos hanc questionem plus vrget quomodo potest dici ꝙ deus coagit omni agenti creato immediate ad omnem effectum producendum si enim deus creaturam sustentat interius seu conseruat simul cum conseruāte creato sicut superi⁹ ostendisti. Et hoc posui necessarium ad existentiā cuiuslibet creature sic pariter necessarium videtur ad productionem cuiuslibet creature ꝙ deus omnem creaturam productam non immediate ꝓducit simul cum producente creato cur enim dicēda sit conseruatio talis intra ꝛ talis ꝓductio non sit dicenda necessaria michi ratio non occurrit sic enim iste due correspondere recta ratione videntur sc₃ immediata conseruatio a deo ꝛ immediata producto sicut generalis cōseruatio quā philosophi deo ascribunt tanq₃ primo motori ꝛ generalis productio per influentiam generalē quā similiter ponūt phi ꝛ certe de hoc modo actionis vt michi videtur apte possunt illa adducta superius intelligi scilicet pater meus vsq₃ modo operatur et ego operor ꝛ omnia per ipsu₃ facta sunt sicut vel scribitur ysa. 26. capitu. omnia opera nostra domine operat⁹ es nobis ī vbi nullum opus nostrū excipitur sed quodlibet deo ascribitur hoc autem modo actionis dei supposito sequi videtur ꝙ nichil est euitabile voluntati create scilicet nullus actus ipsius quoniam cum actus ipsius voluntatis efficitur deus immediate illum producit sicut voluntas ipsum immediate producit non autem pendet hec actio dei ab actione voluntatis quoniam tunc actio volūtatis saltem causalitate seu originē prior esset ꝛ nō esset immediate respectu producti quoniam due imediate cause efficiētes rei vnius ordinem prioritatis et posterioritatis in actione non habent sicut tu etiam supposuisti superius ymo si voluntatis actio prior esset actione dei itaq₃ actio dei omnino nō esset nisi illa preesset actio dei penderet ab actione volūtatis ꝙ nimis videtur absurdum ꝛ per consequens econtra hec actio dei omnino non pendet ab actione voluntatis actio autem que nullo modo pendet a creatura impediri non potest quoniam econtra si a creatura posset illa actio impediri esse ipsius actionis ab illa creatura penderet consequitur ergo ꝙ illa actio dei a creatura impediri seu vitari nō potest et tamen illi actioni ineuitabiliter ꝛ necessario ac inseparabilit̄ sit ꝯiuncta respectu eiusdem effect⁹ actio voluntatis clare consequitur vt videtur ꝙ actio volūtatis impediri a creatura seu caueri nō posset ꝛ in isto consistit sextum motiuum principale qd̄ promisi obicere.

actio dei n̄ dependet a voluntate.

Cap.17.

RICARDVS. An iste modus quē conaris inducere probari valeat ex scriptura scilicet ꝙ deus immediate coagit omni agenti creatō sicut immediate sustentat creaturas seu conseruat cum substantante seu conseruāte creato negare non valeo nec temere affirmare cogitabile enim videbitur ita esse de actione sicut de cōseruatione licet rationem superiorem nostrā de conseruatione nō poteris applicare vt estimo ad productionem rei primariam igitur supponamus primo ꝙ dicis donec hoc infra tracteiur sc₃ deum immediate coagere omni agēti creato ꝛ videamus si ex hoc tua cōclusio sequatur. Ecce eī hoc posito constat ꝙ deus vellet sic agere si creatura non ageret vnde ante mundi constitutionem deus voluit sic agere pro tunc presenti intelligo. IOHANNES. hoc non possum negare quōniam ista actio dei vt dixi est insepabilis ab actione creature agentis ꝛ ob hoc si creatura nō ageret deus non sic ageret ꝛ si sic nō ageret nollet sic agere quoniā econtra si vellet sic cum sit omnipotens vt iam dixi sic ageret de velle pro presenti intelligo.

de⁹ ꝯcurrit immediate ad ꝓductiōnē cuiuscūq₃ rei.

Cap.18.

NIsi forte quis diceret ꝙ ad actiones quas vos contingentes voluntatis deus vult in omni tali actione nō solum agere creatura agente sed ꝙ vult etiā illum totum effectum producere si creatura vellet illum efficere vt sic quoquo modo sit causa ineuitabilitatis illius effectus licet nō sit causa actu agens illū effectū sicut iuxta exemplum tactum superius. Si quis tecum cōtinue in via incideret cum hac voluntate ꝛ potestate annexa ꝙ si tu non velles ire ipse te ad eum impelleret itio tua esset ineuitabiliter ꝛ per voluntatē illius tecū incedentis in via licet ille comes itineris tui itionis tue causa omnino nō foret nisi in q̄tum quisq₃ sic dicaret quid aliud dici posset nō video nisi ꝙ deus in ista actiōe non ageret nisi creatura agente ꝛ ageret ipsa agente. Cap.19.

RICARDVS multas transuersatiōes moliris ꝛ oēs n̄rm̄ fūdant ꝓpositū ecce eñi si de⁹ vult actū futur̄ volūtatis mee sic fore sicut describis comitē mei itieris mecū meū sic velle sic. s. ꝙ i eūs quē ego vellē actū illū ex toto me nō agēte s₃ solū patiēte efficeret ꝯn̄s ē ꝙ de⁹ ꝓscit me actū q̄ de facto sū actur⁹ posse nō agē alioqn neq₃ cū tali cōditiōe. s. me nolēte illū actū efficē ille vellet ip₃ efficere sicut ne cōes itieris mei sic vellet nisi ꝓ firmo in suo iudicio gn̄et ꝙ ego possū actū ābulationis quem sū facturus obmittere ex quo ad me in-

euitabilitas actus ipsius consequitur scilicet ꝙ ego possum illum obmittere aut saltē nō agere ⁊ iterū sequitur et de ꝯtinuatione ābulatiōis illud idē scilicet ꝙ quicūq prudēter sic agēs vt vōis p̄fatū comitē mei itiner velle estimat me posse actum continuande ambulationis dimittere alioquin superuacue satageret mecum ire ob hoc vt me impelleret si ego desisterem nisi forte minus questionaliter adhuc ecōtra velles astruere ꝙ nullus prudenter ob causam p̄missam mecum ambulans aut simpliciter me posse ambulationē obmittere estiat sed ideo mecū vult ire vt me impellat si ego desistero quia dubitat an velim vel possim desistere ob hoc scilicet ꝙ dubitat an deus me cessare voluerit quo si volente ineuitabiliter ego cessabo ꝙ si dixeris conscientia tua conuiceris quoniā vt nosti iudices israelitici prudentes de mundo preteriti ac presentes nichil penitus de isto articulo cogitantes sic egerunt ⁊ posuerūt custodes carceruz ne vincti effugerent nullatenus dubitantes quin soluti a vinculis possent effugere sed veraciter estimantes ꝙ ipsi euaderent et p tortores eos miserunt ⁊ mittunt ad carceres vt illuc ire impellerent si ipsi voluntarie ire nollent et tu si prius duos pro vno negocio consumādo trāsmittis ob hoc vt vnus illud peragat si forte alter noluerit absq hoc ꝙ de tuo sophismate p̄nte consideres scilicet nunquid effectus omnes tibi famulantium sit omnino ineuitabiles ymo expressuz habes in sensu et in facto ꝙ eorum sint eis euitabiles actiones.

Cap.20.

O Sapientia excolēda sciētis scripturas ꝓpheticas ⁊ diuinas astruere reges ⁊ principes constipari militibus ad suam custodiam non quia supponūt ꝙ hostes superne mētis velint ⁊ possint eis nocere sed vt muniantur p suos contra deum si forte ieuētum quo aduersantes homines noluit cum venirent eis nocere deus hostes impellat vt eos occidāt maritos custodiā suis adhibere vxoribus non quia supponunt ꝙ adulter possit cum venerit vxore nolente cum ea cōcūbere sed quia timet ne adultero volente concūbere deus ad concubitum adulterum velit impellere leges hūanas penas statuere ne supponētes ꝙ homines possent scelerate viuere sed quia dubitant ne hominibus peccare nolētibus deus scelera cuncta per se ipsum immediate efficiat nō est hec sapientia desursum descendens sed animalis dyabolica ⁊ terrena scilicet ꝙ deus cuilibet scelerate agenti ita assistit vt si ipse scelus vellet obmittere et penitere dominus per se ipsum factum quodcūq tale turpe efficeret ꝙ si etiam dixeris conuinceris ex scriptura dicēte ergo sto ad hostium ⁊ pulso si quis audierit vocem meam ⁊ aperuerit michi ianuam intrabo ad eum ⁊ cenabo cum ipso ⁊ ipse mecum apoc.3. An non aperit xp̄o hostiū cordis qui de committēdo maleficio cordis respicit xp̄s igitur ad talem intrat ⁊ vult ipsum a nephando opere cohibere vnde sequitur ꝙ non vult illud per ipsum hominem eo nolente peragere quicqd igitur de bonis affirmari posset de malis operibus a quibus deus vult semper nolentem trahere perniciosissime atq in fidelissime extat dictumq deus sic operanti assistit vt si ipse velit maleficium sum

deus nō pōt pse efficere scelus.

peragere deus ad aliud ipsum īpellat xp̄iana qd enim in religione dementius dici posset nemo igit cultor vnius dei omnipotentis audebit hoc dicere ꝙ si christianus hoc dixerit non solum rationibus suprascriptis sed etiam ex sacris scripturis refellitur presumptio causa nephanda cum quasi per omnes paginas sacrescripture deus multa hominum opera detestatur affirmans ꝙ non vult ea fieri nec ei placet vt fiant ipse enim odit omnē viā iniquitatis ⁊ omnes operantes iniquitates ⁊ omnes operantes iniquitatē sicut exprimit sacer.ps. et zacha.octauo vnusquisq malum contra amicum suum ne cogitetis ⁊ iuramentum mendax ne diligatis omnia hec enim odiuit anima mea ⁊ apoca.secundo ego odio facta nicolaitarum in quibus ⁊ similibus que frustra nimis p articulo isto adducent manifeste deducit ꝙ deus nō vult opera facere per se ipsum ⁊ si creatura nolit ea agere ex quo ipse ea reprobat ⁊ sibi displicere affirmat sicut nec aliquis prudēs homo vellet tale quid facere in euentum quod alius nō ageret si ipse illud ab alio fieri omnino nollet ⁊ ibi cum suo opere displicet ratio etiam preter predictas hoc manifeste affirmat ꝙ hec voluntas dei sit modificata aut est respectu voluntatis futurorum aut est respectu actuum possibilium solum non futurorum non vales deffendere ꝙ si respectu non futurorum quia cū voluntas illos actus non futuros nolit producere consequens est ꝙ deus actus non futuros produceret ꝙ cōtradictionem includit nec vales tueri ꝙ hec voluntas dei est respectu actuum futurorum respectu voluntatis humane quoniā sibi hec diuina voluntas esset omnino superflua quia nūq secundum te posset in actum quoniam non potest voluntas humana secundū te suos actus futuros nolle producere ex quo ieuitabiliter seu necessario eos producet non igitur potest hec diuina voluntas quando vult hmōi actus producere si voluntas eos nolit producere habere effectū sed esset superflua ꝙ si sis fidelis de diuina voluntate non audes astruere non igitur in nostro proposito oportet adicere illo modo scilicet ꝙ deus vellet actus humanos per se ipsum ex toto efficere si nos agere nolemus eosdem quoniam hoc preter hoc ꝙ est omnino absurdum et esset nimis superfluum quia si deus tales actus efficeret tūc actus illi nostre actiones non essent sed superflue passiones dumtaxat quia ad nichil essent apti aut vtiles siue essent similes bonis nostris actibus siue in aliis ex quo a voluntate nostra non autem loquimur de ineuitabilitate actuum nostrorum scilicet an nos ineuitabiliter actus nostros efficimus an non possint per diuinam potentiam esse ineuitabiles passiones in nobis ⁊ ob hoc quo ad nostrum propositum seruire possumus affirmare ꝙ huiusmodi actus nostros deus non ageret nisi nos ageremus eosdem recte igitur absq huius modificatione superius respondisti. JOHANNES. Nō michi displicet ꝙ ī hoc dubitare me finxi perge vlterius quia fateor ꝙ deus actus creaturarum non ageret nisi eosdem ageret creatura.

nobis nolētibus an deus possit ꝓducere actum in nobis.

Capitulum vicesimū primū.

RICARDUS. Rectissime iudicasti hec igitur actio dei est ex quadam quasi pactione infrāgibili ⁊ necessaria apud deum scilicet ꝙ si creatura agit ipse agit ⁊ si creatura aget ipse aget non alias sicut vt secundum te loquar econtra si deus sic agit creatura sic agit ⁊ si deus sic aget creatura sic aget non alias. JOHANNES. sic est sed quotendis nescio. RICARDUS. aufer interioris oculi caliginē ⁊ videbis ecce enim ex hoc immediate deducto cōsequitur ꝙ actio ista dei nō videtur causa efficiens actionis creature nec ecōtra intelligo inquantum huius sunt quoniā si altera earum efficiens causa esset alterius illa que vera causa esset non sic penderet ab alia ꝙ sine illa esse non posset saltem per potentiam infinitam cum vere efficiens nunq pendeat in esse a suo effectu si igitur actio dei hmōi vere est efficiēs causa actionis creature sequitur ꝙ non pendet in esse ab ea et non sunt inseparabiles vt dixisti si ecōtra actio creature est causa efficiens actionis dei tunc non depēdet ab alia quā efficit sed potest separari ab ea sicut illuminatio aeris separari potest a calefaciente simul effecta cuz sole in aere sicut aliq phi opinantur ⁊ iterum separabilitatem earum oportet concedere ⁊ propter hoc clare cōsequitur nostrum propositum scilicet ꝙ hec actio creature nullā ab ipso posteriori suo effectu scilicet coactione diuina ineuitabilitatem accipiet cum tamen ineuitabilitatis causa non possit esse a suo effectu si vero neutra actio sit efficiēs cum alterius aut si sunt actio vna realiter neutra alteri ineuitabilitatem adducit sicut nec in aliquibus aliis coeuis in tempore quorum nullum est causa alterius potest vnum alteri ineuitabilitatem adducere nec aliquid potest ineuitabilitatis proprie esse causa ꝙ enim aliquid reddat aliud ineuitabile ꝙ non est causa illius effectiua nec esse potest non potest intelligi quoniā ineuitabilitas alicuius effectus non potest intelligi fieri siue esse nisi propter aliquā causam efficiētem necessario illū effectum aut propter aliq causam primā preparatam ad productionez illius effectus si alia causa non ageret iuxta exemplū de voluntate impellēte supra tactum quod hic locū non habet vt patuit. Aduerte hoc insuper ꝙ ineuitabilitas seu necessitas alicuius futuri effectus non potest intelligi nisi propter hoc ꝙ causa aliq in actu aut in potētia vna aut plures respectu huius effectus posita ante istum effectum tempore vel instāti ineuitabiliter infert illum effectum quoniam tolle omnem causam priorem inferentem necessario illius effectus euentum non est vnde possit eius ineuitabilitas inueniri aut eius futura necessitas quoniā de ineuitabilitate loquimur futurorum igitur propter actionem seu operationem dei que actio simul est in tempore cum actione nature create est alia causa precedens ineuitabilitatis rerum arguens eam seu efficiens aut nulla ineuitabilitatis seu necessitas est in eis ⁊ sic ex cooperatione dei nichil aliud habueris ineuitabilitatem frustra conaris astruere quoniam si neutra actio sit precedens causa alterius sicut vna infert ineuitabilitatem alterius ex quo sunt simpliciter

Efficiens nō pēdet a suo effectu

vn̄ ꝓcedit ineuitabilitas alicuius effectus.

inseparabiles sic ecōtra altera infert ineuitabilitatem illius ⁊ sic oportet earum causas ineuitabilitatis aliam causam inquirere q vnam illaruz attende insuper ꝙ posita ista cooperatione diuina in omni actione agentis creati nisi propter eā sit effectus ineuitabilitatis nisi quia ipsa diuina coactio etiā extat simpliciter ineuitabilis creature nec ineuitabilitas huius cooperationis diuine alia extat tanq diuina voluntas ⁊ quicquid est sufficiens causa cause est cā sui causati vnde consequitur ꝙ voluntas dei causa est ieuitabilitatis voluntatis effectus humani cuius cōtrariū superius est ostensum vnde sequitur ecōtrario si diuina voluntas nullam in actu voluntatis ineuitabilitatem efficiat cooperatio illius voluntatis diuine nullam ineuitabilitatem in actu voluntatis inducat aliam etiā huius rei rationē perspicuā potes attendere quoniam sicut deus vult actum nostre voluntatis libere debere a voluntate produci ita consequēs est si illum ipse coagat nostre voluntati ꝙ illam actionem vult a se solum fieri ī casu quo voluntas nostra vult actum suum producere vt predixi sicut est de multis que per seipsum aut angelos efficit s. ꝙ si non libera voluntas humana precessisset ipse ea nullatenus effecisset sicut de electione nostrorum parētum de paradiso pro suis peccatis de punitione serpentis propter eius tēptationem de diluuio propter peccata malorum de subuersione ciuitatum propter inhabitantiuz piacula de conuersione vxoris loth scōm corpus in statuam salis propter retrorsum aspectū de statione solis propter orationem liberam iosue primaz de occisione populi propter electionem dauid de occisione quinquagenriorum populi ad orationē helye ⁊ aliis huiusmodi innumerabilibus in scriptura si igitur hec que deus per seipsum aut āgelos suos ex toto efficit non fecisset nisi voluntas nr̄a precessisset quanto magis actum voluntatis nostre non ageret nisi voluntas nostra illum efficeret ꝙ insuper iam supra ostendimus si enim in casu in quo volūtas nostra non ageret seu nollet agere actuz eius deus nichilominus vellet efficere esset similiter cōtrarius volendo actum illū nostrum esse et tamen non a nobis fieri non igitur propter cooperationez dei est aliqua ineuitabilitas in nostris operibus nisi nostra volūtas efficiat ꝙ nullus affirmat nec rationabiliter affirmare potest sic ī.15.⁊ 16. libris est ostēsum.

volūtas diuina nō inducit aliq ineuitabilitatē in volūtate hūana

Cap.22.

HUnc videamus nūquid deus coagat immediate applicando virtutem suam ad productionē cuiuslibet creature si enim ista diximus tunc dicemus deum immediate agērē omnes voluntatis actus peruersos atq dampnabiles ⁊ rationem reddere compellimur. Qualiter deus non est actor peccati et ita reprehensibilis propter actus huius mali productionem sicut voluntas si enim diximus voluntatē non solum esse causam actus sed etiā esse causam difformitatis seu peccati in actu quia voluntas habet preceptum non faciendi huius quale preceptum deus causatq substantiā actus tamē nō est actor peccati sicut voluntas. Item cogemur ostendere qualiter ratio summa apud deum que dicat tales

actus fieri non debere non ita habet apud deum vigorem trahendi aut saltem obligandi retrahere a productione huiusmodi actuum peruersorum sicut prohibitio habet penes voluntatem quoniā multi sunt actus dāpnabiles quia contra rationē naturalem quā rationem apo. ad ro. 2. c. legē naturalem appellat scriptam in cordibus nulla super illis prohibitione accepta que ratio incomparabiliter viget clarius apud deum ꝙ penes voluntatem humanam cur igitur respectu talium productorum immediate a deo deus non solum dicatur auctor quo ad substātiā actuū sed quo ad defformitatem que fuerit contra summe sapientie rationē sicut voluntas humana assertur adhuc habemus exprimere qua ratione receptionis actuum in voluntate dicere non valemus volūtatem esse cām defformitatis earū cū causans huiusmodi actum defformem in nullo magis dici debeat peccator ⁊ auctor peccati ꝙ ille in quo actus causatur cum ex duplici capite talis de malo possit cōuinci. s. ⁊ quia malum facit ⁊ quia alium ad malū perpetrandum impellit ⁊ si dixerimus voluntatem non deum mereri per actum suum vel bonum per consequens dicere valemus ⁊ debemus voluntatem nō deum demeri bene est dictum sed non tollitur ratio supradicta ꝙ inuestigare cōpellimur quo modo deus in productione huius actus non meretur aut saltem quomodo non est laudandus ex quo libere contradictionis imediate bonū ⁊ laudabilē actū agit si enim angelus aut alia creatura alicui voluntati quo ad bonū ⁊ malum ita coageret ita laudabilis pro bono opere ⁊ vituperabilis pro malo opere redderetur sicut volūtas cur igitur deus hanc eandem regulam non subeat nō videtur si ipse sic in omni opere voluntati coagat nisi forte dixerimus ꝙ hec diuina coopatio est naturalis āt ꝙsi naturalis licet sit sibi liberrima libertate contradictionis quia ex institutione primaria generali ad productionem creature cuiuscunq̄ necessarie. Et ideo ratione illius auctor nunq̄ est vituperabilis nec angelus est vituperabilis in casu in quo naturaliter ita alicui coageret ⁊ tunc adhuc cogimur declarare qualiter angelus vituperabilis in hoc casu non esset si cum hoc ꝙ naturaliter modo predicto voluntati peruerse ita coageret etiā libere libertate cōtradictionis illud faceret sicut de deo hoc ponitur vbi finaliter videretur esse dicendum ꝙ si angelus vtroq̄ modo ageret expletio cursus naturalis primarij licet libera voluntas concurreret a peccato angelum excusaret sed an istud stare possit non audeo affirmare. quoniam videtur simpliciter melius talia mala non fieri que rerum ordinem turbant cuiusmodi sunt omnia ⁊ sola peccata ꝙ ea fieri nec ea fieri videtur necessarium institutioni primarie licet necessarium videatur institutioni primarie posse ea fieri que institutio voluntatem creature liberam exigebat de libertate contradictionis intelligo ⁊ ob qualiter agens libere excusatur non satis apparet ꝙ cursus naturalis expletio non excusat quin potius eā turbatio ordinis naturalis accusat q̄m non dubium quin contra cursū nature sit esse peccatum cum naturā vniuersi in parte viciet ⁊ corrumpat. vnde videtur ꝙ si angelus voluntarie voluntati peruerse coageret ipse peccaret ⁊ esset auctor peccati ⁊ pariter de deo videtur posse concludi.

Quis deus pducat actū meritorium nōtū meretur.

Cap. 23.

IOHANNES hec difficultas exurgit de oppositiōe Sexti modi predicti sicut de opere huiusāt quoniā ita poterimus eū arguere reum commissi criminis qui illud approbat sicut ⁊ illum qui illud efficit approbat autem deus secundū te oē ꝙ in mundo existit ex quo illō per seipsum immediate sustinet ⁊ conseruat q̄ aūt supportat, ⁊ conseruat actum peruersum ille ipsū approbare conuincitur vt michi videtur dic igitur cur deus non est peccator ⁊ auctor peccati ex quo omnia maleficia ita per seipsum ⁊ immediate conseruat seu sustentat si enim angelus actus peruersos libere taliter sustentaret approbando eos criminis ⁊ maleficij actor esset si tua ratio locum habet aut si illud de approbāte actus peruersos non sequitur ꝙto magis nec de producente actus sequi videtur. RICARDUS Nō pariter posset hoc argui de producente ⁊ de supportante q̄m subiectū non dicitur peccare aut auctorizare peccatum quia subiectum peccatū sustētat vnde nec voluntas dicitur peccare quia actum peruersum sustentat per modū subiecti nec sic sustentare est approbare quia sic sustentare est actio naturalis non voluntaria si actio debeat appellari ⁊ proptᵉ actionem naturalem nunq̄ dicitur quisq̄ peccare siue autem deus siue creatura res factas obseruando tamen sustentat non propter hoc approbat res ipsas sed approbatio oīs est actus voluntarius non naturalis ecōtra vero voluntas actiue cōtinuans actum malum peccat ⁊ ideo de illa conseruatione que est vera actus genitio vt supra ostendi de rebus fluidis quarum esse est semper infirmū ratio tua bene cōcludit ꝙ sic ꝯseruās actum illum malum approbat ⁊ sic est auctor peccati qualem sustentationem seu cōseruationē seu approbationem respectu actus mali de deo non probas siue dicatur approbare malum qui malus est quo ad actus substantiā vt placet aliquibus sic non dicatur approbare seu auctorizare actum q̄ malus est quo ad eius substātiā nisi improprie ꝙ michi fateor magis placere sicut supra in responsione cuiusdā tui obiectus ostendi sic igitur patet ꝙ sustentationē rerum que dicūtur peccata a deo non potes simili argumentatione concludere deum esse auctorem peccati sicut ego per hoc ꝙ ponitur deus agere ⁊ producere immediate hmōi actus illuc deduci

Licz deus actū malum cōseruet nō ꝓpterea dī peccare.

Cap. 24.

IOHANNES. Actus peruersus voluntatis humane est de rebus fluidis siue non fixis sicut supra tractaui ⁊ per cōsequens continue est infieri vnde consequitur ꝙ deus talem actum continue producit seu facit ⁊ redit ratio supradicta ꝙ deus est auctor illius. RICARDUS superius de hoc tibi respondi quia ꝙuis in primo instāti esse actus huiusmodi conseruetur a deo tamen prius causaliter producitur modo quo tu conaris accipere licet a deo ⁊ tunc ⁊ post ea continue conseruetur sic ꝙ recte intelligis conseruationem hmōi a deo esse cōtinue infieri sed sic conseruantur ab agente creato que conseruatio est continua earum productio vt ibi tibi ostendi non intelligo ꝙ cōseruatio talis actus a deo sit realiter distincta ab eius cōtinua generatione a causa creata. s. a volūtate sed non inde generatio seu productio vnde a voluntate conseruatur actiue non solum sustentatiue hāc ergo difficultatem vt dixi artamur absoluere si dixerimus deum immediate omnes creaturas producere sicut creaturas actus voluntatis peruersos accipimus de quibus scriptura sepe affirmat ꝙ deus huiusmodi opera abhominatur despicit detestatur ⁊ non nouit ex quibus oībus sancti concorditer recipiunt ꝙ deus multa opera non aprobat sed improbat nec sunt sibi accepta nec sibi placent sicut sepe repetit scriptura ꝙuis iuxta alium modū predictum omnia per ipsum facta sunt sicut etiam sepius eadem scriptura prenunciat.

Cap. 25.

ā actio dei sit prior actione creature

SI insuper dixerimus talem cooperationē dei immediate cū omni agente creato explanare cōpellimur an talis actio dei sit prior actione agentis creati an si sic tunc etiam deus suum effectum produceret ⁊ si aliud posterius natura non esset seu nō ageret qd si dixerimus actionē omnimodā tollimus creature ex quo ad omnē effectum sufficit actio creatoris non dico possibilis sed que ponitur in presenti ⁊ si diximus vnam esse realiter actionem creatoris ⁊ creature in productione cuiuscunq̄ effectus sic sequitur ꝙ nullatenus eorum actio est prior actione alterius nisi recte solummodo cuiusmodi prioritas possibilem semper actionem prioris ac posterioris nō arguit sicut actio luminis si est lumen ⁊ cū lumine tamen non est generatio luminis est prior ratione saltem causali lumine generato hoc modo nō potest illud lumen esse generatio si in istud diximus forsitan iuuamur ꝙuis nō sit in actione dei ⁊ creature alia prioritas ꝙ predicta. scilz. ratiōis prioritas tamen inter agentia est realis distinctio ⁊ si ita posuerimus deum in hac productione esse agens prius origine ⁊ tamen immediatum non videtur posse ostendi qualiter ipse nō ageret ⁊ si sequestraretur actio cuiuslibet posterioris agētis quoniam prius in actione sua immediata nunq̄ a posteriori agente dependet alioquin primus alio quo ad actionem huiusmodi realiter oīo non esset vnde sequitur ꝙ deus solus si ageret vt nunc agit omnem effectū produceret ⁊ sic frustratur vt dixi omnis actio creature nisi dixerimus ꝙ deus coagēs calefacienti ad productionem caloris in passo nō illum gradum caloris genitum iam a duobus produceret sed alium debiliorem seu intēsionis minoris. scz. a gradu non tamen ex a gradu ⁊ b gradu compositum fateri compellimur ꝙ quo ad illam partem caloris scz a calefacientis nichil agit omnino quoniam siue ageret siue non ageret a deo fieret pars illa caloris ⁊ sic calefaciens est omnino non causa illius ⁊ voluntas simpliciter partis consimilis sui actus est non causa ꝙ si dixerimus illud fortassis defēdere non valemus quoniam nō inuenimus qualiter voluntas est magis causa alterius partis sui actus ꝙ illius ex quo voluntas per totum actum siue toto actu vult non per partem illius ⁊ pariter idem sequitur de calefaciente ⁊ de omni alio creato agēte ⁊ iterato tollemus a creatura oīmodā actionem ꝙ etiam alia via p̄t dici quoniam si deus efficit a per seipsum immediate tunc calefaciens efficit b aut non agit omnino videtur ꝙ nullus admittit si calefaciens efficit b. ita efficeret b si deus illi non coageret aut nō efficit b nisi deo secum cooperante b ⁊ reddit super b argumētatio supradicta ꝙ deus prius agit b ꝙ calefaciens ⁊ ita produceret b aut partem b si calefaciens omnino non ageret non erit aūt gradus totus ꝙ deus produceret calido non agente sed compositum ex a ⁊ parte aliqua ipsius b ⁊ reuertetur super residua parte b scz ꝙ illa sit sufficienter a calido aut non sed exigit ꝙ deus agat illam in toto aut in parte ⁊ sic necessario sequi videtur ꝙ nō potest dari aliqua certa pars qd deus sufficienter producit quin adhuc maiorem illa producit ⁊ ita non posset quomodo deffendemus quin totum calorem deus sufficienter efficiat agendo vt agit ⁊ sic tollimus agentis calidi oīmodam actionem hoc omnino sequi videtur si diximus ꝙ deus in hoc modo agendi est agens primus causalitate agente cāto si vero dixerimus ecōtrario tunc pari deductione videtur nichilominus nos posse compelli vt fateamur in hoc casu ꝙ deus omnino non agat quoniā argumētatio supradicta pari ratione cōcurrit super hoc sicut alio. s. ꝙ prius in agendo a posteriori non pendet ⁊ sic calidum ageret deo non cooperante omnino. Si vero dixerimus deum ⁊ calorem esse coeua agentia in ordine causarum agentium ita ꝙ neutrum quo ad hanc actionem censendum est alio prius prioritate dispositionis aut cause inuestigare compellimur vnde extat necessitas concursus horum duorum ad vnum effectum ex quo ordinē in causalitate nō habent ⁊ forte aut erit impossibile aut omnino difficille inuenire sicut in voluntate aut in intellectu inuenire non poterimus vnde necessarius esset concursus speciei in memoria cum ipso intellectu ad productionem actus intelligendi aut actus videndi concursus cum potētia volitiua ad productionem actus voluntatis si nulla esset prioritas modo cause disponentis saltem ad potentiam dispositam aut alteriusmodi causarum inter speciē ⁊ intellectū ⁊ inter actū intellectus ⁊ volūtatem. vnde si quis poterit ex scripturis sacris probare hanc cooperationem diuinā cum omni agēte creato erit michi mirandus ⁊ libēter probationem illam acciperem quoniam hoc facere fateor me nescire cū auctoritates que possent p sentētia illa adduci meo iudicio aptius de quarto modo hoc aūt. 6. possint intelligi ꝙ de isto ⁊ constat, etiā ex premissis ꝙ posita ista cōparatiōe non ob hoc tollitur contingentia actuum humanorum non enim ita in hoc puncto intelligo ꝙ deus nullo modo ad actionem creature attingit cum immediate ex toto supportet intrinsecus agens actionem ⁊ actum ⁊ eius virtute ⁊ ob hoc agitur esse actū sed dico me nescire in presenti videre ꝙ in actionibus creaturarū deus immediate potentiam suam actiuā applicet ad illū actum agendum

Cap. 26.

Epilogatio supradictorum.

VT igitur breui sermone
dicta in hoc libro superius atq; libro
precedente quasi i quodā fasciclō col
ligas ⁊ restrigas ⁊ sic tibi clare ꝯstat
ꝙ nullum motiuū tuum de voluntate
diuina aut eius cooperatione roboris quicq̄ ha-
bet dic tibi ipsi hoc modo cum ineuitabilitatem a
ctuum humanorum laboro astruere ex voluntate
diūa respectu illorum aut intelligo potentiam vo
litiuam dei aut actum volitiuum ipsius si potētiā
cum illa nihil efficiat nisi mediatiōe actus ipsius
ipsa sola nichil infert omnino circa ineuitabilita-
tem aut euitabilitatem alicuius effectus extrinse
ci ⁊ ita circa potentiam volitiuā diuinam frustra
laboro nisi adiciā aliam causā si actum volitiuū
diuinum intelligo cum nullus actus volitiu⁹ diui
nus qui solum est voluntas seu volicio complacē
tie sit actiua aut impeditiua alicuius effectus ni-
chil adhuc ex aliquo tali actu volitiuo diuīo quo
ad ineuitabilitatē aut euitabilitatē causaliter pos
sū inferre sed impertinenter omnino me vero si a
ctum volitiuum diuinum effectiuū seu operatiuū
ad extra in mea argumentatione accipio seu in-
telligo ⁊ tunc aut dicam actum volitiuum diuinū
immediate actum humanum electiuū efficere aut
solū mediate si sātuz mediate frustra laboro circa
actum volitiu̅ diuinū nisi prius illum actū extrin
secum imediate quo agit ineuitabilitatem prius
inuenero qd ī nullo modo agendi ad extra diui-
ne voluntatis inuenio sicut per modos singulos
qui michi videntur possibiles superius est ostensū
si dixero actum volitiuū diuiuū immediate ineui-
tabilitatem actus electi humani efficere cōpellor
dicere ꝙ aut illum efficit non agendo sicut cogita
ri posset vt posui ꝙ voluntas ministri legis efficit
ineuitabilitatem ambulationis rei euntis ad car-
cerem qui modus non solum ostensus est etiā es-
se impertinens sed etiam impossibilis esse ostēsus
est aut agendo efficit immediate ineuitabilitatez
in actu electiuo.s.ipsum actum immediate agen-
do ⁊ tunc aut dicam voluntatem diuinā sufficien-
ter sine alio coagente actum humane voluntatis
efficere ⁊ tollo non tantum imprudenter sed infi-
deliter oīmodam actionem voluntatis humane
aut dicam voluntatem diuinam tanq̄ partiale a-
gens immediatum actus humani ipsum actuz ef
ficere ⁊ tunc aut dicam actum volitiuū diuinū in
huius productione esse potentiam actiuā volun-
tatis humane aut dispositionem seu quasi dispoſi
tum voluntatis humane aut agens disparatum ⁊
tamen concurrens immediate ad productionem
actus seu effectus huiusmodi si dixero voluntatē
diuinam esse potentiam voluntatis ⁊ etiā cuiuscū
q̄ alterius non potero potius per hoc arguere
ineuitabilitatem in actu voluntatis q̄ ipsa volū
tas aut forma alia naturalis esset ipsius volunta
tis potentia naturalis agendi ⁊ pariter si dixero
ꝙ deus est dispositio seu quasi dispositio volunta
tis qua disponitur ad agendum nihil amplius ꝑ
hoc potero arguere quo ad euitabilitatem i actu
voluntatis quoniam si volūtas disponeretur per
virtutem moralem aut dispositionem aliam natu-
ralem pariter si dixero ꝙ voluntas concurrit vt i
mediatum agēs disparatum nulla per hoc sequi-
tur ineuitabilitas in actu ⁊ nichilominus non vi-
detur ille modus operādi dei posse deffendi sicut
superiora ostendunt satis clare

Cap.27.

AN dt poteris tibi ipsi ī alia
forma taliter suadere si in omni actu
voluntatis mee sit ineuitabilitas vt
nullum futurum meū actū possim de
facto vitare tunc aut hoc est ex natu
ra mee voluntatis sicut in brutis aut a causa ex-
trinseca si a natura voluntatis non est mea volū
tas magis dña suorum actuum q̄ voluntas bru-
talis nec meritum aut demeritū possum michi ac-
quirere per actum michi naturaliter necessarium
⁊ destruo sicut omnem legem diuinam aut huma
nam que non dantur hoibus nisi vt a malo decli-
nent ⁊ in bono proficiant si hec ineuitabilitas est
a causa extrinseca tunc voluntas mea inq̄tūz est
ex se habet naturaliter hāc contradictionis liber
tatem sibi congenitam ⁊ actum taliter ad partem
alteram limitatur ⁊ ita cum deus sit omnipotens
ipse potest huiusmodi limitationem accidentalez
tollere ⁊ naturalem voluntatis soluere libertatez
vt nō remaneat taliter limitata ꝙ si fecerit stabit
ista libertas cum prescientia diuina ⁊ cum effica-
cia ymo omnipotentia voluntatis diuine ⁊ cū om
nibus alijs que mihi repugnantiā videntur affer
re ⁊ per consequens ex ista libertate posita nullū
inconueniens aut impossibile omnino consequitur
vt credebas sed ipsa conuenit scripturis diuinis
omnibus ⁊ humanis ⁊ ob hoc clare peruides ꝓ
pter deffectum exercitij in sacris scripturis ⁊ pro
pter ligamēta sophistica nec in hmōi erroris ba
ratrum incidisse.

Cap.28.

IOHANNES.
corda cõstantia ⁊ hūilia atq̄ fidelia gesserant vbi
apostolos videtur intelligere in verbo illo dei dan
tis legem machometo qm̄ de hiis qui tempus le-
gis sue precesserant hoc dicitur ⁊ ob hoc alij q̄
xp̄i apostoli vel eius discipuli nõ possunt ibi intel-
ligi si enim euuangelium xp̄i traditum per aposto
los fuit corruptum vsq̄ in presens qui fuerūt post
tempora apostolorum non habebant verā xp̄i do
ctrinam sed vnam erroneam nulli de illis posteris
xp̄i sequaces aut penitus obediētes xp̄o fuerunt
vt hoc dicit qui ergo fuerunt penitus xp̄o obediē
tes ⁊ eius sequaces aut penitus obedientes xp̄o
fuerūt cū ipo fuerūt vt post ipm ei⁹ doctrinā incor
ruptā ⁊ sine vicio dāpnabili hūerūt illā doctrinam
eligat ergo vnū dicere de duobus aut ꝙ apli fue-
runt xp̄i sequaces ei penitus obedientes ⁊ est sibi
contrarius si alibi intellexit ipsos fuisse falsarios
aut ꝙ alij post tempora apostolorum fuerunt xp̄i
sequaces ⁊ et penitus obediētes ⁊ sequitur ꝙ illi
habebant per apostolos xp̄i euuangelium incor-
ruptum qm̄ nec per alios q̄ per apostolos xp̄i seu
eius discipulos illud habere potuerunt sicut nec
suam doctrinam aliqui nisi p suos discipulos post
eius mortem accipere valuerūt ergo sequitur eos
fuisse veraces ⁊ sic conuincitur machomet in his
sibi cõtrarius si eos nusq̄ itelligit fuisse falsarios

q̄s non nõl velle eternā dāpnatiõē

Cap.20.

Ceterum cū nullus ratio
ne vtēs velit quicquā turpe ⁊ sibi hor
rendum cõmittere nisi ex aliqua cau-
sa mediante inquirenda videtur cau
sa cur omnes christi apostoli atq̄ di-
scipuli sibi christi doctrinam volebant corrumpe-
re. Nemo enim diligit nisi bonum verum aut fal-
sem apparens vt dixi nec videtur illa alia causa p
babilis inueniri nisi acquisitio laudis aut boni al
terius temporalis qualem causam cõstat macho
met habuisse quoniam per famam legislatoris p-
uenit ad regnum qõ nunq̄ per aliquē dei prophe-
tam est actum apostoli vero christi ⁊ eius discipu-
li non comodum temporale querebant cum con-
stet omnes bona temporalia contempsisse nec lau
dem tam aliūde querebāt in vitaq̄ oīa sua opera
laudabilia nõ sibi sz xp̄o suo magistro ⁊ dn̄o ascri
bebāt nec maiorē querebāt laudē post mortē que
minus est appetibilis q̄ in vita. Itē dicat hoc ma
chomet quō xp̄s erat tam sanctus tam iustus om
nem hn̄s peritiam vt affirmat si apostolos ⁊ disci-
pulos tales elegit qui eius legem peruerterent et
falsam legem nomine suo hominibus promulga-
rent p quē totus populus qui a nomine suo xp̄ia-
nus appellatus est consequenti tēpore dāpnaret
ex quo ipse si phātustus fuisset vt fingit talis nul
laten⁹ aut iprudētissime ⁊ culpabiliter ac dāpna-
biliter nõ dubium elegisset fateatur xp̄m nec tales

precipue elegisse scz sue legis falsarios nec apo-
stolos tales fuisse aūt affirmet qō cum non audet
xp̄m non tantum imprudentem sed etiam propter
tam pernitiosam electionem dampnandū fuisse si
cut ⁊ ipse dampnandus fuisset si tam noxie et etiā
tam in ipso crudeliter elegisset. Item ꝙ dicit azo-
hara.7.omnes boni deo seruiant vt iesus marie fi
lius persuasit viros interrogas albis indutos ve
stibus quis michi subueniat ex parte dei me seq̄n
do. Responderunt illi nos autem quidam filiorū
israel crediderunt quos ceteris incredulis rema-
nentibus longe preferendo super illos extulimus
apostolos quos albis indutos appellat veraces
fuisse affirmat quoniā illos xp̄s sepius interroga
uit secundum euuangelium si eum vellent imitari
quoniā asserit eos respondisse ꝙ ipsi eum sequerē
tur nec in hoc eos reprehendit sed videtur hoc in
ipsorum laudem inducere ꝙ etiam dicit quosdam
filiorum israel credidisse xp̄o quos deus super a-
lios extulit de nullis autē videtur aperte intelligi
nisi de xp̄i discipulis quoniā si alios velit intelligi
illi aut receperunt doctrinam xp̄i per xp̄i discipu-
los aut eam nullatenus receperunt sicut vt aliqui
doctrinā machomet receperunt nisi aut ab eo aut
per eius discipulos apud quos remanserunt libri
eius ⁊ scientia docendi illa que docuit ⁊ sic iterum
consequitur discipulos xp̄i fuisse eius testes vera
ces eius doctrinam posteris fideliter tradidisse et
eos non fuisse falsarios dicat hic insuper macho
met quos hoc loco dicit incredulos remansisse a-
liis de filiis israel xp̄o credētibus aut comtempo
rales xp̄o et apostolis atq̄ discipulis qui xp̄i do-
ctrinam ab eo audierāt aut alios christo posterio
res in tempore si christo cõtemporaneos aliquos
reprehendat tanq̄ incredulos ⁊ illos incredulos
a christo adherentibus tanq̄ impios a iustis di-
scernit sic igitur christo adherentes approbat ve-
lut iustos si posteros reprehendit dicat vnde vere
dici possit christo increduli nisi quia veram doctri
nam audierant ⁊ nichilominus eam respuerant ⁊
sequitur christi doctrinam integram ⁊ incorruptā
penes eius discipulos eo mortuo remansisse non
enim posset ipse machomet aliquos sibi posteros
tanq̄ sibi incredulos condempnare nisi eius do-
trina incorrupta ⁊ integra in substantialibus sue
fidei regulis remaneret nullo ergo modo potest
vel probabiliter affirmari christi apostolos fuisse
falsarios sui libri vnde clara ratione conuincitur
ꝙ lex nostra euangelica atq̄ apostolica in oībus
illis pecculiaribus articulis fidei xp̄iane quibus
machomet in alchoram contradicit ex assertis in
illo alchoram continet veritatē vides igitur ꝙ lex
sarracenorum nostram corroborat lex nostra illā
non solum non roborat sed contempnit reicit ⁊ in
firmat quicquid igitur cõfirmatiuū legis illius est
confirmatiuum ē nostre vnde alcoram lex ipsa in-
firmamentum legis nostre et legis iudeorum se-
pius appellatur vt per hoc christiani et iudei ad
ipsius obseruātiam inuitētur ⁊ quicq̄d legem nõ
stram corrobat illa lege sarracenorum excepta il-
lam legē affirmat quia illa est nostre in multis ad
uersaria vnde negari non potest ab aliquo sarra-
ceno quin testimonium legis nostre sit grauius.

machomet reputauit aplõs xp̄i veraces

Capitulum.21.

Quod insuper per aliud ex
eadem lege clare ostēditur quoniam
machomet in alchoram dicit azoha-
ra.2.⁊.10. Tu quidem nequaq̄ cum
dei miraculis manifeste venies ⁊ azo
hara.30. Facit deum sic loqui dicētibus alchorā
tuum esse figmentum dic saltem vt vnam azoharā
harum consimilem quolz adiutore nisi deo suffulti
efficiant vt sic an veridici sint appareat vbi sat se
fatetur nõ habere gratiam virtutum per quā pos
set suam legem firmare ex quo nõ solū habet hoc
in eius confirmationem adducit ꝙ nullus posset
nisi dei suffultus adiutorio vnam azoharam eius
compingere sic azohara secunda facit deum allo
qui isto modo asserunt quidem vniuersitatis crea
torem filium sumpsisse quib⁹ nequaq̄ veritas sed
hij quidem iusti velud predecessores huic dicto si
miles inquiūt se credituros si deus illis alloquio
virtutibusq̄ patefaceret nonne satis res arduas
virtutes sublimes sepius sapientū testimonio pe-
gimus nunc tibi veracia precepta committo qui-
bus bonos instruas nil curans de predestinatis
igitur vbi iterum excusat se ab opinione miracu-
lorum quasi auctoritate diuina ita vt deus nolue-
rit eum huiusmodi exercere ex quo igit̄ affirmat
se non fuisse missum ad mirabilia facienda sed ad
dei precepta danda ⁊ nichilominus affirmat xp̄m
docuisse librum euuāgelij cum multis et magnis
miraculis dicit enim hec azohara.5. vt supius est
expressum igitur ex ipsa lege sarracenorum appa
ret ꝙ nostra lex specialiter per miracula roborat
et sua non ita cõfirmatur miraculis sicut affirmat

lex nostra corroboratur per miracula.

Ca.22.

Habet igit̄ lex nostra fir-
mamentum proprium qō illa non ha-
bet. Item aliud habet firmamentum
q̄ aliqua alia lex preter ipsam scilicz
ꝙ a maximo propheta mundi tradita
fuit hominibus ⁊ populis promulgata quoniā lex
moysi asseruit xp̄m promissum incomparabiliter
maiorem moyse esse debere sic ostensum est in illo
libro huiusmodi operis ⁊ lex machomet dicit azo
hara.5.o maria tibi summi nūcij gaudiū cum ver-
bo dei cuius nomen est christus marie filius qui ē
facies omnium gentium in hoc seculoq̄ futuro se
nes infantulos cunabula seruantes conueniens
presens sapiēs vir optimus ab vniuersitatis crea
tore mittitur in quo dicto affirmatur non solum ꝙ
christus est vir optimus sed ꝙ est facies exēplar
puto intelligit omnium gētium in hoc seculo ⁊ fu
turo igitur quilibet alius minor est eo quia est exē
platus ab eo ⁊ statim cõsequēter ibidem facit an-
gelum mariam sic alloqui deus filium tuum cum
diuina virtute venientem librum legiferum omisq̄
magisterij periciam ⁊ testamentum ac euuangelij
mandatū quia filios israel edocebit vbi affirmat
ꝙ xp̄s traditor legis euuangelice habuit omnis
magisterij peritiam nec machomet talem habuit
sicut ipse fatetur ex quibus clare cõsequitur ꝙ sar
raceni habent astruere legem nostram quo ad au
ctorem eius immediatum legem ipsorum excellere
et maiorem ea auctorem habere.

Capitulum.23.

ITem tertiū speciale firmamētum habet lex nostra qđ lex sarracenorum non habet scilicet q̄ apostoli ⁊ alij xp̄i discipuli eam promulgantes hominibus ita claruerūt miraculis cum eam docebant q̄ ipsorum miracula per omnia mundi climata fuerunt diuulgata vnde cum omnis habēs rationem fateatur q̄ deus non exaudit peccatores pro alijs vt ad peccatorū petitionem huiusmodi exhibeat sua miracula omnino sequitur q̄ apostoli iusti erāt in omnibus veram scientiam ⁊ doctrinam sanctam docētes hac claritate signorum caruerunt omnes predicātes in lege sarracenorū quonia non est discipulus maior magistro suo nec apostolus maior eo qui misit eum Ex quo igitur machometꝰ qui seruos posteros misit ⁊ erat eorum magister hac caruit virtute signorum vt in alchorano sepius ipse fatetur consequens est vt ea sui discipuli atq̄ apostoli caruerunt ymo nec sarraceni hec mirabilia fieri per suos affirmant. Tu igitur queso esto sarracenorū vicarius ⁊ michi responde nunquid ista premissa ad persuadendum etiam sufficiunt q̄ lex nostra in omnibus continet veritatem aut saltem q̄ potius credendum est eam q̄ legem sarracenorum in omnibus veritatem habere IOHANNES Fateor me non habere quid pro sarracenis respondeam quorum lex ista legem nostrā approbat cū suo auctore excepto vnico obiectu quē ponā in libro sequenti nisi illud quod dixi superius scilicet q̄ dicere possunt nostram legē quā habemus esse corruptam ⁊ non esse eam que tradita erat a xpo aut quā ipse tradebat in quo me superrisrationabiliter conuiciisti ⁊c.

Explicit liber decimusoctauus.

Incipiunt capitula decimi noni libri.

IN quo ponūtur obiectus pro maiore firmitate auctoritatis tam legis antique q̄ legis euuangelice et tolluntur ostendendo nostram nouam scripturam quo ad litteralem eius sensum fortiorꝭ esse munimnis q̄ antiqua ⁊ etiam q̄ si tratio aliqua gentiliter viuentium nostram scripturam impugnās vbi etiā ondit lex nostra roborari non solum per prophetarum libros legales veteris testamenti ⁊ ostenditur causa dampnationis iudeorum ⁊ consequenter tollūtur obiecta de contrarietate siue diminutione translationū diuersarum nostre scripture noui ⁊ veteris testamēti ⁊ ondit causa dampnationis iudeorum. Et dātur regule de veris miraculis agnoscendis etiā de diuersis miraculorum generibus gestis per sanctos tam noui q̄ veteris testamenti.

Et continet iste liber .35. capitula.

Primum capitulum ponit rationem vnā sumptā ex libris precedētibus q̄ lex euangelica maioris extat auctoritatis q̄ lex antiqua.

Secūdum capitulum obicit contra confirmationem legis antique a lege noua et premittit distinctionem vnam de partibus legis antique.

Tertium capitulum ostendit nouam legem abicere legem antiquā quo ad figuralis legis illius ex scripturis euuangelicis ⁊ apostolicis.

Quartum capitulum probat ex illo dicto apostoli nunquid cura est deo de bobus figuralia ⁊ cerimonialia legis antique esse abolita ⁊ ex dictis xp̄i ⁊ factis illudidem ostendit concludens propositum.

Quintum capitulum obicit difficultates ex deuteronōio q̄ roboze cerimonialiū legis antique ⁊ incipit soluere ostendens ex .18. ca. deuteronomi q̄ lex nr̄a a iudeis debuit obseruari.

Sextum capitulū soluit obiectū capituli precedentis premittens aliqua de noua lege precedentia ipsam legem nouam ⁊ eius auctorem fuisse prenunciata in lege antiqua.

Sexptimum capitulū ostenditq̄ in benedictione leui de qua legit deutero. 34. xp̄s et lex eius prenunciabantur.

Octauum capitulum idem ostē dit de benedictione iude data a moyse vt scribitur ex o. 34. capitulo.

Nonum capitulum ostendit idē de benedictione ioseph concludens legem nostrā quo ad eius sensum litteralem roborari per veterem ⁊ veterem quo ad sensum litteralem cerimonialium infirmari per nostram vt sic in hoc nostra possit mr̄mioꝛ affirmari.

Decimun capitulum obicit qualiter xp̄s noster paulatim abscidit obseruantiam circuncisionis ⁊ cerimonialium legis antique.

Undecimum capitulum impugnat precedentia ex debilitate auctoritatis apostoli pauli ⁊ soluit ostēdēs xp̄m soluisse generaliter cerimonialia ⁊ figuralia legis antique.

Duodecimum capitulum ostendit auctoritatem excellentem pauli apostoli ex dictis petri apostoli ⁊ luce ⁊ ananie ⁊ ex alijs.

Decimum tertiū capitulum perstringit rationem sumptam ex prioꝛibus probantem auctoritatem legis antique modo prescripto

Decimum quartum capitulum obicit deutero multipliciter contra premissa concludendo perplexitatem in populo iudeorum.

Decimum quintum capitulum soluit perplexitatem ostendens clara ratione dāpnationem iudeoꝝ p̄dictam in vtroq̄ testamento

Decimum sextum capitulum refert q̄ auctoritate legis noue tionē sufficientem p̄fert q̄ auctoritate legis noue contra quēcunq̄ viuentem gentiliter ipugnantē

Decimumseptimum capitulum obicit ex precedentibus inferens salutem quarūcunq̄ gentium obedientium suis doctoribus ⁊ dissoluit excusans penam sensus in illis penam dampnationis ostendens.

Decimum octauum capitulum obicit contra auctoritatem nostre scripture ex contrarietate diuersitate ⁊ diminutione variarum trāsmutationum librorum noui ⁊ veteris testamenti.

Decimum nonum capitulū ostē dit que est censenda nostra scriptura canonica ⁊ illam probat veritatem per omnia continere.

Vicesimum capitulum soluit obiectum de diuersitate translationum dans secontra tutum remediū excusans legis interpretes ⁊ ostendens non omnem diminutionem contrarietatem causare.

Vicesimum primum capitulum specialiter soluit obiecta de epistola iude pro dimissione nostre scripture.

Vicesimum secundū capitulum tollit omnes obiectus positos ca. 18. de contrarietate translationum nostre scripture.

Vicesimum tertium capitulum dat causas diuersitatis translationum ostendens non esse falsitatis periculum propter diminutionē dum tamen sient articuli principales adiciēs quādam doctrinam ad retundendum presumptuosa ingenia superborum.

Vicesimum quartum capitulū aperte ostendit rationem naturalem impugnantē pecculiares articulos fidei nullius esse momenti in comparatiōe ad rationem eosdem articulos roborantem.

Vicesimum quintum capitulum obicit contra precedens capi. q̄ non potest de miraculis veris cōstare ⁊ soluit dans regulam qua diuina vera miracula a demonū p̄stigijs dignoscuntur.

Vicesimum sextum capitulū obicit contra precedentem regulam ex miraculis aliquibus gestis per petrum ⁊ paulum ⁊ soluit.

Vicesimum septimum capitulum obicit quo ad expressionem diuine auctoritatis in omnibus veris miraculis ⁊ dissoluit dans regulam seu doctrinam agnoscendi in gestis insolitis auctoritatem diuinam.

Vicesimumoctauum capitulum distinguit quattuor genera miraculorum verorum ostendens quo genere vsi sunt nostri apostoli q̄ ēt nostrum propositum affirmat.

Vicesimumnonum capitulū ostē dit q̄ ly cuicunq̄ genti bonos angelos adorare et ymagines ac templa eis cōstruere ex causa tñ deo accepta ⁊ q̄ possibile est satis apud quascūq̄ gentes fieri hec miracula.

Tricesimum capitulū obicit contra hoc vltimū ostendēs modum miraculorum q̄ modus roborat auctoritatem legis ipsorum per quos fiunt miracula.

Tricesimum primum capitulū sufficientem cuilibet rationem explanat qua credi debet nostros apostolos seu deum per ipos fecisse vera miracula.

Tricesimum secūdum capitulū ostendit quos articulos legis cuiuscunq̄ approbate per aliā alia lex affirmat seu roborat ⁊ quos aut omnino affirmat aut corroborat.

Tricesimum tertium capitulum obicit q̄ in antiqua lege non fiebant generis xp̄i miracula ⁊ concluditur q̄ auctoritates legis antique non corroborantur miraculis ⁊ dissoluit ingenere ostendens contrarium adiciens regulam malum angelum discernendi a bono.

Tricesimum quartum capitulū ostendit tria genera miraculorum gesta per antiquos pphetas per que roboratur scripture veteris testamenti auctoritas.

Tricesimum quintum capitulū totum opus cum oratione ⁊ gratiarū actione concludit.

Incipit liber decimusnonus.

Primum capitulum.

Efficiant igitur hec premissa ad ostendendum legē sarracenorum legē nostram euuangelicam confirmare et nostram nichilominus illi legi sarracenorum in multis firmamentis aliꝭ auctoritatis vigore prefire. IOHANNES. idē, si potes de lege iudeorum ostende. RICARDUS. in secundo ac. 3. et quarto libris operis huiusmodi sufficienter vt estimo hoc habes ostēsum tibi enim ex ista scriptura iudaica probatum reperies messiam seu xp̄s p̄ missum in lege iudaica deum esse debere ⁊ consequenter ex eadem scriptura habes ostensum xp̄m nostrum euuangelice legis fuisse messiam seu xp̄s in illa scriptura promissum ⁊ legem nostram fuisse in scripturis pphicis premonstratam ⁊ nichilominus ibi habes ex eadem scriptura iudaica probarum sic illam legem in multis ordinatam fuisse ad nostram q̄ nostra veniente multe leges ipsius ad sensum litteralem omnino cessarent et ob hoc non opus est hoc reprobatiōes repetere esto modo iudeus toto tue mētis conamine ⁊ dic pro eis quid habes sicut pro sarracenis fecisti.

lex mesaica reprobatur

Capitulum secundum.

IOHANNES. Sicut lex iudaica nostrā cōfirmat vt asseris sic ecōtra merito magis expresse nr̄a lex illā nō solū cōfirmat xp̄o dn̄te nō veni soluere legē sed adīplere mat.5: sed tāq̄ pbatiuā ⁊ cōfirmatiuā nr̄e legis illā antiq̄ allegat sicut tu ī multis supius ondisti allegatis p xp̄m ⁊ eius aplōs sic q̄cq̄d nostrā legē roborat illā cōfirmat nō habet lex nostra ꝓpriū fundamentū supra legē iudaicā q̄n potius min⁹ dicitur firma q̄ illa ex quo clarius saltē et expressius aut saltē multiplicius nostra illā cōfirmat q̄ ipsa nostram eq̄ corroborat vn̄ videtur seq̄ ꝙ iudei prudēter suā legē sequūtur ⁊ nostrā ī oībus ī q̄bus nr̄a lex sue legi repugnare videt̄ discrere reiciunt q̄m recta ratio attestatur ⁊ in hoc legē nostrā supius conatus es astruere ceteris firmiorem q2 lex illa q̄ testimoniīs grauioribus est fulcita ceteris debet auctoritatis vigore p̄ferri vn̄ nō tm̄ cōsequit̄ legē iudaicam infirmiorē esse q̄ sit nostra lex euuāgelica sed etiā manifeste videtur seq̄ salus eterna omnium iudeoꝝ legē suā seruantiū ymo non tm̄ hoc sed insup seq̄ videtur xp̄ianoꝝ dāpnatio q̄ voluntarie minus firmā legē magis firma cōtempta secūtur aut si velis xp̄ianos saluare q̄ legē antiquā datam a deo nō seruant ad litterā ⁊ iudeos dampnare habes ostēdere legē nouā aliquā aliā firmitatem maiorē habere ad quē sensum litteralē habeat lex antiqua. RICARDUS. quo ad robur auctoritatis q̄ asseritur in scripturis diuinis si video me faciliter posse pbare ꝙ lex euuangelica sit validior q̄ antiqua sicut ratio supradicta ostendit fateamur igitur in presenti eas in hoc paris auctoritatis existere verūq̄ lex antiqua circū scriptis historicis ⁊ libro gen̄. ꝓphāli nūtio de mūdi origine p pauca asserit nisi ꝙ deus legē moysi dedit aut eam populo dari p eam precepit vel ꝙ moyses legē dederit ⁊ locutus sit populo aut huiusmodi similia ⁊ similiter nec scripture ꝓphāles asserunt nisi similia vt plurimū scilz vt ea q̄ prenuntiauit fuerunt sibi data a deo aut dei precepta aut similia ⁊ multis exprimit tam precepta ⁊ hortamēta ⁊ sanctorum patrum extra moralia q̄ cerimonalia ⁊ iudicia obseruāda q̄ nullatenus cadūt sub assertione scripture iuxta ea que in primo opere huiusmodi libri tractauimus quoniam hmōi nec veritatem continent nec exprimunt falsitatem sed dicūtur sub verbis imperatiuis aut optatiuis communiter super quibus non queritur auctoritas ea verificans sed potius auctoritas ea debere impleri coartans aut ea obseruari debere exortans in quibus inter nos ⁊ iudeos extat dissentio ideo ibi discutiendum videtur precipue de robore auctoritatis maioris seu minoris vnius legis aut alterius scilicet an legis precepta ad litteralē sensum eorum sint fortiori auctoritate seruanda q̄ euuangelica iustificata et an cerimonialia legis aut que etiam non cadentia sub precepto sed potius sub hortamento sint ad litteralem sensum auctoritate potiori exequenda q̄ consimilia ⁊ cerimonie legis noue hoc enim discusso in eo quod q̄ris non vlterius fluctuabis.

lex euuāgelica ē firmior ceteris q2 grauiorib⁹ ē fulcita testimoniīs q̄ reliq.

Cap.3.

In quo articulo si predicta ratione tua ⁊ mea vtaris de mutua cōfirmatione vtriusq̄ legis p aliam pro noue legis auctoritate non dubito manifeste concludens q̄m lex antiqua ad hmōi obseruanda ꝑtitentibus legem nouam quā iudei nō seruant legē nostrā confirmat sicut in secundo hmōi ⁊ tertio ⁊ quarto tibi dixi esse probatum q̄m sicut ibi ostendi lex antiqua hmōi nouam prenunciat ⁊ eius traditorem deum ⁊ hominē esse debere affirmat ⁊ nichilominus vt iam dixi p illā legem sacerdotis futuri secundum ordinem melchisedech quē p̄dicit eandē legem antiquā ī quo ad multa cerimonialia ⁊ maxime quo ad ritum sacerdotii aaron tollendam ⁊ obiciendam a deo fore asserunt q̄ omnia cerimonialia ⁊ figuralia quorum figuralium res figurate tempore legis noue aduenerant lex noua abicit ⁊ contempnit ꝙ tempus a iohāne baptista iuxta verbum nostri auctoris incepit lex inquit ⁊ ꝓphete vsq̄ ad iohannē ex eo regnum dei euuangelizatur luce.16. vbi intelligere debes ꝙ a tempore iohannis figurata in legibus ⁊ prenunciata a ꝓphis inceperūt elucescere ⁊ esse presentia vnde idem dominus mat.11. apertius illud ostendit cū dicit quid existis in deserto videre ꝓphetam etiam dico vobis plusq̄ prophetam hic enim de quo scriptum est. Ecce enim ego mitto angelum meū ante faciē tuam qui preparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis nō surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista qui aūt minor est in regno celorum maior ē ideo a diebus autē iohannis baptiste vsq̄ nūc regnum celorum vim patitur ⁊ violenti rapiunt illud et omnes enim prophete ⁊ lex vsq̄ ad iohannem ꝓphāuerunt vbi iohannem plusq̄ prophetam scz prophetam et euuangelistam id est prennuciata per prophetas veteris testamenti principaliter exhibentem affirmat affirmationem suam ostendēs ex illa prenuntiatione per ysa. prophetam ꝙ a tēpore suo regnum celorum vim patitur ⁊ violēti rapiunt illud scilicet audiuimus solito illud querūt videntes ea que per prophetas prenunciata fuerant per iohānem principaliter exhiberi ꝙ ex hoc consequenter ostēdit quia oēs ꝓphē ⁊ lex vsq̄ ad iohannem ꝓphāuerūt ita. s. ꝙ ex tūc ꝓphāre cessabant rebus eaꝝ p̄ntib⁹ ⁊ attende ꝙ xp̄s dicit legē ꝓphāsse sicut et ꝓphās nec dubiū quin ob hoc q2 lex vmbrā ⁊ figurā habebat futurorum bonorum nō rerū ipsaꝝ ymaginē sicut exponit aplūs ad he. 9. vn̄ cōseq̄tur iuxta istā sniam saluatoris ꝙ sicut ꝓphē cessabant rebus ꝓphātis p̄ntibus sic et lex cessare debebat quatinus filia fuit re per eam figurata seu quā ipsa lex ꝓphābat p̄nte sicut igitur nō ē mō dn̄dū ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filium ⁊c. sicut ysa. ꝓphāuerat sed est dn̄dū iuxta euuāgeliū ecce virgo cōcepit ⁊ pepit filiū ⁊c. nec ē dicēdū ecce mitto angelū meū ante faciē tuam qui p̄parabit viā tuam ante te sed idem ysa. ante p̄dixerat sed est dn̄dū iuxta euuāgelicā veritatē exhitā. Ecce ego misi angelū meū ante faciē tuā q̄ preparauit ante te nec idē est dn̄dū sicut zacha. ꝓphā p̄dixerat pcutiā pastorē ⁊ dispergētur oues sed iuxta euuāgelicā veritatē exhitā ē dn̄dū pcussi pastorē et dispse sūt oues gregis ⁊ ita de cunctis similib⁹

ꝓphetiis de christo factis sub verbis futuri temporis inpresentiarum ipletis sic nec est modo seruandum qd̄ precipiebatur exodi. duodeci. de agno paschali ymolabit eum multitudo filiorum israel ad vesperam pasche sed secundum euangelicam veritatē exhibitā est tenendum ꝙ agnus ibi figuratus ymolatus est xp̄s sicut dicit paulus apostol⁹ i. ad co. 7. sic insuper nō a modo est precipiendū os non cōminuetis ex eo cū eum ymolaueritis sicut erat preceptū in lege sed scdm̄ veritatem euangelicam est vere credendum ꝙ os non comminuetis de xp̄o quando pēdebat in cruce sicut io. euāgelista exponit. 10. 19. sic insuper non est modo seruādū nō alligabis os bouis triturantis sicut lex dicendum preceperat sed est iuxta veritatē ꝙ paulus ad co. 19. expressit tenendū ꝙ qui seminant spiritualia debēt victum ⁊ vestitū ab hiis quibus p̄dicant si velint accipere ⁊ ita de cunctis figurabilibus similibus.

Cap.4.

Unde sicut ratione clara apostoli in hoc dicto cōuincitur ꝙ precipue ꝓpter rē figuratā illud fuit in lege preceptū nō allegabis os bouis triturātis. s. q2 non est cura deo de bobus sed propter nos hec scripta sunt sic in cūctis similibus aperte pbatur ꝙ nō solum ꝓpter sensū allegoricū seu spiritualem precepta fuerūt nō ei est cura de auibus vt ꝓpter eas daret precipue p̄ceptum si ambulans per viā in arbore vel in terra nidū auis inuenis ⁊ matrē pulli vel ouis desuper cubantem nō tenebis eā cum filiis sed abire paciēris deute. 22. Item non est cura deo de vineis aut de aliis seminibus vt ꝓpter illorū sanctificatione precipue daret preceptū non seres vineam tuā altero semine ⁊ ne seminetis q̄ seruisti ⁊ q̄ nascuntur ex vinea pariter sufficiēter. Item sicut nec est cura deo de varietate vestiū vt ibi in lege preciperet non indueris vestimento qd̄ ex lana linoq̄ contextū est nec etiā cura deo de cōiūctione bouis cū asino vt in lege preciperet non arabis simul in boue ⁊ asino ⁊ pariter de cūctis similibus pōt deduci ꝙ precipue propter nos qui legem spūalem et figuratam accepimus hec sunt scripta atq̄ mandata obseruari ab illis quos deus sub vmbra et velamīe ad obedientiā exercere volebat donec veritatem in illis figuris ⁊ vmbris velatā seu figuratam exprimeret qua expressa sensus cessaret vmbraticus sicut re prophetata presente ꝓphetia oīs desineret accute ergo attēde ꝙ quotiens xp̄s aut aliquis eius apostol⁹ figurabile aliquid de lege antiqua cōfirmatorie adducit ad sensum spiritualem ostendendū nō ad sensum litteralem seruādū illud inducit ex illo fidenter cōclude ꝙ magis roborat lex antiqua legē nouam quo ad litteralem obseruantiā oīm preceptorū in ipā q̄ in illo eius sensus abicit ⁊ contēpnit q̄ lex noua cōfirmet antiqua quo ad literalē obseruātiā madatorū ⁊ hortamentorū cerimonialiū in ea q̄ in oīb⁹ figuratiuis quo ad sensū figuratiuū a mō nō seruandum abicit ⁊ cōtēpnit q̄uis verū fortasse existat ꝙ lex noua expressius auctoritatē legis antique q̄ ecōtrario cōfirmet quo ad asserta ī ipā ⁊ quo ad hoc data erat auctoritate dia hoībus obseruāda ⁊ ob hoc apte seq̄tur xp̄ianorū salus q̄ vtrāq̄ legē quo ad sensum eius precipuū ymo quo ad oēm sensū vtriusq̄ legis pro tp̄e noue legis seruandū obseruant ⁊ dāpnatio iudeorū qui omnē sensū vtriusq̄ legis oīo obseruare negligūt ⁊ contēpnunt lege igitur noue paginis testamentū ⁊ vide vbi reperieris sacrificiū institutū a xp̄o a deo aliquo tempore contēpnendū sicut hoc de sacrificiis ⁊ mandatis in veteri testamento ⁊ eisdē paginis extat scriptū aut quere si potes in lege euāgelica vbi prenūciatur aliō testamētū aut alia lex futura cuius precepta finē inponent sensui nostrorū preceptorū quid de illis habemus sicut in veteri testamēto scriptū reperire legem euangelicā ꝓphetatā cuius precepta ⁊ obseruantias nō dubitas sensum spernere ⁊ tollere q̄d iudei in sue legis obseruantiis ⁊ mandatis intelligunt ⁊ cū fiducia tota concludas obseruātiā legis nostre maioris aut firmioris auctoritatis non esse q̄ obseruatiā legis antique ꝙ q̄a non potes nec etiā iudeos pōt efficere ecōtra cōclude fidenter obseruantiā legis nostre q̄tum ad ea que p sēsum literalē legis antique quo ad figuralia in ea contenta reprobat ⁊ infirmat auctoritas inuictissime habere vigorē q2 nō solum a suo auctore sed etiā a lege antiqua p̄nunciatur extollitur in oībus infirmatur ⁊ obseruantiam figuraliū legis antique nullā oīo auctoritatē tēpore noue legis habere q2 lex noua p ipsam antiquem in omnibus approbata ipsaꝫ obseruantiā reprobat ⁊ contēpnit dic tu si quid habes amplius ꝓ iudeorum salute quos constat iuxta p̄missa necessaria sacramenta salutis contēpnere ⁊ dampnabilit̄ reprobare obseruantie inherere credentes p sacramentum circūcisionis ⁊ alia in lege vmbratica se posse ⁊ debere saluari.

Cap.5.

IOHANNES in lege iudaica nō p̄nūciatur lex nostra nec ꝓphetatur ibi obseruantia cerimonialium seu sacramētorū illius āntique legis p nostram nouā tollēda sz hoc solum ostēdisti ex libris ꝓpheticis non ex legalibus ⁊ in eisdē libris legalibus vt ego supra obieci p̄cipitur ꝙ omnia ibi contēta ritu ppetuo obseruentur sic adhuc videtur ꝙ iudei teneantur oīo legalia obseruare ymo videtur arctari ne aliud q̄ce q̄ in auctoritatē recipiant cum sit scriptū deut. 13. c. quod p̄cipio tibi illud tm̄ facito dn̄o nec addas nec minuas quicq̄ ⁊ ad id idē p̄cipitur deute. c. 4. RICARDUS q̄cquid in prophetarum dn̄i libris est scriptum ex lege cēsetur tenedū q̄uis illd in lege scriptū non fuerit cū in lege p̄cipiatur acquiescere dictis ꝓphetarum loquētium eis in nomine dn̄i ⁊ ob hoc dantur in lege recte cognoscendi si ꝓpheta loquatur in nomine dn̄i an ex arrogātia ꝓpria deprauatus dicitur enī deute. 18. c. ꝓphetam de gente tua ⁊ de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dn̄s ipsum audies petisti a domino deo tuo in oreb q̄n cōcio congregata est ⁊ dixisti vltra non audiam vocē domini dei mei ignem hunc maximum nō videbo ne moriar ⁊ ait dn̄s michi bene per omnia sunt locuti per prophetā suscitabo eis de medio fratrum suorū similē tui ⁊ ponam verba mea in ore eius loquetur ad eos oīa que precepero illi qui autē verba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit ego vltor existam ꝓphetam

aũt qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in
nomine meo que ego non precipio vt diceret aut
in noie alienorũ deorũ interficiatur ꝙ si tacita co-
gitatiõe responderis quõ possũ intelligere verbũ
ꝙ nõ est dñs locutus hoc habebis signum ꝙ ĩ no
mĩe dñi propheta ille predixerit ⁊ nõ euenerit hoc
dñs nõ est locutus sed ꝑ timorẽ aĩ sui ꝓpheta cõ
finxit ⁊ idcirco nõ timebis illũ ecce quõ preceptuꝫ
est vt audiãt ꝓphetam de gente sua quẽ dominus
erat eis daturus ⁊ signũ datum est eis quomodo
debebãt eũ cognoscere.s.si illud eueniret qd de
deo et quis ei petrus apostolus vt ĩ prĩo libro
huius operis tractauimus veraciter asseruit hoc
dictum de xp̃o quo ad allegoricũ ⁊ spũalem sensũ
⁊ si ad literam fuisset dictum de xp̃o nostro tanto
melius cõseq̃retur qd queris.s.ꝙ verba xp̃i oĩa.s.
lex nostra obseruari precipiebatur in lege ãtiqua
cũ hoc signũ qd adiecit in genere ad dignoscẽdũ
de quocũq ꝓpheta nũq locuturus fuerat in no
mĩne dñi satis ostendit illud litteraliter illis dictũ
fuisse de quocunq ꝓpheta a deo eis mittendo et
ita ex illo dicto consequitur ꝙ populus ille habu
it recipere dicta aliorũ ꝓphetarũ sequẽtiũ sicut di
cta moysi quẽ tunc p̃ntẽ hẽbant ponã inq̃t verba
mea in ore eius ⁊ loquetur ad eos oĩa que prece
pero illi qui aũt verba eius que loquetur in noie
meo audire nolunt ego vltor existam ymo ex quo
xp̃s noster vnus erat ꝓphetarum tunc ei futurus
ita verba moysi iuxta hoc preceptũ audire debue
rant ⁊ ĩplere alioquĩ sicut de iã facto appet de9 vl
tor existeret vnde ꝓpter obdurationem eorũ cõtra
xp̃m nr̃m destructa est iherusalem ⁊ iudei dispersi
ꝑ orbem sicut xp̃s noster eis predixerat isto modo
ad terrã ꝓsternent te ⁊ filios tuos qui in te sunt ⁊
non relinquẽt in te lapidem super lapidẽ eo ꝙ nõ
cognoueris tẽpus visitationis tue luc.xix.c. Et sic
ex lege moysi affirmatur lex nostra tunc fuisse fu-
tura ex quo lex nostra prenunciata fuit ꝑ sequen-
tes ꝓphetas ⁊ data per xp̃m ꝓphetã eius ꝓmis-
sum quo populus iuxta mandatũ legis predictũ
audire debuit ⁊ eorũ verba implere sicut moysem
audire debuit ⁊ eius sermones seruare nec aliqui
iudei hoc negãt aut nunq negauerunt ⁊ ob hoc
non es aduocatus eorũ cũ prophetarũ suorum li
bros impugnas quin eis potius ĩ hoc eorum iudi
cio inuictissime aduersaris de perpetua obserua-
tione legalium in lege precepta solutum est qd obi
cis libro quarto.

Cap.6.

Quod vero obicis de.xiii.c
deute.nõ obuiat hoc p̃dictis quoniã
sicut iã constituit moyses voluit ⁊ de9
precepit ꝙ fidem adhiberent tunc fu
turis ꝓphetis ⁊ ideo credere seu fa-
cere ꝙ illi sequẽtes ꝓphete predixerant seu prece
pturant non fuit addere q̃cq hijs que moyses illis
p̃cepit sed erat potius preceptorum eius ĩpletio verũ
tamẽ si accute cõsideres nõ ꝓpter prenuncianda
seu precipienda per tunc futuros prophetas erat
hoc dictũ a moyse.s.ꝙ principio hoc tãtum facito
alioquin ꝙ nemo sanus dixerit spernere debebãt
quicquid nouum ꝓphete posteri in nomine domi
ni preceperunt sed hoc dictũ erat eis ꝓpter ceri-
monias populi terre ꝓmissionis cũ quibus habi
tare debebant sicut in fine cap.immediate p̃cedẽ
tis exprimitur isto mõ caue ne imiteris eos post-
q fuerunt te introeunte subuersi ⁊ requiras cer-
monias eorũ dicẽs sicut coluerũt gẽtes iste deos
suos ita ⁊ ego colam nõ facies similiter dño deo
tuo oẽs enim abhominationes quas aduersatur
dñs fecerunt dijs suis offerentes filios suos ⁊ fi-
lias ⁊ comburentes igni ⁊ tunc sequitur ĩmediate
ꝙ precipio tibi hoc tm̃ facito dño nec addas q̃c-
q nec minuas ex qua littera prima satis constat
illã clausulaꝫ sequentẽ propter sententiã ibi p̃mis
sam ad litterã fuisse nõ ob hoc vt dicta sequẽtium
ꝓphetarũ abiceret. Item non satis ꝓuide sed te
mere affirmasti ꝙ lex nostra non prenunciatur in
lege antiqua ex qua messias seu xp̃s noster ibi p̃
nunciatus est fuisse vere ꝓpheta ⁊ maximus pro
pheta futurus. Si autẽ in lege appareat messias
debere fore sũmus ꝓpheta in lege apꝓbatur do
ctrina ipsius nec latuit iudeos prenũciatio mes
sie in lege sicut apparet ex .i.iohã.ꝙ philippus di
xit ad nathanaelem quod scripsit moyses in lege
⁊ ꝓphetis inuenimus ihesum filiũ ioseph a naza-
reth ⁊ ex hoc ꝙ scribitur luc.vltimo ⁊ incipiens a
moyse interpretabatur eis de oĩbus scripturis q̃
erant de ipso ⁊ ex hoc ꝙ petrus dicit sicut scribĩ-
tur act.x.c. Et huic perhibẽt testimonium omẽs
prophete ⁊ ex hoc ꝙ paulus asseruit non autem
sine lege iusticia dei manifesta est a lege ⁊ prophe
tis testificacio ad roma.3.ca.⁊ ex multis similib9
⁊ si fortasse loca legis in quibus messias prenun-
ciatus fuerat non tibi occurrant vide igitur.2.li.
operis huius ⁊ tertiũ ⁊ inuenies loca aliqua geñ.
⁊ libri nume.in quibus prenunciatur messyas de
us esse debere vt ex hoc sufficienter inferas eius
doctrinã tunc futurã prenunciatam fuisse in lege
aliquotiẽs tñ velate ⁊ approbatã ⁊ vtinam capi-
tulum penultimum libri deu.de benedictionibus
datis per moysẽ perfecte agnoscens sic ei paten
ter perciperes christum prenunciatum ibi ⁊ etiã le
gẽ eius que hoc loco non suscepimus exponẽda.

Cap.7.

IOHANNES ti
bi nullatenus acquiescã nisi
aliqua hmõi producas in me
diũ alioquĩ hec sola verba si-
ne veritate subiecta esse plurĩ
mi affirmabunt. RICAR-
DUS. de lege nimium im
portunũ ibi sit dictuꝫ leui quo
ꝙ ait perfectio tua ⁊ doctrĩa a viro sãcto tuo quẽ ꝓ
bauisti in tẽptatione ⁊ iudicasti apud aliquã con
tradictiõis qui dixisti patri suo ⁊ matri sue nescio
vos ⁊ fratribus suis ignoro illos ⁊ nescierunt fi-
lios suos hij custodierunt mandatum tuum ⁊ pa
ctum tuum seruauerunt iudicia tua o iacob et le-
gem tuam o israel ponent thimiama in furore tuo
⁊ holocaustum super altare tuum benedic domi-
ne fortitudinem eius ⁊ opera manuum illius su-
scipe percute dorsa inimicorum eius ⁊ qui oderũt
eum non consurgunt hec est tota benedictio leui
ibi descripta que autem intelligitur dicta de per-
sona leui aut de tribu eius aut de aliqua persona
alia tribus illius videlicet de aarõ seu de christo
qui de tribu illa descendit aut de alia quis perso
na si igitur aptari non potest alteri q christo con-
sequens est ꝙ ipsa prenunciatur ibi ⁊ lex sua simi-

et de ꝑsona leui nequit intelligi si iuxta corticeꝫ
littere illud accipias ne forte hec benedictio leui
a moyse benedictioni vel maledictioni iacob sui
patris obsistat qua dicitur geñ penul. symeon ⁊ le
ui vasa iniquitatis bellantia in consilium eorum
non veniat aĩa mea et in cetu eorum non sit glo-
ria mea q2 in furore suo occiderunt virum ⁊ in vo
luntate sua suffoderunt murum maledictus furor
eorum q2 pertinax ⁊ indignatio eorũ q2 dura diui
dam eos in iacob ⁊ disperdam eos in israel vbi ꝙ
nota expositionez de leuiti. xp̃o applicataꝫ
est ꝙ dicit perfectio tua si de leui persona accipia
tur si erat vas iniquitatis vbi est doctrina tua si ĩ
eius consilium voluit vt anima eius veniret aut
vbi est benedic domine fortitudinem eius aut illd
quod sequitur percute dorsa inimicorum eius ⁊ q̃
oderunt non consurgunt sed diuidi debuit ĩ iacob
et disperdã in israel aut quomodo stare põt in pri
sona leui q̃ ꝓbasti in temptatione ⁊ iudicasti apd
aquam contradictionis cũ leui in persona mortu
us fuerit.ccc.annis anteq hec probatio apud a-
quã contradictionis de qua legitur nũe.27.ca.et
deute.33.facta simul non possũt igitur ista in per-
sona leui literaliter intelligi nec hec dicta possunt
de tribu leui intelligi pro ꝑsona alia a christo q̃s-
uis fortassis hoc primum dictum perfectio tua ⁊
doctrina tua a viro sancto tuo quẽ probasti in tẽ
ptatione ⁊ iudicasti apud aquã contradictionis
super facietenus legenti videri posset tribui leui
posse aptari in persona aaron aut moysi ita vt vir
sanctus accipiatur moyses aut aaron quorũ vter
q iudicatus fuit apud aquã cõtradictionis prio
quidẽ qm̃ ñ tribus leui sed deus ipse ꝓbauit moy
sen ⁊ aaron in temptatione ⁊ eos iudicauit apud
aquã contradictionis sicut series ipsorũ capitu-
lorum predictorum ostendit ita ꝙ tribus leui nul
lo modo apte dici posset de aaron viro sancto tuo
a moyse quẽ iudicasti apud aquã cõtradictionis
Item cum.c.33.predicto deute.moysi dicat deus
q2 preuaricati estis contra me in medio filiorũ is-
rael ad aquas contradictionis ⁊c.nequaq refe-
rendo se ad iudicium eorum ad aquam contradi
ctionis ⁊ sic eos laudibus extulisset hij sũt qui cu
stodierunt eloquia tua ⁊c Item nec moysi nec aa
ron singulariter aptari potest quod sequitur pro
tempore tunc futuro ponent thimiama in furore
tuo ⁊ holocaustum super altare tuum cum tẽpo-
re huius moysi aarõ sepultus fuerit ⁊ moyses eti
am fuerit in fine dierum habens preceptũ vt stati
in monte velon ascenderet vt etiam in ibi morere-
tur sic ꝙ neuter eorum aut thimiama ãt holocau
stum in furore dei super altare dei fuerat positu-
rus ceterũ si seq̃ntia videãtur de hominibus illius
tribus ⁊ de eloquijs ⁊ pactis iudicijs ⁊ lege da-
tis illi populo quo ad sensum litteralem eorum v̄-
ba sequentia nullo modo possunt intelligi cum ei
lex illa precipiat honora patrem ⁊ matrem ⁊ qui
maledixerit patri aut matri morte moriatur ⁊ qui
contumax aut rebellis foret parentibus lapidari
debuit deut.21.c.nullo modo litteraliter stare pos
set de hijs qui istam legẽ litteraliter obseruari de
bebant q̃ dixerit patri aut matri nescio vos ⁊ fra
tribus suis ignoro illos ⁊ nescierunt filios suos
hij custodierũt eloquium tuum ⁊ pactuꝫ tuum ser
uauerunt iudicia tua o iacob ⁊ legem tuam o is-
rael quin verius diceretur de illis ꝙ hec oĩa ipsi
soluerunt nec huiusmodi obseruantibus legẽ elo
q̃a pacta atq iudicia diceretur ponet thimiama ĩ
furore tuo iacob si ipse ibi accipiatur cum dicitur
in furore tuo aut in furore dei si deus accipiatur
in furore tuo quẽ oportet ibi accipere cũ dicatur
super altare tuum iacob cuꝫ litteralit̃ altare non
habuit quomodo enim ĩ furore dei thimiama po
nerent aut holocaustum que in lege precipiebãn
tur offerri sic eloquia pacta legem ⁊ iudicia obser
uassent quin potius in beneplacito dei thimiama
⁊ holocausta ponerent super eius altare ⁊ eadem
ratione conuincitur istud dictum litteraliter non
posse cõuenire aliquibus sub lege q̃tũcũq iustis
⁊ commendabilibus a deo ante aduentuꝫ christi
nostri sicuti isti seruantes legem ⁊ iudicia cõmen-
dãtur ⁊ hec omnia consequũtur ꝙ hec ĩ persona
messie ⁊ suorum discipulorum ⁊ de paucis eloq̃js
⁊ iudicijs ⁊ lege a deo dandis per ipsum que om
nia erant sensus spiritualis ⁊ pricipalis legis mo
sayce non de littera legis moysi oportet accipere
quibus hec omnia elegantissime coaptãtur vt ser
mo primus dirigatur ad deum pro christo seu pro
persona christi perfectio tua ⁊ doctrina tua a vi-
ro sancto tuo quoniam in persona christi ⁊ per eũ
perfectio summi dei ⁊ eius doctrina patefacta fu
it gentibus vniuersis ⁊ per nullum alium vt meri
to dicatur dei perfectio ⁊ dei doctrina.s.apud ho
mines generaliter esse a christo viro sancto queꝫ
deus probauit in temptatione multiplici facta a
dyabolo ⁊ peruersis hominibus qui eum occide-
rant super cuius altare iudei in principio nascen
tis ecclesie christiane conuersi ad christum non-
nulli propter zelum litteralem legis antique posi
turi erãt super altare christi thimiama ⁊ holocau
sta precepta in lege dei sed in furore scꝫ in eius in
dignatione quoniam non voluit illud fieri sed ob
mitti tempore sensus spiritualis legis exhibiti hu
ius christi fortitudinem spiritualem in predicatio
ne ⁊ cõuersione gentium precatus moyses deum
benedicere ⁊ opera eius suscipere aduersantes si
bi pcutere ita vt non resurgerent contra eum eua
dendo sue ⁊ suorum predicationis effectum q̃ re-
linquentes patres ⁊ fratres vxores ⁊ filios ⁊ eos
carnaliter ignorantes christi precepta spiritualia
seruauerunt vnde conuenit eis aptissime cum suo
magistro qui dicit p̃ri suo ⁊ matri sue nescio vos
⁊ fratribus suis ignoro illos ⁊ nescierũt filios su
os hij custodierunt eloquium tuum ⁊ pactum tu
um seruauerunt iudicia tua o iacob ⁊ legem tuã
o israel illa insuper particula que tibi carnali for
tassis absurdissime videtur de christo posse expo
ni ⁊ iudicasti apud aquam contradictionis cum
hoc ꝙ de alio vt patuit nequeant omnino intelli-
gi congruentissime christo aptatur vt per hoc in-
telligatur modus in christum iudicij tunc futuri
in hoc ꝙ sicut tunc peculiariter electi a deo moi
ses ⁊ aaron preuaricando ⁊ grauiter delinquen-
do fecerunt bonum ⁊ salutem totius populi qui
siti perierat procurauerunt sibi peculiares chri-
sti scilicet de eius genere ⁊ legem dei habentes p̃
uaricando contra deum bonum fecerunt ⁊ totius
mundi salutem per passionem quam christo intule
rant infecerunt vt littere sensus sit iste quẽ iudica
sti apud aquaꝫ contradictionis idest cuius apud
aquam contradictionis iudicium descripsisti aut
etiam ostẽdisti ⁊ eo modo apte clausula precedẽs
potest itelligi quẽ probasti in temptatione scilicet

quez in temptationibus a pharaōe moysi illatis fidelem fore in omni temptatione futura mōstratis seu tamen hoc modo seu alio illud accipiam⁹ cum constet illud nec moysi nec aaron ante aduētum christi alteri cuiꝗ conuenire fidenter valem⁹ inferre hoc modo christum prenunciatum tanꝗ virum sāctum ꝛ iustum ꝛ tanꝗ talē pro quo moyses imprecatus est deum vt eius fortitudinem benediceret ꝛ opera eius susciperet ꝛ dorsa inimicorum eius percuteret ꝛ vt odientes eum non consurgerent vt eius imprecationem in xpianis quo ad primam partem ꝛ in iudeis quo ad secundam partem cernis impletam ꝛ sic affirmare possum⁹ confidenter christum ꝛ suos hic prophetā cōmnendare de obseruantia pacti domini ꝛ custodia eloquiorum eius ꝛ iudiciorum ꝛ legis ipsius cū alij hic non possunt intelligi ꝛ ita hic habes legem nostram prenunciatam in lege moysi quod inficiebaris superius.

Cap.8.

LEge Item isto eodē modo benedictionez iude datam hac forma hec est benedictio iude audi domine vocē iude ꝛ ad populum suum introduc eum pugnabunt manus eius pro eo ꝛ adiutor illius contra aduersarios erit.

Ecce benedictio iude tota ibi vbi nec persona iude nec tribus iude nec alia persona a christo capax huius benedictionis valet intelligi non persona iude quia ante ānos trecentos mortuus fuerat nec tribus iude qm̄ illa nō ad suū populū fuerat introducenda sed tanꝗ ductrix totius populi ex decreto domini populum suum debebat precedere ita ꝙ hoc dictum nequeat litteraliter de ipsa tribu intelligi ad populum suum introduc illū sed esset interpretatio omnino superflua nec apte loco benedictionis ꝓprie tribui iude moyses spiritu dei plenus orasset. Audi domine vocē iude cū hoc orasse pro tribu leui cuius officium fuit orare deum pro populo multo magis congruentius extitisset tribui igitur iude benedictio ista non cōgruit nec persone iude alteri ergo persone omnino conuenit qualem preter messiam nullam inueniens qui dixerat patri suo scio ꝙ semper me audis io.xi. qui diuino suffragio ad populum suum prius sibi natura subiectū fuerat introductus vt illum spiritualiter possideret cuius manus scilicz opera miraculosa pugnabunt pro eo ꝛ deum in omnibus habuit adiutorem ꝛ attende accutius ꝙ in nullius benedictione preter ꝙ in benedictione iude premittitur hec est benedictio huius aut hui⁹ qđ ego estimo ob hoc factum vt diligentib⁹ scrutatiōibus spūs sāctus ostenderet illum cui titulum talem promiserat eum esse in quo iuxta promissiones factas in patribus benedicerētur omnes gentes terre

Cap.9.

